

W. H. C. 24
H. and S. 6
W. H. 7

rancitū. In fert pāsi. q. si clericus obligauit se pa
 rochianis ad vādū certū qd p decimis nō va
 let obligatio. ¶ Quartū. De dote ecclie prestat
 seruitiū eccliaſticū vt dictū est. Et ex hoc infer
 tur ad q. vtrū debeat solui decima de dote ec
 cleſie. Et concludit gl. i. d. c. rancitū. q. sic. si pū
 illa pda erāt tributaria § gl. in. c. nouū gen.
 de deci. Et hoc sequit hōst. r cōiter doc. q. cū
 nō reperiat in iure q ecclia antiqua ppter cō
 ſuetudine noue debeat decimis puiari nō debe
 mus gñale dispositionē alterare. pro quo vide
 lati⁹ pāsi. in. d. c. nouū gen.⁹. r etiā cū hic dī tri
 butaria intellige alteri ecclie cui scy decime
 soluebant. ¶ Quintū. Sensus gl. in. hōb senio
 rib⁹. i. dñs iſico sine litere est q si vltra dote
 necessariā aliqd ecclie donat tenet ecclia pso
 uere dñs tpali⁹ debita seruitia. qd doc. intei
 ligit r bñ vt dicit pāsi. de onerib⁹ annexis et
 ppetuis: vt q. forte pda bz onus faciēdi certū
 qd aut soluendi. et idē si pda esset feudale: qz
 rōne feudi ecclia subiciit laico. vt in. c. solite.
 et q. ibi not. de ma. r obe. Secus dicit de alijs
 onerib⁹ nō annexis: qz ecclia ab illis exēpta est
 etiā iure ciuili: vt in. l. piz. c. de s. fan. ecc. r in
 aut. itē nulla cōitas. eo. ti. Et plene de his no
 taf in. c. nō min⁹. de iur. ec. r dicit ibi. r opti
 me facit tex. l. c. h. de vi. r bo. cle. vbi pz q etiā
 de patrimonio suo clerici nō tenent soluere ga
 bellas r alia onera ad q tenent laici: se⁹ i one
 reret annexo r ppetuo. ¶ Sextū. Quātū nō ad
 dote ipsā de q pncipalr est qstio dictū pāsi. qd
 et dicit Jns. ho. r Jo. an. colligi pōt ista disti
 ctio. Itā aut bona collata p dote erāt tributa
 ria ipsi patrono: r simplr cōferendo illa ecclie
 videt illa onera remississe et q ius ita disponit
 vt i. d. c. rancitū. aut ex pte retinet sibi illa one
 ra: aut nouiter iponit. r nō valet impositio vel
 retentio q est p ius. vt ibi. et faē. l. nō dubiū. c.
 de legi. r qd not. in. c. significatū. de pben. Qd
 Panor. intelligit qz retinet sibi seruitiū circa
 dote necessariā vsi ibi inq. tex. facit mētionem
 solū de mōso. vnde si cōferret amplissimā dote
 videtur qd de cōsensu epi posset sibi reseruare
 aliqd. vt in. d. c. pterea. Aut hoc pda erāt tri
 butaria alijs quā patrono: r patronus cōtulit
 de cōsensu dñori r sic videt remississe ius qd
 habebāt arg. in. l. gal⁹. ff. de pigno. Quod Pa
 nor. intelligit in dote necessariā: aljs autē vide
 ref dñs cōsensisse vt trāseat cū onere suo. ar. in
 l. sicur. ff. qd. mo. pig. vel bipo. fol. vbi pz qd si
 creditor habes rem obligatā cōsensit vt vēde
 retur: nō per hoc videt fūi ius remississe. et fa
 cit. c. ex lictis. de pigno. Et hoc casu lz taceat
 Pāsi. q. in Jmo. pot⁹ esset cessandū ab edificā
 tione: qz recipere talis fund⁹ nisi pū esset libe

ratus qñ scz dñs excepit censum si tñ acceptet
 tñc sibi imputet ecclia sūm hōst. q rem tributa
 riā accepit cū dñs licuerit retinere. q. d. qd te
 netur ecclia de censu. Aut dñs p dixerit r nō
 valet qd agit. art. in. c. potuit. de loca. qd dictū
 no. q. p hoc extendit. c. potuit ad prediū tribu
 tariū. Si aut dñs ignorauit credit pāsi. distin
 guendū fore pnt dignitū gl. in. c. m. canonici
 cam. xxiij. q. viij. quā videndū dicit r mēti tenē
 dam. Que dicit qd cū ecclia fundata est in fun
 do tributario si fūdator sit bone fidei: de illis
 locis que sunt extra atriū habebit impator: et
 intellige qd eadē ratione ali⁹ priuāt⁹ tributū.
 nō autē de loco vbi est ecclia: sed per hoc sit
 patron⁹. xxiij. q. viij. q. si vero est male fidei ad
 estimationē cōpellendus est. xxiij. q. vi. cōperi
 mus. Et vbi post denunciationem fundat eam
 mala fide fundat. de no. ope. nun. cū ex intūdo
 Jo. becibi. Et addit Panor. idē esse de cimate
 rio qd de fundo in quo edificat ecclia scz qd
 debet esse oīno liberū: et de agro vnde percipi
 tur panis r vinum pro eucharistia cōficienda:
 vt est inquit tex. cum gl. in. d. c. sūm canonici
 cam. qd de cimiterio etiam. d. gl. sentit que ill ud vo
 cat atriū: sed r de agro verum puto si sit distin
 ctus r specialiter ad hoc deputatus. ¶ Septi
 mum. Quātū ad tributū debitum imperatori
 dicit Panor. qd docto. de hoc nō attingunt: et
 finaliter ipse cōcludit qd omnia pcedia tran
 ſeunt ad eccliam cum onere tributū imperia
 lis. Et ad. c. sanctum. qd vult dote esse libera
 a seruitio tēporali siue tributo: dicit posse in
 telligi de seruitio nouiter imponēdo: vel impo
 sito si patronus potest ab illa pcedium libera
 re: vt quia est tributariū alteri qz imperatori.
 Sed quia in his que sunt sūm vel contra iusti
 tiam naturalem non distinguitur imperator a
 priuato. melius distinguendum est sicut et de
 alijs. et hac ratione doc. de tributo cesaris spe
 cialiter nō attingunt. Vide etiam de ista mate
 ria. s. ex cōmunicatio. it. ex cōmunicatio. v.
 ¶ Quarto queritur vtrū rector ecclie possit
 eā facere censuale. et dico summarie haberi in
 c. pterea. eo. si. qd pzelatus seu rector ecclie
 nō potest presertim post mortē ecclie suā cō
 ſtituere cēsual. et ratio est sūm Panor. q. nō
 pōt quis alienare res ecclie siue iuris solēni
 tate. xij. q. ij. sine exceptione. r qñ a fortiori nō
 pōt imponere censum cum sit quedā alienatio
 corporis ecclie siue r quedam seruitus impo
 sita. pōtest tamen vt ibi notat auctoritate pon
 tificis vel alterius prelati habentis eccliam
 pleno iure subiectā de nouo imponi censum. s.
 ex causa rationali vt dictū est. Jmo simplex
 sacerdos etiam in vita sua non potest ecclie

quātū teneant: r f dīcēdū fm Archi. q ad arbi
trū boni viri pauperib⁹ erogēt p̄cipue his q
sunt de numero nimis aggrauatoz. Si autē de
bite talliēt vel iponāt: cūes bona mobilia vel
imobilia occultātes: aut fingētes ea min⁹ va
lere: aut se b̄e debita: vt eis min⁹ iponāt sunt
fures: r tenent cōitatu nisi pbabiliter scirēt q
si oēs s̄st bonoz suoz partē occultare: q casu
fm eundē vidēt excusari: qz ex manifestatiōe
nimis grauant. ¶ Quartū. Quādo nō exigū
tallie p plures scōm nō scz vbi deputati exi
gūt q̄tū credit subditos b̄e p̄portionabilr:
tūc si ex certa scia alicui p̄ debito iponunt vt
aggrauēt illū vel aliū alleuiēt peccāt mortali:
r oēs hoc faciētes tenent lēss de dāno: ar. de
iniur. r dā. da. c. si dpa. si nō hoc faciūt ex erro
re pbabiliter vidēt fm Archi. excusari a p̄dō: r
obligatione satisfaciēdi mō nō moueant leui
bus p̄bationibus r rumorib⁹ ac suspiciōibus
boim p̄cipue maliuoloz: s̄z pbabilib⁹ r rigēt
bus rōnib⁹ facta debita diligētia als. s. gra
uādo ex ignorātia crassa tenerēt. d. c. si culpa.
in q etiā fama r cōuersatio ei⁹ cui iponit cōs
deranda sunt: q si fm eōem opinione sunt lau
dabilia: tūc est illi credere q̄ p̄p̄ia op̄mione
moueri: q humanū iudiciū sepe fallit. de sen.
exco. a nobis. f. 3. Quando nō exigunt tallie p
plures tertio modo. vt qz deputati p cedulas
iponāt: si post sufficiētē diligētiā bōa fide im
ponunt q̄tū credunt deberi excusandi a p̄dō si
plus iponūt arg. r. iij. q. v. de occidēdis: s̄z si in
tēdūt notabilr aliqz grauar: r se ac suos ami
cos alleuare mortali peccāt in singulis ipos
itiōib⁹ talib⁹ singulor boim. d. c. si culpa. Et si
oēs in hoc p̄ueniūt p̄dicētes sibi q̄libet tenei
lēss insolidū de cōi dāno r lteresse nisi postea
a p̄aggrauarent vt p̄z p dicta b̄i Tho. et alioz
rū in. iiii. dist. xv. de cooperātib⁹ ad rapinā r
dānū. Si q̄o q̄libet seorsuz sic iponit: difficile
est scire qz ex sic iponētib⁹ teneat cū b̄i scire
nō possit q̄ sit maior vel minor: cedula q̄ abijci
vt mediā q̄ opat obligari trividentur fz archi.
siue opet cōi scriptura siue nō p̄p̄ affectū in
tētiōis cū ope subsecuto. ar. de biga. debitiū.
tū etiā q̄ illi aliq̄m cooperant r assentiūt dā
no. ij. q. s. notū. tū etiā qz in dubio tutor est eli
gēda. de sp̄s. iuuentis. Qui nō iponit vt sibi vt
post diligētiā i nullo teneri vt: siue opet sua
scriptura siue nō. Qui autē min⁹ debito iponit:
tenent inde nimis grauari: nisi forte iō facerēt
qz nimis alias fuerant grauari. Et si in aggra
uatione aut alleuatiōe iniusta valde incertū
est q̄tū inde sequat vānū. tenētur ad arbitriū
boni viri: vel salte ad petendā remissionē a le
ss si sp̄ote bēri pōt. ¶ Quintū: vbi oēs bona me

rito de nimia aggrauatiōe dubitātes vidētur
posse excusari s̄z eūdē. ex q cū multa iniusticia
iponit temp tñ vitādo mēdacia. ij. q. q. ij. c. s.
¶ Septū. Quādo publicatis tallis multe repe
riunt enomēs: r sequit multe q̄reles: rōnabilr
et gunt exgrauatores. de q̄b⁹ idē multa dicit
ij. parte. ti. s. c. iij. q. s. q̄ oia patent ex dictis.
¶ Sexto q̄rit qd de q̄buldā dñis q̄ nihil p̄ci
piunt nisi tallias: r dico fm ray. q̄ si tallia est
antiqua r credit pbabiliter ex iusta cā impos
ta exigi pōt: ita tñ q̄ ipse dñs impleat si qd ex
illa causa implere tenei: si vero est noua: et ius
ta cā nescitur nō debet exigere: r si receperit:
debet restituere. r. iij. q. v. si res. et concoz. vl.
¶ Septio q̄rit qd de dñis q̄ allegātes p̄suetu
dinē: accipiūt a subditis de mobilib⁹ qd qd vo
lūt r p̄cipue expoliāt eos q̄ suspiciant q̄ trā
sire velint ad aliū. r dicit mo. q̄ si certū est tale
on⁹ a p̄ncipio sine fraude r malitia fuisse ipo
sitū tolerari p̄nt si nō nō est certū: aut nō h̄ss
multer hoc credit restituere tenent in dubio
tñ ex q̄ ab ecclia tolerantur: nō esset absolutio
denegāda simplr: sed cū dubitatiōe p̄standa r
cōcoz. s̄z. r. vl. q̄ etiā dicit q̄ res eozū q̄ mere
sunt serui: sunt dñorū peccāt tñ dñs si nimis
seruūm grauet: licet restituere non teneatur.
¶ Octauo qd de platis q̄ p eo q̄ impēdūt aliis
qd legato vel alijs maiorib⁹ a subditis p̄l⁹ exi
gunt q̄ expēderūt: r dico q̄ tenent ex tota re
stituere r de suo tātūndē pauperib⁹ erogare. r
si supior: cui dō hoc q̄rela fit negligēs fuerit. ca
nonice subiaceat vitiōi: dō imu. eccl. qz pleriqz.
¶ Nonio q̄rit vtrū alicui cōcedi possit imuni
tas talliarū: r dicit p̄an. in. c. peruenit. de im
mu. eccl. q̄ sic p̄ncipie r ex p̄prio motu: non
autē ad preces nisi ponat in priuilegio clausū
la nō obstāre. l. si. c. si p̄us vel pu. vtili. q̄ cū
sit p̄ publicā vtilitatē opz de ea fieri mētiōez
vt nota. Bar. in. l. vacuatis. c. de decu. r in. d.
l. si. r facit. c. ex pte. de capel. mo. Ab iseriorib⁹
aut alijs p̄cedi pōt s̄z cōitas grauari nō dz sed
summa minuit: puta si dabant cēt s̄z vn⁹ exi
mit q̄ dabat decē: nō p̄stabit cōitas nisi. xc. alr
in p̄iudiciū cōitatis p̄cedere nō p̄nt. S̄st p̄sa
ti inferioris r cōitatis p̄cedere possent nō sub
ditis suis imunitatē hāc. l. 3. nō habēt iura im
perij vt veniat ad habitādū in eoz terris sicut
q̄tidie fit medicis doctorib⁹ r b̄mōi: s̄z nō iam
subditis nisi in p̄iudiciū concedēt solum.
¶ Decimo q̄rit vtrū dñs rēdere possit tallias
r alias exatiōes. r scripsit. s. tho. ad dūcissim
braban. qd cū suis officialib⁹ nihil cōmitteret
nisi tp̄alis officij p̄tatem licebat et b̄mōi offi
cia rēdere: dum tñ vnderent bis q̄ ad ea p̄su
merent vtilēs. r nō tāto p̄ccio q̄n recuperare

possent sine gravamine subditoꝝ. Sed tñ inq̃
talis venditio nō ṽt expēdire: q̃z habiliores ⁊
meliores emere illa nequeū ppter paup̃tatē
aut nolūt q̃z nō ambūt: ⁊ p̃r ṽt in plurib⁹ ea
emūt q̃ sunt peiores ⁊ subditoꝝ opp̃ressores.
Tñ magis expēdit ṽt ad illa boni ⁊ idonei elis
gañt: ⁊ si necesse fuerit cōpellant: q̃z per illoꝝ
bonitatē ⁊ industriā magis accrescit dñis et
subditis q̃ de predicta venditione hec ex illo.
Supple. autē dicit clarū esse q̃ p̃hibita s̃t offi
cioꝝ venditio. C. ad l. iulīa repe. l. si. sed cū il
la. l. videat cōtraria. l. si. ff. de pol. glo. soluit q̃z
pro his non pōt dari pecunia secreta. publice
vero secus. et de hoc supra dignitas. §. iij.

¶ Rursus de gabellis et exactionibus. v. quo
ad angarias et munera.



Gabella rur⁹ q̃nto et gñalr exatio
sub se cōtinet angarias ⁊ peranga
rias: de q̃b⁹ sat. §. gabella p̃rio di
ctū est. §. v. cōtinet ⁊ sub munere
tertio mō dicto. q̃d. §. est illū q̃d ne
cessario subim⁹ lege vel impio. ff. de hō. sig. l.
mun⁹. §. m. hō q̃d mun⁹ est in gñe doni p se vel
reductiue ad gen⁹ exactionis oīno nō pertinet.

l. q. ¶ Primo vero q̃rit quōtuplex ē mun⁹ de gñe
doni: ⁊ dico §. m. gre. sup̃ illud īsa. xxij. ab offi
munere. q̃d est triplex. s. a manu: et hoc est pec
unia cuius nō le intelligit oīs res tpalis no
bilis ⁊ immobilis. §. q. iij. per totū. ab obseq̃o:
q̃d est seruitus indebite. l. nō ex debito impen
sa. ⁊ a lingua: ⁊ istud est fauor. §. q. i. sunt nō nul
li. de quibus etiam vide in fra simonia. §. xvj.

¶ Secūdo vero q̃rit ṽtrū liceat p munera p̃edi
cta trahere ad fidē vel religionem. Et de reli
giōe q̃dē. l. religio. ij. §. ij. de fide asit dicit ray.
q̃ sic. ar. xxij. q. iij. debet homo. ⁊. q. vij. q̃d au
tē. di. xlv. qui sincera. ⁊ p pmissiōes ⁊ grauio
res exactiones pensioñū. in prin. locatiōis nō
asit post. xxij. q. vj. iā vero. §. x. ṽt reor: s̃mo
niā xitas limitat p̃dicta q̃ nō sunt dāda mune
ra ppter fidē recipiēdā ex pacto. §. dari p̃fite vel
p̃mitti si vellēt baptizari nisi timerēt paup̃er
tatē inter p̃fianos. itē ppter beniuolentiā ca
pitandā ṽt sic facilius conuertant: ad q̃d facit
infra iudeus. §. xj. sed ego dico q̃ dari p̃nt in
distinē etiam ex pacto sicut ⁊ sancti aliqñ gra
tia fidei p̃miserūt sanitates: nec est de s̃mo
nia periculū: q̃z p̃mittēs hic nō accipit fidē
sed infidelis. Utrum autem iudici liceat acci
pere a partibus munera. infra iudeus. §. viij.

¶ Tertio q̃ro quot modis accipit vel quomō
diuidat mun⁹ q̃d est gen⁹ exactionis: ⁊ dico q̃d
est triplex. s. mere p̃sonale: mere reale seu p̃ri
montale ⁊ mixti ṽt dictū est. §. gabella. §. v. ṽ.
¶ Personale autē est triplex: scz fōdidū q̃d cōs

stitū ṽt lib⁹ officiū ṽt in arena fodiēda: calce
coquēda ⁊ h̃mōi. C. de exca. m̃ic. l. maximarū.
¶ Honestū cū honore: scz āngo. ⁊ talia munera
appellantur honores in. l. cui muneris. ff. de mu
ne. ⁊ bo. ⁊ ista sunt officia ṽt dignitates publi
ce. C. de mu. l. vnica. Et simplex solū q̃d p̃t dici
neutrū: q̃z scz nec honores nec utilitatē h̃z an
nerā: ṽt est tutela: cura ⁊ h̃mōi. ff. de exca. tut.
Et i cis agnoscedis talis regula dari pōt secū
dū Bart. in dicta. l. vnica. q̃z sicut est honor q̃d
reputat honor in loco. ṽt no. 3m. in. c. de mul
ta. de p̃bē. ita illud est vile q̃d reputat vile ⁊ h̃z
officia vilia. Siue autē dicta munera sint rea
lia siue p̃sonalia dicuntur aliqñ ordinaria. q̃ñ scz
habent certā ⁊ ordinatā p̃stationē per ali
quam legem vel statutum seu longam consue
tudinē. ff. de vaca. ⁊ excus. mu. l. in honorib⁹.
¶ S̃qui numeris publici. Aliquando extraordi
naria quādo scilicet non per legem aut statu
tum vel longam consuetudinē imponuntur
sed s̃m dñozum voluntatem: ṽt notat Bart. et
patet in. l. vnica. C. de vaca. pub. mu. ṽnde ista
per accidens imponuntur. Aliquādo dicitur
indicta: ṽt quando princeps imponit aliqñ
munus per legem vel statutum quod a p̃inci
pio erat extraordinariū: sed nunc efficitur or
dinariū. Aliquando superindicta ṽt quando
super ordinariū aliquid imponit propter ne
cessitatem occurrentem: facit. l. vnica. C. de su
perindic. Quomodo autē hec munera indicā
tur vel imponantur infra immunitas. §. p̃. ij.

¶ Quarto queritur ṽtrum cecus teneatur ad
munera: et dico quod ad personales collectas
cogi non debet. de cens. licet q̃d 3mōck. intel
ligit de personalibus tantum nō de realibus
sed host. itelligit generaliter de collectis que
sunt in terra: ṽt fodrum albegarium ⁊ similia
quia putat quod tales p̃pone miserabiles des
beant esse immunes etiam a realibus extraor
dinariis art. lxxij. distin. indicatum. non autē
a realibus ordinariis. fatetur tamen q̃d si te
nent terram censualem vel tributariam debēt
soluere tributum vel censum. xvj. q. j. si quis.
Sed ego puto in realibus extraordinariis nō
dum esse arbitrio iudicis quia ita possent esse
diuites quod facile soluere possent: ṽnde tenē
tur ad reales ordinarias semper: ad persona
les nunquam: ad extraordinarias reales ali
quando. Et idem est de laborante perpetuo
morbo vide p̃panormitanū de cens. licet. de
hac materia et generaliter de exactionibus ha
bes infra p̃uilegium. §. primo. et. ij. et infra
immunitas primo. §. iij. ⁊ ṽ.


Generale ē aliqd a gñe: q̃z sit multis cōe
ṽt gñalis clausula p̃tinet oīa. ⁊ hoc nō

Erte 34 - fol 32 - no 18

Homelie diuersorum auctorū
per totius anni dñicas digeste
nup recognite ⁊ accuratissime
castigate cū multis alijs additis
⁊ que inunita fuerant ad inte
gritatem restitutis ac sacre scri
pture locis marginibus anno
tatis.

del colegio de la anparia de Soria
por el librero





¶ SEGMENTA EX QVATTVOR EVANGE-
listis excerpta: quæ dieb⁹ dominicis & quibusdam alijs
in re diuina cantant. Diuersorumq; auctoriū in eadem
homeliæ.

¶ Dñica prima de aduentu domini

¶ Segmentum ex euangelio Matthei. xxi. capite.



N illo tpe. Quum appropinquasset dñs Ie-
sus hierosolymis & uenisset Bethphage ad
montem oliueti: tūc misit duos discipulos
dicens eis. Ite in castellum: quod cōtra uos
est: & statim inuenietis asinam alligatam &
pullū cum ea. Soluite & adducite mihi. Et si quis aliqd
uobis dixerit: dicite quia dñs hīs op⁹ habet: & cōfestim
dimittet eos. Hoc aut factū est ut adimpleret quod di-
ctum est per pphetā dicentē. Dicite filiæ Sion. Ecce rex
tuus uenit tibi mansuetus sedēs sup asinā & pullū filiū
subiugalīs. Eūtes aut discipuli fecerunt sicut præcepit
illis Iesus. Et adduxerūt asinā & pullum: & imposuerūt
sup eos uestimēta sua: & eum desup sedere fecerūt. Plu-
rima aut turba strauerūt uestimēta sua in uia. Alii at ce-
debant ramos de arboribus: & sternebant in uia. Turbe
aut: quæ præcedebant: & quæ sequebātur: clamabāt di-
cētes. Osanna filio Dauid. Bñdict⁹ qui uenit ī noīe dñi.

¶ Homelia beati Ioannis episcopi.

Alias Chrysostomi de eadē lectione.



V to res ipsa exigit ut quæramus. frequēter
quidē Iesus uenit ī Hierusalē sicut Ioānes te-
stat. nūq̄ tamē sibi adhibuit ministeria iumē-
torum. nec ramorum uirentia circa se ornamēta cōsti-

tuit. nec ad terribilē laudē suā diuinitatis aīos pplī exci-
tauit: nisi modo quādo ut pateret ascēdit. Ideo ergo cū
tanta gloria ingressus ē: ut āpli illoꝝ aduersū se excita-
ret inuidiā: qā iā tēpus passiōis ei⁹ inītabat. & nō mors
eū urgebat: sed ipse magis aduersū se cōpellebat mortē
Quoties enī de manu sacerdotū elapsus euasit: quū eēt
uisibilis fact⁹? Quādo iudei xpm uoluerunt occidere:
tāgere eū non potuerūt. Qñ aut xps sequut⁹ est mortē:
parcere ei iudei nō potuerūt. Ergo si xps eos puocauit:
an forte de morte sua fecit eos innoxios? Absit. Nō exci-
tauit eos ut faserēt quod ante noluerāt: sed ut possent fa-
cere qđ pri⁹ uolebāt. Facultas eis data est: nō mutata uo-
lūtas. Tunc Iesus misit duos discipulos dicēs. Ite in ca-
stellū: quod cōtra uosest: & statim inuenietis asinā alli-
gatā & pullū cum ea. Soluite & adducite mihi. Asina &
pull⁹ ei⁹ iudaei sūt & gentes. Iudaea enī secūdū deū ma-
ter est gentiū. Sic enī dicit ad illā de⁹ per Esaia pphetā
Et cōstituā principes tuos sicut antea & cōsiliarios tuos
sicut ab initio. & tunc uocaberis ciuitas iustitiæ & ma-
ter ciuitatū. id est ecclesiarū fidelis Syon. Propter quas
dam tales similitudines aīalib⁹ his assimilatī sunt homi-
nes deum uel dei filiū non cognoscentes. Est enī animal
hoc imundum & prae ceteris pene iumentis magis ir-
rationabile & stultum. infirmum & ignobile & onerife-
rum magis. Sic & hoīes fuerūt ante christū idolatriis
& passionibus diuersis imūdi & irrationabiles uerbi ra-
tione carentes: & quantū ad deum stulti. Quid aut stul-
tius q̄ factorē cōtemnere quasi facturā: & opus manū
suarum adorare quasi factorem? Erant infirmi secun-

xpi

horesto
relinde

iudeis

terris.

iudei

Esa. j.

dū aīam & ignobīles nō ualētes resistere passiōib⁹ suis.
& obliiti generatiōē suā cælestē. Facti fuerant serui
passiōnū suarum & dæmonū: quibus resistere non uale
bant. Et quicunq; dæmonum uel philosophorū cuiusq;
erroris uel dogmatis alicuius sarcinā eis uolulisset im
ponere: sufferebant. & oīa non bona patientia supporta
bant. Propter quā oīa & apostolus ad Corinthios dicit

*f. sunt accepti
apost. deus* Videte uocationē uestrā fratres: quia nō multi sapiētes *1. Corin. 1.*
secundū carnē. non multi fortes. non multi nobiles. sed
quæ stulta sunt elegit deus: ut cōfundat sapientes. & in
firma mundi elegit deus: ut cōfundat fortia. & ignobi
lia & cōtēptibilia mundi elegit deus: & quæ nō sunt: ut
ea quæ sunt destrueret. At ubi xp̄s sup̄ eos ascendit & in
duxit in templū: loti per baptismū facti sunt de imūdis
aīalibus hoīes sancti. Percepta enī uerbī rōne & sapien
tia dei facti sunt hoīes rōnabiles & prudentes. & inuen
ta est irrationabilitas eorū esse simplicitas. & stultitia eo
rum māfuetudo. Nā simplicitas sine rōne uerbī hoīs ir
rationabilitas est. & māfuetudo si nō sit ppter deū stul
titia est. Adhuc autē accepta gratia & recognita genera
tiōe sua cælesti facti sunt de infirmis & ignobilib⁹ for
tes & nobiles. & quæ uidebat infirmitas: innocentia in
uenta est in eis. ignobilitas autē humilitas. nā innocentia
sine deo infirmitas æstimat. & humilitas nō ppter deū
ignobilitas indicat. Itē reiciētes a se onera dæmonū &
suscipiētes sup̄ se iugū xp̄i suaue & onus ei⁹ leue & ipm
fessorē in cordib⁹ suis suscipiētes facti sunt patiētes. nā
patiētia irrōnabilis onerīfera æstimat ligata. idest diabo
lici erroris uinculo impedita ut nō haberet libertatē ire

quo uellet. Nā oēs hoīes anteq̃ peccem⁹ libeꝝ quīdem
habemus arbitriū si uolum⁹ seq̃ uolūtate diaboli an nō.
Qd̃ si semel peccātes obligauerim⁹ nos opibus eius: iā
nra uirtute euadere nō possum⁹. sed sicut nauis fracto
gubernaculo illuc ducit: ubi tēpestas uoluerit: sic & hō
diuinæ gratiæ auxilio p̃dito per peccatū nō qd̃ uult agit
sed qd̃ diabolus uult. Et nisi de⁹ ualida manu misericor
diæ suæ soluerit illum: usq; ad mortē in peccatoꝝ suorū
uinculis p̃manebit. Ergo nra quidē uoluntate & negli
gentia alligamur: sed p̃ dei misericordiā absolui mur. Si
cut enī uidem⁹ in istis mūdialib⁹ regnis qñ in primis q̃
dem nemo pōt facere se ip̃m regem: sed populus creat si
bi regē quem eligit. sed quū ille rex fuerit factus & con
firmatus in regno: iā habet ptātem in hoībus. & nō pōt
ppl⁹ iugū eius de ceruice sua repellere. (Nā primū q̃
dē in ptāte pplī est facere sibi regem quē uult. Factū at̃
de regno iā repellere nō est in ptāte eius. & sic uoluntas
postea in necessitatē conuertit⁹.) Sic & hō priusq̃ peccet
libeꝝ habet arbitriū: utꝝ uelit sub regno esse diaboli an
nō. Quū at̃ se peccādo tradiderit sub regno ip̃i⁹: iā non
pōt de ptāte eius exire. sed sic prima uoluntas eius in ne
cessitate cōuertit⁹. Et hoc est qd̃ hoīes sēculares & pec
catores dicere solent. Nunqd̃ nolum⁹ esse sancti? Ecq; s
nō uult esse iustus? Sed nō possumus. Verū quidē ē qd̃
dicūt: sed nō hnt̃ excusationē: q̃a primū potuerunt nō eē
sub ptāte diaboli si uoluissēt. Postq̃ uero posuerūt thro
num diaboli in cordibus suis: iā nemo pōt eos eripere de
ptāte diaboli: nisi solus deus. Soluite īquit. Quomodo?
Per doctrinam uestrā & p̃ miracula uestra. q̃a oēs iudæi &

gentes per ap̃los liberatī sūt. Adducite mihi ad ministrum. idest ad gl̃iam corrigite illos. Duos at̃ misit apostolos: q̃a per duo generalia mād̃ata oē gen⁹ humanū de peccato absoluit. Qualia: Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo. & p̃ximum tuum sicut teip̃m. In hīs duobus oē peccatū expellit. & oīs iustitia cōsumat. Aut certe alia duo. Qd̃ tibi nō uis fieri: alteri ne feceris. Et item. qd̃ uultis ut faciāt uobis hoīes: facite & uos illis similiter. Quidā at̃ duos istos Petrum & Philippum ap̃los exponit intelligi oportere. qm̃ hī primū trāsgrediētes iudaicos fines gentes adduxerunt ad xp̃m. Philippus qdē Samariā. quā ip̃am Samariā a finē esse interpretat. Petrus at̃ gentes accipiens Cornelium ex gentib⁹ q̃si Samariæ pullum. Et si qs uobis dixerit aliquid: dicite. Dñs operā eorū desiderat. Nec dicatis dñs tu⁹, nec dñs noster. neq; dñs iumētorū: ut intelligāt oīs q̃a ego solus dñs. nō solū aīalium. neq; solum eorū: qui mihi subditi sūt: sed oīum hoīum etiā: qui mihi cōtrarij sūt. Nā & peccatores cōditiōe qdē mei sūt. uoluntate at̃ sua diaboli. Meus ē enī orbis terræ & plenitudo eius. Dñs operā eorū desiderat. Iustū est ut aliquñ creatura seruiat suo factori. Gētes enī deus in pt̃ate diaboli p̃ tpe reliquit ut tentēt: nō in aeter nū cōsūpsit ut pdat. Neceffe est at̃ ut fiat qd̃ scriptū est. Hoīes & iumēta saluabis dñe. Cōfessim at̃ remittet eos. Aīal quidē postq̃ ingressum est in Hierusalem Iudæ ad dñm suum remissum est. Aīalis autem prophetia in Iudea remansit. Nam de animali illo non hoc quod uidebatur: necessarium erat christo: sed id: quod intelligebat. idest nō caro: sed ratio. Ideoq; caro remissa est. ratio

Textus.

Textus.

ps. cxxv.
Textus.

aūt retenta. Aut ita. Nō dixit. Et itē remittet eos ad te:
sed tñ remittet eos: ne ministeriū præcederet rōnē. Nā
puto in primis hoīes nō sermone nudo uocauit apłos:
sed p uirtutē spūs sancti soluit pariter & adduxit. Postq̃
aūt adduxit itē dimisit eos ī arbitrio: ut labore suo co
mitante grā iustificet. Nā quod uocati sum⁹ dei ē. Qd̃
autē digni uocatiōe uiuim⁹ nostrum pariter & dei est.
Hoc est quod ait. Iterū remittet eos. Nō ad diabolū; qui
primū tenebat eos: sed in arbitrio suo; in quo aīte fuerūt
adiuuāte scilicet dono gratiæ. Hoc aūt totū factum est:
ut adimpleret quod dictū est per pphetā dicentē. Dicit
te filiā Syon. Ecce rex tu⁹ uenit tibi māsuēt⁹ sedēs sup
asīnā & pullū filiū iumēti. Dñs enim ascendens ad mor
tē in Hierosolymā magnā grām pacis & cōcordiæ mū
do uniuerso quasi in testamēto reliqt. In ministeriū enī
gentium futurarū sedens sup asīnā & pullū ei⁹ intrauit
in templū. & sic gentes iudæis cōiunxit. Sciēs at pphe
ta malicia iudæorū: quia cōtradicturi fuerāt xpō ascēde
ti in templū. ideo ante pmonuit: ut per hoc signū cogno
scerēt regē suum iudæi dicens. Ecce rex tuus uenit tibi
māsuētus &c. Ecce ostēdētis est uerbū. id est uidete nō
carnali aspectu: sed spūali intellectu opa uirtutū ei⁹ aspi
cite: nō schema uisōis ei⁹. Si enī schema tñ ei⁹ aspexeri
tis: decipiēdi estis natura humana. Si aūt op⁹ eius confi
deraueritis: saluādi estis in uirtute diuina. Ante tpa autē
multa cōstitut⁹ ppheta uidēs eū spūali aspectu q nōdū
fuerat natus: ideo dicebat. Ecce: ut ostēderet qā ille: de
quo loq̃bat: anteq̃ nasceret iā erat. Quū ergo uideritis
eū in tēplo iudæi: nolite supbe agere cōtra eū dicētes

In q̄ ptāte facis hęc. Quia ecce rex tu⁹ uenit tibi māfue
t⁹ sedēs sup' asinā. Nolite cōsiderare in q̄ ptātē facit: sed
cōsiderate tātū si facere pōt: qm̄ hoc credere est: illud at
tentare. Ecce rex tu⁹ uenit tibi māfuet⁹ sedēs sup' asinā
Nolite dicere nos nō habem⁹ regē: sed tātūmodo cāsā
rē. Ecce rex tu⁹ uenit tibi māfuet⁹ sedēs sup' asinā. Si in
tellexeris: uenit tibi. si nō intellexeris: ueniet cōtra te. id
est si intellexeris: ueniet ut saluet te. & sub pedibus tuis
subiugēt gentes: ut gaudēs p pphetā dicas. Qm̄ dñs ex ps. clvj.
cell⁹, terribilis & rex magn⁹ sup' oēm terrā. subiecit po
pulos nobis. & gētes sub pedib⁹ nris. elegit nos heredi
tatē sibi spēm iacob: quē dilexit. Si aut nō itellexeris: ue
niet ut pdat te & de tēplo sanctitatis expellat. & aliā spō
sam de gētib⁹ castiorē ducat in cubiculū sanctitatis: ut
tu piecta & in tenebris cōstituta dicas p Salomonē. Nō Lanti, s.
aspexeritis me: qm̄ ego sū denigrata: qm̄ despexit me sol
Vis cognoscere māfuetudinē ueniētis? Cōsidera spēm
aduēt⁹ ei⁹. Nō sedet in curru aureo p̄ciosa purpura ful
gēs. neq; ascendit sup' equū feruidū amatorē discordiā
& litis: qui iactātia gl'ia pectus habet repletū: qui de lō
ginquo odorat bellū. & gaudet ad uocē tubæ. & quum
uiderit sanguineā pugnā: dicit in corde suo benefactū:
sed sedet sup' asinā trāquillitatis & pacis amicā. Nō aut
uidēs in circuitu eius splēdētes gladios aut cætera orna
mēta armorū terribiliū. Sed quid? Ramos frondētes te
stimonია pietatis. Venit ergo māfuet⁹: ut nō ppter po
tentia timere: sed ut ppter māfuetudinē amare. Sedēs Textus.
sup' asinā & pullum eius. Esto. Sup' matrē sedebat. nūqd
& sup' pullū sedebat? Tamē & si corporaliter fieri nō pote

rat ut sup aial ut & q; federet: spūaliter tñ poterat quū eēt
deus: ut & in iudæis federet & gentilibus simul. Sedere
āt est sup iumēta. idest in p̄cordiis habitare ut dicat illis
xps. Tollite onus meū sup uos & uidete: q̄a mitis sum &
hūilis corde. Māfucti enī māfuetū debēt portare q̄ uoca
uit eos sessor: nō ut puniat eos ppter peccata eorū: sed ut
ipse req̄escat ī eis ppter māfuetudinē eorū. Nā sicut hoc
gen⁹ iumēti si qd errat: in simplicitate errat & nō ī aspe
ritate: ita & hoīes: qui crediderūt in xpm siue ex iudæis:
siue ex gētib⁹: nō ī malicia: sed in ignorātia peccauerūt
ideo sedere debēt: nō puniri sub graui sessore. Nā sicut
peccatores equi sūt diaboli: ita & sancti equi sūt xpi. q̄a
diabol⁹ in p̄tōrib⁹ sedēs instigat eos p̄ deserta facinorū.
idest per fornicatiōes & auariciās. Xps autē sedēs in san
ctis dirigit eos per plana iustitiā. idest in castitate. ī hu
militate. Ergo equitatus diaboli p̄ditio est. Equitatus āt
xpi salus. Sicut Abacuc dicit in canticis suis ad ipsum.
Qui ascendis sup equos tuos. & equitat⁹ tuus sanitas ē
Ergo induxit pplm in templū: ut gentes iudæis cōiūgat
ut impleat qd iacob b̄ndicēs filiū suū iudā pphetauit.
Alligās inquit ad uitē pullū suū. Quæ est illa uitis? Iu
dæa: quæ de ægypto trāslata est & in oriēte plātata. Et si
cut pphetauit Noe de filiis suis dicēs. B̄ndict⁹ fili⁹ me⁹
Sem. dilatet de⁹ Iaphet & inhabitet in tabernaculis Sem
Sem enī erat pater iudæorū. Iaphet āt pater gentiū: quæ
p xpm ingressæ sunt in tabernacula iudæorū. Eūtes autē
discipuli fecerūt sicut p̄cepat illis Iesus. & adduxerūt asi
nam & pullum. Qd euntes apostoli soluerunt asinā alie
nam ministerium quidē fuit illoꝝ. Vir⁹ autē & aucto

Matth. i. xj.

Abacuc. iij.

Gen. xlij.

Gen. ix.

Textus.

ritas xpi. Nec enim potuissent tollere iumentum alienum
ab illo dño: qui non eos agnoscebat qui essent: nisi præ-
ueniens eos spūs xpi cor dñi eius pręparasset ad dandum
Sicq; apli soluerunt iudæos uel gentes de uinculo inimi-
ci. In prima quidem facie eorū uidebat opus. re uera autē
uirtus fuit & grā xpi. Nec enī xpo duodecim constitui
ti totū mundū ligatum sub ptāte diaboli soluere potuis-
sent: nisi gratia xpi cōfregisset uirtutē inimiçi. Et impo-
suerunt sup eos uestimēta sua: & eū desup sedere fecerunt
Vestimēta sunt pcepta diuina & grā spūalis. Sicut enim
nuditatis turpitudine uestimento tegit: sic naturalia mala
carnis nostrę pceptis & grā diuina tegunt. Quis enim hō
naturaliter non solū peccator est: sed etiam tot⁹ peccatū
dicente aplo. Eramus natura filii ire sicut & ceteri. Vñ
& Adam ideo se uidit nudum. id est peccatorē. & ideo fo-
liis fici. id est mādatis asperę legis cooperuit nuditatem
suam. Et alibi promittens se de sua iustitia suas & gratias
ablaturum de gente iudæa sic dicit per Osee pphetam.
Et auferam uestimēta mea & lintheamina: & ostendā gē-
tibus turpitudinē eius. Ergo imposuerunt uestimenta
sua super eos. id est mandata & gratias: quas ipsi accepe-
runt a christo: super iudæos & gentiles imposuerunt.
id est tradiderūt. Nec enim requiescere in eis potuisset
christus: nisi eius mandata fuissent in eis. Plurima autē
turba uestimenta sua sternebant. Alii autem scindebāt
ramos de arboribus & sternebant in uia: uidelicet ut ue-
niente calcarent iumento. Vestimēta sūt mādata ut dixi-
m⁹. Frōdes autē spēm tenēt pietatis. Quin ergo oīa mādā-
ta legis & spēs iudaicę religiōis a xpianis fuerāt concu-

Tertius.

Ephe. i.

canda in uia. id est in xpo. io iam tunc illa sub pedib9 iumē
ti sternebāt in uia. Et uide qm sup iumentū qdē apli po
suerūt uestimēta sua. sub pedibus iumētī cætera turba
iudaica. qm mādatis qdē aploz sternunt xpiani & ador
nāt. legis at mādatis ipsi cōculcāt. Quotiescūq; enī cir
cūcisionē spernim9: sacrificia iudæoz: p nihilo aestima
m9. & cæteras cōsuetudines iudaicas reprobam9: uesti
mēta iudæoz: quib9 ipi induebāt: nos qui sum9 ex gēti
b9: sub pedib9 nris calcam9. Ali9 aut sic. Qui uestimē
ta inqt deposuerūt sup asinā: apli sūt cæteri9 doctores.
uestimēta aut sūt dec9 & schemata gloriæ. ¶ Glām ergo
quā xpus accepit a prē: dedit discipulis suis. Discipuli at
accipiētes eā a xpo dederūt gētib9: ut delectabiliter xps
federet in eis sicut ipē dicit. Et ego gloriā: quā dedisti
mihī: dedi eis ut sint unū sicut & nos unum sum9. Tur
ba aut: q̄ uestimēta sua sternebat in uia: credētes erāt ex
circūcisionē: q̄ glām: quā habebāt ex lege uidētes xpm
deiecerūt ī terrā semetip̄os humiliātes & cū Paulo apo
stolo dicētes. Secūdū iustitiā: q̄ ex lege est conuersat9 sū
sine q̄rela. sed q̄ mihī fuerāt lucra: hæc existimaui. ppter
xpm detrimēta. & arbitror stercora esse ut xpm lucrifa
ciā. Quid est enī aliud iustitiā legis terre coæquare ante
sublimē & glōsā? Qui at ramos de arborib9 p̄cidebant
frōdētes: & ipsi erāt credētes & eruditi doctores: q̄ ex p
phetis accipiētes exēpla uiua de xpo quasi de arboribus
semp uirētib9 & nunq̄ folia uerboz suoz deiciētib9 ra
mos frondentes ante pedes subiugalis. hoc est gentilis
populi ponebant: uel sternebāt: ut per ea exempla quasi
per ramos uirentes sine offendiculo ambularent per uia

uitæ istius; donec introirent in sanctuariū dei. Turbæ autē: quæ præcedebant. & quæ sequebant; clamabant. Osanna. &c. Memores populi mirabiliū eius: quæ ostēdit eis; & sanitatum: quas præstitit eis exultantes cordibus suis: ante & retro clamabant. Osanna filio David. Qui præcedebant seniores erant. scilicet Patriarchæ, prophetæ; cæteri; sancti: qui ante aduentum christi de aduentu eius & prædixerūt & cognouerūt. Sequentes aut iuniores scilicet apostoli. martyres cæteri; doctores: qui post ascensum christi de resurrectione eius & de ascensu. uel de operibus prædicauerunt uel prædicant. & diuersis quidem temporib⁹ fuerunt: tamē in omnibus unus exultatiōis spiritus fuit. Et illi quidē prophetantes de christo uenturo clamauerūt. Benedict⁹ qui uenit in noīe dñi. Isti aut laudantes clamabant de aduentu christi iā adimpleto. Osanna aut quidā interpretantur. Gloriā. Alii uero redemptionē. Alii saluifica. siue saluū fac. nam & gloria illi debetur. & redemptio illi cōuenit: quia omnes redemit. & præciōsa sui sanguinis effusione saluauit. Qui cum deo patre uiuit & regnat in sæcula sæculorum.

Tertius.

Tertius.

Tertius.

Tertius.

CDñica secūda de aduentu dñi; quæ prima est secūdū consuetudinē romanæ ecclesiæ.

CEx euangelio Lucae capite. xxi.



In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Erunt signa in sole & luna & stellis. & in terra pressura gentium præ confusione sonit⁹ maris & fluctuum: arescentibus hoībus præ timore & expectatione: quæ supuenient uniuerso orbi. Nam uir

rutes cælorum mouebūtur. Et tunc uidebunt filiū hominis uenientē in nube cum potestate magna & maiestate. His autē fieri incipiētibus respicite & leuate capita uestra: quoniā appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinē. Videte ficulneam & omnes arbores: quum producant iam ex se fructum: scitis quoniā prope est æstas. Ita & uos quum uideritis hæc fieri: scitote quoniā prope est regnum dei. Amē dico uobis: quia nō præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt. uerba autem mea non transient.

¶ Homelia beati Gregorij papæ de eadem lectiōe.

Domin⁹ ac redemptor noster paratos nos in uenire desiderans senescentē mūdū quæ mala sequant denunciat: ut nos ab amore ei⁹ cōpescat. Appropinquāte eius termino quātæ percussiones præueniant innotescit: ut si deum metuere in tranquillitate nolum⁹: uicinum eius iudiciū uel percussionibus attriti timeam⁹. Huic enim lectioni sancti euangelij: quam modo uestra fraternitas audiuit: paulo superius domin⁹ præmisit dicens. Surget gens contra gentem & regnū aduersus regnum. & erunt terræ mot⁹ magni per loca. & pestilentia & fames. Et quibusdam interpositis hoc quod modo audistis: adiunxit. Erūt signa in sole & luna & stellis & in terris pressura gentiū præ confusione sonit⁹ maris & fluctuū. Ex quibus profecto oībus alia iam facta cernimus. alia e proximo uentura formidamus. Nam gentē super gentē exurgere earūq; pressuram terris insistere plus iam in nostris tribulatiōibus cernim⁹ q̃ in codicib⁹ legim⁹. Qd̃ terræ mot⁹ urbes in-

numeras subruat ex aliis mundi partibus scitis quod frequen-
ter audiuius. Pestilentias sine cessatione patimur. Si-
gna uero in sole & luna & stellis adhuc aperte minime
uidemus. Sed quia & haec non longe sint ex ipsa iam ae-
ris immutatio colligimus. Quauis priusquam Italia genti-
li gladio ferienda traderetur: igneas in caelo iam uidimus acies
ipsum qui postea humani generis fusus est: sanguinem
coruscantes. Confusio autem maris & fluctuum necdum
noua exorta est, sed quum multa iam praenunciata com-
pleta sint: dubium est quin sequatur etiam pauca: quae
restant: quia sequentium rerum certitudo est praeteritarum
exhibitio. Haec fratres charissimi idcirco diximus: ut ad
cautelam studium uestrae mentes euigilent. ne securita-
te torpeant, ne ignorantia languescant: sed semper eas & ti-
mor solliciter in bono opere, & sollicitudo confirmet pen-
santes hoc: quod redeptoris nostri uoce subiungitur.
Arescentibus hominibus praeterea & expectatione: quae
superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes caelorum mo-
uebuntur. Quid enim uirtutes caelorum: nisi Angelos. Ar-
changelos. Thronos. Dominationes. Principatus. & Po-
testates appellat? Quae in aduentu districti iudicis no-
stris tunc oculis uisibiliter apparebunt ut districtae a no-
bis exigant hoc: quod in nobis modo inuisibilis condi-
tor aequanimiter portat. Vbi & subditur. Et tunc uide-
bunt filium hominis uenientem in nubibus in potestate ma-
gna & maiestate. Ac si apte diceretur. In potestate magna
& maiestate uisuri sunt: quem in humilitate positum au-
dire noluerunt: ut uirtutem eius tanto tunc districtius sen-
tiant: quanto nunc ceruicem cordis ad eius patientiam non in-

Tertius.

Tertius.

Seneca.

Tertius.

clinant. Sed quia hæc contra reprobos dicta sunt: mox ad electorū consolationē uerba uertuntur. Nam subdit. His autē fieri incipientibus respicite & leuate capita uestra: quoniam appropinquat redēptio uestra. Ac si aperte discipulos suos admoneat dicens. Quum plagæ mūdi crebrescūt. quū terror iudiciū uirtutibus cōmotis ostēditur: leuate uos capita. id est exhilarate corda uestra: quā dum finit mūdus: cuius amici non estis: prope sit redēptio: quā quæstistis. In scriptura etenim sacra sæpe caput pro mente accipit: quia sicut capite reguntur membra: ita cogitationes mente disponuntur. Leuare itaq; capita est mentes nostras ad gaudia patriæ cælestis erigere. Qui ergo deum diligunt: ex fine mundi gaudere atq; hilarescere iubetur: quia cum quē amāt: mox inueniūt: dum transit is: quem non amauerūt. Absit enim ut fidelis quisq; qui deum uidere desiderat: de mundi percussionibus lugeat: quæ finiri eisdē suis percussioibus nō ignorat. Scriptum nāq; est. Quicūq; uoluerit amic⁹ esse huius sæculi: inimicus dei cōstituit⁹. Qui ergo appropinquante mundi fine non gaudet: amicū se illius esse testatur. ac per hoc inimicus dei esse cōuincit⁹. Sed absit hoc a fidelium cordib⁹. Absit ab iis: qui & esse aliam uitam per fidē credunt: & eam per operationē diligunt. Ex mūdi enim destructione lugere eorum est: qui radices cordis in eius amore plantauerūt. qui sequentem uitam non credunt. qui eam nec esse suspiciantur. Nos autē: qui cælestis patriæ gaudia æterna cognouimus: festinare ad ea quā totius debemus. Optandū nobis est citius pergere atq; ad illa uia breuiore peruenire. Quibus enī malis nō

Jacobi, iij.

mundus urgetur? Quæ nos tristitia? Quæ aduersitas
non angustat? Quid est uita mortalis: nisi uia? Et quale
sit fratres perpendite in labore uiae lascessere: & tamē eā-
dem uiam nolle finire. Qd̄ autem calcari mundus ac de-
spici debeat redemptor noster prouida comparatiōe ma-
nifestat quum protinus adiungit. Videte ficulneam & *Tertus.*
omnes arbores. quum producūt iam ex se fructū: scitis
qm̄ p̄pe est æstas. ita & uos quū uideritis hæc fieri: scito
te quoniam prope est regnum dei. Ac si aperte dicat. Si
cūt ex fructu arborū uicina æstas agnoscitur: ita ex rui-
na mundi prope esse cognoscitur regnum dei. Quibus
uerbis ostenditur quia fructus mundi ruina est. ad hoc
enim crescit ut cadat. ad hoc germinat ut quæq; germi-
nauerit: cladibus consumat. Bene autem regnū dei æsta-
ti comparatur: quia tunc mœroris nostri nubila transe-
unt: & uitæ dies æterni solis claritate fulgescunt. Quæ
omnia sub magna certitudine confirmantur quum dici-
tur. Amen dico uobis non præteribit generatio hæc do- *Tertus.*
nec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt: uerba autē
mea non transibunt. Nihil in rerum corporalium natu-
ra cœlo: & terra durabilius. & nihil in rerum natura tam
uelociter q̄ sermo transit. Verba enim quousq; imperfe-
cta sunt: uerba non sunt. Quum uero perfecta fuerint:
omnino iam non sunt: quia nec perfici nisi transeundo
possunt. Ait ergo cœlum & terra transibunt: uerba autē
mea non trāsient. Ac si dicat. Omne quod apud uos du-
rabile est: sine mutatione: ad æternitatem durabile non
est. Et omne quod apud me transire cernitur: fixum &
sine transitu tenet: quia sine mutabilitate manentes sen-

tentias exprimit me⁹ sermo: qui transit. Ecce fratres iā
cernimus quod audiebamus. Nouis quotidie & crebre
scentibus malis mundus urgetur. Ex illa plebe innume
ra quanti remanseritis aspicietis: & tamen adhuc quoti
die flagella urgent. Repentini casus oppriment. Nouæ
nos & improuisæ clades affligunt. Sicut enim in iuuen
tute uiget corpus. forte & incolume manet pectus. To
rosa ceruix. Plena sunt brachia. In annis autem senilib⁹
statura curuatur. Ceruix excicata depōitur. Frequētib⁹
suspiriis pectus urgetur. Virtus deficit. Loquentis uer
ba anhelitus intercidit. (Nā & si langor plærūq; desit
senibus: ipsa tamen sua salus ægritudo est.) Ita mundus
in annis prioribus uelut in iuuentute uiguit. Ad propa
gandū humani generis prolem robustus fuit. salute cor
porum uiridis. opulentia rerum pinguis. at nunc ipsa se
nectute sua deprimatur: & quasi ad uicinam mortē mo
lestiis crebrescentib⁹ urgetur. Nolite ergo fratres dili
gere: quem uidetis diu stare nō posse. Præcepta aposto
li in animo ponite: quibus nos admonet dicens. Nolite
diligere mūdum: neq; ea quæ in mundo sunt. quia siq;
diligat mundum: non est charitas patris in eo. Nudius
tertius fratres agnouistis q; subito turbine annosa arbu
sta eruta. destructæ domus ecclesiæ a fundamētis euer
sæ sunt. Quanti ad uesperum sani atq; incolumes actu
ros se in crastinum aliquid putabant: & tamen nocte ea
dem repentina morte defuncti sunt in laqueo ruinae de
prehensi. Sed considerandum nobis est q; ad hæc agen
da inuisibilis iudex uentū tenuissimū spiritū mouit. unū⁹
procellam nubis excitauit & terram subruit. casura tot

ædificiorū fundamenta concussit. Quid ergo iudex iste
 facturus est quū per semetipsū uenerit: & in ultionem
 peccatorū ira eius exarserit: si portari non potest: quum
 nos per tenuissimā nubem ferit: In ire eius præsentiā q̄
 caro subsistet: si uentū mouit & terrā subruit. concita-
 uit aera & tot ædificia strauit. Hanc districtionē uentu-
 ri iudicis Paulus considerans ait. Horrendū est incide-
 re in manus dei uiuentis. Hinc psalmista ait. Deus ma-
 nifeste ueniet deus noster & non silebit. ignis in conspe-
 ctu eius ardebit. & in circuitu eius tēpestas ualida. Di-
 strictionē quippe tantæ iustitiæ tēpestas ignisq; comi-
 tantur: quia tempestas examinat quos ignis exurat. Illū
 ergo diē ante oculos ponite. & qcquid modo graue cre-
 ditur: in eius cōparatione læuigatur. De illo enī diē p p-
 phetā dicit. Iuxta ē diēs dñi magn⁹ & uelox nimis. Vox
 dici dñi amara ualde. tribulabit ibi fortis. Dies iræ dies
 ille. dies tribulatiōis & āgustia. dies calamitatis & mise-
 riæ. dies tenebrarū & caliginis. dies nebula & turbinis.
 dies tubæ & clāgoris. De hac diē dñs itē p pphetā di-
 cit. Adhuc semel & ego mouebo nō solū terrā: sed etiam
 cœlū. Ecce ut dixim⁹ aerē mouit & terrā subruit. Quis
 ergo ferat quū cœlos mouerit: Quid at̄ terror est: quos
 cernim⁹: nisi sequētis iræ p̄cones dixerī: Vñ cōsiderare
 necesse ē q̄a ab illa tribulatōe ultima tñ sūt tribulatiōes
 istæ dissimiles: q̄tū a potētia iudicis p̄sona p̄conis distat
 Illū ergo diē tota intētiōe cogitate. uitā corrigite. moreſ
 mutate. mala tētātia resistēdo uincite. p̄petrata fletibus
 punite. Aduētū nāq; æterni iudicis tāto securiores q̄nq;
 uidebitis: q̄tū nūc districtionē eius timendo p̄uenitis.

Habr. r.
 ps. xliij.

Soph. j.

¶ **CD**ñica tertia de aduentu dñi.

¶ **CE**x euangelio Matthei capite. xi.

IN illo tempore. Quum audisset Ioannes in uinculis opera christi: mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui uentur⁹ est: an alium expectamus? Et respondens Iesus ait illis. Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis. Ceci uident. claudi ambulant. Leprosi mundantur. Surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. & beat⁹ est qui nō fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntib⁹ coepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum uidere? Harundinem uento agitatā? Sed qd existis uidere? Hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis & plusq⁹ pphetam. Hic est enim: de quo scriptū est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui præparabit uiam tuam ante te.

¶ **CH**omelia beati Gregorii papæ de eadē lectione.

Værendum nobis est fratres charissimi Ioannes propheta & plusq⁹ propheta: qui uenientem ad baptisma dominū ostendit dicens. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. qui & humilitatem suam & diuinitatis eius potentiam considerans ait. Qui de terra est: de terra loquitur. qui de coelo uenit super omnes est: cur in carcere positus requirit. Tu es: qui uenturus es: an aliū expectam⁹? tanq⁹ si ignoret quē ostenderat. & an ipse sit nesciat. quem ipsum esse bapti-

Joan. iij.

Ibidem.

Tertus.

zando. prophetando. ostendendo clamauerat: Sed hæc
citius quæstio soluitur si gestæ rei tempus & ordo pen-
satur. Ad Iordanis enim fluuenta positus quia ipse redem-
ptor mundi esset asseruit. Missus uero in carcere an ipse
ueniat requirit. non quia ipsum esse mundi redempto-
rem dubitet: sed querit ut sciat si is: qui per se in mūdū
uenerat: per se etiam ad inferni claustra descendat. Quē
enim præcurrens nascendo mundo nunciauerat: hunc
moriendo & ad inferos præcurrebat. Ait ergo tu es: qui
uenturus es: an alium expectamus? Ac si dicat. Sicut p
hominibus nasci dignatus es: an etiam pro hominibus
mori digneris insinua: ut qui natiuitatis tuæ præcursor
extitit: mortis etiam præcursor fiam. & uenturum infer-
no te nunciem: quem iam uenisse mundo enūciaui. Vn-
de & inquisitus dominus enumeratis potentia suæ mi-
raculis de mortis suæ humilitate protinus respondit di-
cens. Ceci uident. claudi ambulant. leprosi mundantur
fundi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizā-
tur. & beatus est: qui non fuerit scandalizatus in me. Vi-
sis tot signis tantisq; uirtutibus non scandalizari potuit
quisq; sed mirari. Sed infidelium mēs graue in illo scan-
dalum pertulit: quum eum post tot miracula morientē
uidit. Vnde & Paulus dicit. Nos prædicamus christū
crucifixum iudæis quidem scandalum gentibus autem
stultitiam. Stultum quippe hominib⁹ uisum est ut pro
hominibus auctor uitæ moreretur. Et inde contra eum
homo scandalum sumpsit: unde plus debitor fieri debu-
it. Nam tanto deus ab dignius hominibus honorand⁹
esset: quantum pro hominibus indigna suscepit. Quid

Textus.

1. Corin. 1.

est ergo dicere beatus est: qui non fuerit scandalizat⁹ in
 me: nisi apta uoce abiectiōe mortis suæ hūilitatēq; si-
 gnare. Ac si dicat. Mira quidem facio: sed abiecta perpe-
 ti nō dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor: cauē
 dū est hoībus ne in me mortē despiciant: qui signa uene-
 rant. Sed dimissis Ioannis discipulis: quid de eodē Ioan-
 ne turbis dicat audiam⁹. Quid existis ī desertū uidere?
 Harundinē uento agitātā? Quod uidelicet non asserēdo
 sed negando intulit. Harūdinē quippe mox ut aura con-
 tingerit: in partē alteram flectit. Ecquid per harūdinē: ni-
 si carnalis anim⁹ exprimitur? qui mox ut fauore uel de-
 tractione tāgitur: in partem quālibet inclināt. Si enim
 ab humano ore aura fauoris flauerit: hilarascit. extolli-
 tur. totumq; se ad gratiam inflectit. Sed si inde uentus
 detractionis eruperit: unde laudis aura ueniebat: mox
 hunc quasi in partem alteram ad uim furoris inclināt.
 Sed harūdo uēto agitata Ioānes nō erat: qā hūc nec blā-
 dū grā. nec cuiuslibet ira asperx faciebat. nec p̄spera hūc
 erigere. nec aduersa nouerant inclinare. Harundo ergo
 Ioānes uento agitata non erat: quē ab status sui rectitu-
 dine nulla rerum uarietas inflectebat. Discamus igitur
 fratres harūdo uento agitata nō esse. Solidem⁹ animum
 inter auras linguarū positū. Stet inflexibilis status men-
 tis. nulla nos detractio ad irā puocet. atq; ad remissionē
 inutilis grā null⁹ fauor inclinēt. Nō nos p̄spera eleuēt.
 nō aduersa pturbēt: ut qui in soliditate fidei figimur: ne
 quāq; rerū trāseūtū mutabilitate moueamur. Adhuc at
 de ei⁹ exp̄sioe subiūgit. Sed qd existis uidere in desertū?
 Hoīem mollib⁹ uestitū? Ecce qui mollib⁹ uestiūt: ī do-

Textus.

Textus.

mib⁹ regum sunt. Cameloꝝ enim pilis cōtextis uestit⁹
 Ioannes describit^r fuisse. Ecquid est dicere. Ecce q^d molli
 bus uestiūtur: in domib⁹ regū sunt: nisi apta sentētia de
 monstrare quia non cælesti sed terreno regno militāt ii:
 qui pro deo perpeti aspera fugiunt: sed solis exteriorib⁹
 dediti præsētis uitæ molliciē & delectationē quærūt.
 Nemo ergo æstimet in fluxu atq; studio præciosarū ue
 stium peccatum deesse. quia si hoc culpa nō esset: nullo
 modo Ioannē domin⁹ de uestimēti sui asperitate laudaf
 set. Si hoc culpa non esset: nequaq; Petrus apostolus per
 epistolā suam scēminas a præciosarū uestiū appetitu, cō
 pesceret dicēs. Nō in ueste præciōsa. Pensate ergo quæ
 culpa fit hoc uiros appetere: a quo curauit pastor eccle
 siæ scēias phibere Quāuis hoc q^d Ioānes nō esse uestitus
 mollib⁹ dicit^r per significationē intelligi aliter pōt. Mol
 libus enī uestit⁹ nō fuit: quia uitā peccantiū nō blādimē
 tis fouit: sed asperæ rigore inuēctionis increpauit dicens
 Genimina uiperarū quis uobis demonstrabit fugere a ue
 tura ira? Vnde per Salomonē dicit^r. Verba sapiētīū qua
 si stimuli & sicut clauī in altū defixi. Clauis quippe atq;
 stimulis sapiētīū uerba cōparant^r: quia culpas delinquē
 tium nesciunt palpare: sed pungere. Sed quid existis ui
 dere? Prophetā? Etiam dico uobis. Et plusq; pphetam.
 Prophetæ quippe ministeriū est uentura prædicere: nō
 etiā demonstrare. Ioānes uero plusq; ppheta est: quia cū
 quem præcurrendo prophetauerat: etiam ostendendo
 nunciabat. Sed quia harundo uento agitata esse denega
 tur. quia non esse mollibus uestitus dicit^r. quia pphetæ
 nomen huic impar esse phibet^r: iā quid digne dici possit

i. i. d. c. iij.

Matt. i. iij.

Eccle. iij.

Tertus.

audiamus. Sequitur. Hic est: de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelū meum ante faciē tuam: qui pręparabit uia tuam ante te. Quod enī grāce Angelus: hoc latine Nuncius dicitur. Recte ergo qui nunciare supernū iudicē mittit: angelus uocatur: ut dignitatē seruet in nomine: quā explet in opatione. Altū quidē nomen est: sed uita noīe inferior non est. Utinam fratres non ad iudiciū nostrū dicam⁹. quia oēs qui sacerdotiū noīe: censent angelī uocantur propheta testante: qui ait. Labia sacerdotis custodiūt scientiā. & legē requirunt ex ore eius: quia angelus dñi exercituū est. Sed huius altitudinē noīs etiā uos si uultis potestis pmereri. Nam unusquisq; uestrū in tantum sufficit: in quantū gratia supernę aspiratiōis accepit. Si a prauitate proximū reuocat. Si exhortari ad bene operandum curat. Si æternum regnū supplicium ue erranti denūciat: quum uerba sanctę annunciatiōis impendit: profecto angelus existit. Et nemo dicat amonere non sufficio. Exhortari idoneus non sum. Quantū potes exhibe: ne male seruatum quod acceperas ī tormētis exigaris. Neq; enī plusq̃ unum talētum acceperat qui hoc abscondere magis studuit q̃ erogare. Et scimus quoniam in tabernaculo non solum phialę: sed pręcipiente domino etiam cyati facti sunt. Per phialas quippe doctrina exuberans. per cyatos parua atq; angusta scientia designatur. Alius doctrina ueritatis plenus audientium mētes inebriat. Per hoc ergo: quod dicit: profecto phialam porrigit. Alius explere quod sentit non ualet: sed quia hoc utcunq; denūciat: profecto per cyatum potum prębet. In dei ergo tabernaculo. id est in sancta ec.

clesia positi si per doctrinæ sapientiam ministrare phia-
las non potestis: in quantum pro diuina largitate suffi-
citis proximis uestris boni uerbi cyatos date. In quātū
uos profecisse pensatis: etiam alios trahite. In uia dei so-
cios habere desiderate. Siquis uestrū fratres ad forum.
aut fortasse ad balneum pergit: quem ociosum esse con-
siderat ut secū ueniat inuitat. Ip̄a ergo terrena actio uos
uestra conueniat. Et si ad deum tenditis: curate ne ad eū
solī ueniatis. Hinc enim scriptum est. Qui audit: dicat Apo. rrij.
ueni: ut qui iam in corde uocem superni amoris accepe-
rit: foris proximis uocem exhortatiōis reddat. Et fortas-
se panem ut indigenti elemosinam porrigat non habet.
Sed maius est quod tribuere ualet: qui linguam habet.
plus est enim uerbi pabulo uicturam imperpetuū men-
tem reficere q̄ uentrē morituræ carnis terreno pane sa-
ciare. Nolite ergo fratres proximis uestris elemosinam
uerbi subtrahere. Mecū uos admoneo ab ocioso sermo-
ne parcamus. Inutiliter loqui declinemus. In quātum
retinere linguam præualemus in uentum uerba non de-
fluant quum iudex dicat. Omne uerbū ociosum: quod Mattbei. rñ.
locuti fuerint homines: reddent rationem de eo in die iu-
dicii. Ociosum quippe uerbum est: quod aut utilitate re-
ctitudinis. aut ratione iustæ necessitatis caret. Ociosa er-
go colloquia ad ædificationis studium uertite. Quam
celerrime huius uitæ tēpora fugiant considerate. Quā
districtus iudex ueniat attendite. Hunc ante oculos cor-
dis ponite. hunc proximorum uestrorum mentibus in-
timate: ut in quantū uires suppetunt si annunciare eum
non negligitis: uocari angeli ab eo cum Ioāne. Valeatis.

¶ Sabbato ante dñicam
quartam aduentus.

¶ Ex euangelio Lucae capite tertio.

Inno quintodecimo imperii Tiberii cæsaris p
curante Pontio pilato Iudea. Tetrarcha autē
galileæ Herode. Philippo autē fratre eius tetrar
cha ituræ & Traconitidis regiōis. & Lyfania Abilinæ te
trarcha. sub principibus sacerdotū Anna & Caïpha fa
ctū est uerbū dñi super Ioānem zachariæ filium in deser
to. Et uenit in oēm regiōē Iordanis prædicās baptismū
pœnitentiæ in remissionē peccatorū sicut scriptū est in
libro sermonū Esaïæ pphetæ. Vox clamantis in deserto
parate uiam dñi. rectas facite semitas eius. Omnis uallis
implebit̃. & omnis mōs & collis humiliabit̃ & erūt pra
ua in directa & aspera in uias planas. & uidebit omnis
caro salutare dei.

¶ Homelia beati Gregorii papæ de eadē lectione.

Predemptoris præcursor quo tēpore uerbum
prædicationis acceperit memorato romanę
reipublicæ principē. & Iudeæ regibus desi
gnatur quum dicitur Anno quintodecimo imperii Ti
berii cæsaris procurante Pontio pylato Iudæam. tetrar
cha autem galileæ Herode. & cætera. Quia enim illum
prædicare ueniebat: qui & ex Iudæa quosdā. & multos
ex gentibus redempturus erat: per regem genuū & prin
cipes iudæorum prædicationis eius tempora designan
tur. Quia autem gentilitas colligenda, & Iudæa erat p

culpa perfidia dispergenda ipsa quoque descriptio terre-
ni principatus ostendit. quoniam & in Romana republica
unus praefuisse describitur. & in iudea regno per quar-
tam partem plurimi principabantur. Voce etenim no-
stri redemptoris dicitur. Omne regnum in seipsum di-
uisum desolabitur. Liquet enim quod ad finem regni Iudaea
peruenerat: quae tot regibus diuisa subiacebat. Apte quo-
que non solum quibus regibus: sed quibus etiam sacerdo-
tibus actum sit demonstratur. Et quia illum Ioannes ba-
ptista praedicabat: qui simul rex & sacerdos existeret: lu-
cas euangelista praedicationis eius tempora per regnum
& sacerdotium designauit. Et uenit in omnem regionem
Iordanis praedicans baptismum poenitentiae in remissio-
nem peccatorum. Cunctis legentibus liquet: quia Ioan-
nes non solum baptismum poenitentiae praedicauit: sed
etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum in remis-
sionem peccatorum dare non potuit. Remissio enim pec-
catorum in solo nobis christi baptismate tribuitur. No-
tandum itaque quod dicitur. Praedicans baptismum poe-
nitentiae in remissionem peccatorum: quoniam baptis-
mum: quod peccata solueret: quia dare non poterat: pra-
edicabat: ut sicut incarnatum uerbum praecurrebat uer-
bo praedicationis: ita baptismum poenitentiae: quo pec-
cata soluuntur: praecurreret suo baptismate: quo pec-
cata solui non possunt: ut quia eius sermo praecurrebat
praesentiam redemptoris: ipsum quoque eius baptismum
praecedendo fieret umbra ueritatis. Sequitur. Sicut scriptum
est in libro sermonum Esaiae prophetae. Vox clamantis in deserto
parate uiam domini. rectas facite semitas eius. Idem uero iohannes

Luce. xi.

Textus.

Textus.

baptista requisitus quis esset respondit. Ego uox clamā
tis in deserto. Quia sicut antea uobis dictū est: ideo uox
a propheta uocat⁹ est: quia uerbum præibat. Quid autē
clamaret aperuit quū subditur. Parate uiam dñi. rectas
facite semitas eius. Omnis: qui rectā fidem & bona ope
ra prædicat quid aliud q̄ uenienti domino ad corda audi
entium uiam parat: ut hæc uis gratiæ penetret: & lumē
ueritatis illustret: ut rectas deo semitas faciat: dum mū
das in animo cogitationes per sermonē bonæ prædica
tionis format: Omnis uallis implebitur. & omnis mōs
& collis humiliabit^r. Quid hoc loco uallium nomine: ni
si humiles? Quid montiū & collium: nisi superbi homi
nes designātur? In aduentu igitur redēptoris nostri ual
lis impletæ. montes & colles humiliati sunt: quia iuxta
eius uocem omnis: qui se exaltat: humiliabitur. & qui se
humiliat exaltabitur. Vallis enim impleta crescit. mons
& collis humiliatus decrescit. Quia in fide mediatoris
dei & hominū hominis christi Iesu & gentilitas plenitu
dinem gratiæ accepit. & iudæa hoc per errorē perfidiæ
unde tumebat: perdidit. Omnis ergo uallis implebit^r: quia
corda humilium sacre doctrinæ eloquio uirtutum gra
tia replebuntur iuxta hoc: quod scriptum est. Qui emit
tit fontes in conuallibus. Et unde rursum dicitur. Et cō
ualles abundabunt frumento. A mōtib⁹ nāq; aqua dila
bit^r: quia supbas mētes ueritatis doctrina deserit. Sed fō
tes in cōuallibus surgunt: quia mentes humiliū uerbū
prædicatiōis accipiunt. Iam uidemus. iam cōualles fru
mento abundare conspiciamus. quia illorum ora pabulo
ueritatis cōpleta sūt: qui mites & simplices huic mūdo

Tertus.

Luce, xviij.

ps. cii.

ps. lxiij.

despicabiles esse uidebāt. Ipsum quoq; iōannē baptistā:
quia mira sanctitate præditum populus uidebat: hunc
esse singulariter celsum ac solidum montem credebat.
de quo scriptum est. In nouissimo dierum erit mons do
mus domini præparatus in uertice montium. Nā hūc
esse christum putabant: sicut per euangelium dicitur.
Estimante autem populo & cogitantibus omnibus de
Ioanne ne forte ipse esset christus: quem & requirebant
dicentes. Nunquid christus es tu? Sed nisi idem Ioan.
nes apud se uallis esset: repletus spiritu gratiæ non fuisset.
Qui ut hoc: quod erat: ostenderet: dixit. Venit forti
or me: cuius non sum dignus soluere corrigiam calcia
menti eius. Et rursus ait. Qui habet sponsam sponsus est.
amicus autem sponsi qui stat & audite eum: gaudio gau
det propter uocem sponsi. hoc autem gaudium meum
impletum est. illum oportet crescere. me autem minui.
Ecce quum præmissa operatione uirtutum talis esset ut
christus esse crederetur: non solum christum non se esse
respondit: sed & corrigiam calciamenti eius soluere. id
est incarnationis eius mysterium perscrutari non se di
gnum esse perhibuit. Eius sponsam esse ecclesiam crede
bant: qui hunc quia christus esset æstimabant. Sed ait.
Qui habet sponsam: sponsus est. Ac si diceret. Ego spon
sus non sū: sed amicus sponsi sū. Nec propter uocem su
am: sed in uoce sponsi gaudere se phibebat. quia nō ideo
lætabatur in corde: quoniam a populis humiliter audie
batur loquens: sed quia ipse ueritatis uocem audiebat in
tus ut loqueretur foras. Quod bene gaudium impletū
dicit. quia quisquis de sua uoce gaudet: plenum gaudiū

Adich. iij.

Joan. s.

Ibidem.

Joan. iij.

nō habet. A quo & subditur. Illum oportet crescere. me autem minui. Qua in re quærendum est in quo creuit christus. in quo minutus est Ioannes. Nisi q̄ populus Ioannis abstinentiam uīdens: remotum hunc esse ab hominibus conspiciens eum esse christum putabat. Christum uero cum publicanis comedentem: inter peccatores ambulantē intuens eum non christum: sed prophetā esse credebat. Sed dum per accessum temporis & xp̄s qui propheta esse putabatur: christus est agnitus. & Ioānes: qui christus esse credebatur: propheta esse innotuit impletum est quod de christo suus præcurzor prædixit. Illum oportet crescere. me autem minui. In æstimationē quippe populi & christus creuit. quia agnitus est quod erat. & Ioannes decreuit: quia cessauit dici quod nō erat. Igitur quoniā & idē Ioannes ideo in sanctitate perstitit: quia in cordis hūilitate p̄durauit. & multi idcirco ceciderunt: quia apud se ipsos elata cogitationē tumuerūt: dicat recte. Oīs uallis implebit̄ & oīs mōs & collis hūiliabit̄. Quia hūiles donū accipiūt: quod a se corda supbientiu repellūt. Sequit̄. Et erunt praua in directa & aspera in uias planas. Prava in directa sūt quū malorū corda p̄ in iustitiā detorta ad iustitiæ regulā dirīgunt̄. & aspera in uias planas imutātur. quū imites atq; iracundæ mentes per infusionē supnæ gratiæ ad enitatem māsuetudinis redeunt. Quādo enī uerbū ueritatis ab iracūda mente nō recipit̄: quasi asperitas itineris gressum pergetis repellit sed quū mens iracunda per acceptā māsuetudinis gratiam correctionis. uel exhortationis uerbum recipit: ibi planā uiam prædicator inuenit: ubi prius pro asperitate

itineris pergere. idest prædicationis gressum ponere nō
ualebat. Sequitur. Et uidebit oīs caro salutare dei. Quia *Textus,*
omnis caro accipitur omnis homo. Salutare dei. uideli-
cet christum. christum in hac uita omnis homo uidere
non potuit. Vbi ergo in hac sententia propheta prophe-
tia oculum: nisi ad extremū iudicii diē tendit? Vbi quū
apertis cœlis. ministrantibus angelis. confidētibus apo-
stolis in sede maiestatis suæ christus apparuerit: omnes
hūc electi & reprobi pariter uidebūt: ut & iusti de mu-
nere retributionis sine fine gaudeant. & iniusti in ultio-
ne supplicii imperpetuū gemāt. Nam quia hoc ista sen-
tentia intendit q; in extremo examine ab omni carne ui-
debitur recte subiungitur. Dicebat autē ad turbas: quæ *Textus,*
exibant: ut baptizarentur ab eo. Genimina uiperarum
quis ostendet uobis fugere a uentura ira? Vtura enim
ira est animaduersio ultionis extremæ: quam tunc pec-
cator fugere non ualet: qui nunc ad lamenta pœniten-
tiæ non recurrit. Et notandum q; malæ soboles malorū
parentum actiones imitantes genimina uiperarum uo-
cantur. quia per hoc q; bonis inuident eosq; persequuntur
q; quibusdā mala retribuūt. q; læsiones proximis inqui-
runt. quoniā in his omnibus priorum suorū carnaliū ui-
am sequuntur: quasi uenenati filii de uenenatis parenti-
bus nati sunt. Sed quia iam peccauimus. quia usu malæ
consuetudinis inuoluti sumus: dicat quid nobis faciē-
dum sit ut fugere a uentura ira ualeamus. Sequitur. Fa- *Textus,*
cite ergo fructus dignos pœnitentiæ. In quibus uerbis
notādū est q; amic⁹ spōsi non solū fruct⁹ pœnitentiæ: sed
dignos pœnitentiæ admōet eē faciēdos. Aliud nāq; ē fru-

etum facere. aliud dignum pœnitentiæ facere. Vt enim
dignos pœnitentiæ fructus loquamur: sciendum est quia
quisquis illicita nulla commisit: huic iure conceditur ut
licitis utatur. sicq; pietatis opera faciat: ut tamen si no-
luerit ea: quæ mundi sunt: no relinquat. At si quis in for-
nicationis culpam. uel fortasse quod grauius est in adul-
terium lapsus est: tanto a se debet licita abscindere: quan-
to se meminit & illicita perpetrasse. Neq; enim par fru-
ctus esse boni operis debet eius: qui minus. & eius: qui
ampli⁹ deliquit aut eius: qui in nullis. & eius: qui in qui-
busdam facinoribus cecidit. Per hoc ergo: quod dicitur
facite fructus dignos pœnitentiæ: uniuscuiusq; conscie-
tia conuenitur ut tanto maiora quærat bonorum operû
lucra per pœnitentiã: quanto grauiora sibi intulit dam-
na per culpam. Sed iudæi de generis nobilitate glorian-
tes idcirco se agnoscere peccatores nolebant: q̃a de abra-
hæ stirpe descenderāt. Quibus recte dicitur. Et ne cepe-
ritis dicere patrem habemus Abraham. Dico enim uo-
bis q̃a potēs deus de lapidibus istis suscitare filios Abra-
hæ. Quid enim lapides: nisi corda gentiliū fuerint ad
intelligendum uerbum dei patris omnipotentis insensi-
bilia? Sicut etiam quibusdam ex iudæis dicitur. Aufe
ram cor lapideum de carne uestra. Neq; immerito lapi-
dis nomine gentes significatæ sunt: quæ lapides colue-
runt. Vnde scriptum est. Similes illis fiant qui faciunt
ea: & omnes qui confidunt in eis. De quibus nimirū la-
pidibus filii Abrabæ suscitati sunt. quia dum dura cor-
da gentiliū in Abrabæ semine. idest in christo credide-
runt: eius filii facti sunt: cuius semini uniti sunt. Vnde

Tertius.

Eze. xi.

ps. cxiij.

& eisdem genibus per egregium prædicatorem dicitur
Si autem uos christi: ergo Abrahamæ semen estis. Si igitur
nos per fidem christi Abrahamæ iam semen existimus: iu-
dæi propter perfidiam Abrahamæ filii esse desierunt. Quia
uero in illo tremendi examinis die parētes boni malis fi-
liis prodesse non poterunt testatur propheta: qui dicit.
Noe & Daniel & Iob si fuerint in medio eorū. Viuo ego
dicit dominus: quia filium & filiam non liberabunt: sed
ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Et rursum quia
boni filii nihil malis parentibus profint: sed ad reatū po-
tius malorum parentum proficiat bonitas filiorum ipsa
per se ueritas iudæis non credentibus dicit. Si ego in Beel-
zebub eiſicio dæmonia: filii uestri in quo eiſiciunt? ideo
ipsi iudices uestri erunt. Sequitur. Iam enim securis ad
radicem arboris posita est. Omnis enim arbor: quæ non
facit fructum bonum: excidetur & in ignem mittetur.
Arbor huius mundi est uniuersum genus humanum.
securis uero est redemptor noster: qui uelut ex manu-
brio & ferro tenetur ex humanitate: sed incidit ex diuini-
tate. Quæ uidelicet securis iam ad radicem arboris posi-
ta est: quia & si per patientiam expectat: uidet tamen qd
factura est. Omnis enim arbor non ferens fructum bo-
num excidetur & in ignem mittetur. Quia unusquisq;
peruersus paratam citius gehennæ concremationē inue-
nit: qui hic fructum boni operis facere cōtempſit. Et no-
tandum qd securim non iuxta ramos positam: sed ad radi-
cem dicit. Quum enim malorum filii tolluntur: quid ali-
ud q̄ rami infructuosæ arboris abſcinduntur? quū ue-
ro tota simul progenies cum parente tollitur: infructuo-

Ad gala. iij.

Eze. xliij.

Luce. xj.

Textus.

Matthæi. vij.

fa arbor ab radice abscisa est: ne iam remaneat: unde pra-
 ua iterum soboles succrescat. In quibus Ioannis bapti-
 stae uerbis constat q̄ audiētium corda turbata sunt: quū
 protinus subinfertur. Interrogabant eum turbæ dicen-
 tes quid ergo faciemus? Percussē enim terrore fuerant
 quā consiliū quærebant. Sequitur. Respondens autē
 dicebat illis. Qui habet duas tunicas det non habēti. &
 qui habet escas similiter faciat. Per hoc q̄ tunica plns
 est necessaria: usui nostro q̄ palliū ad fructum dignū
 pœnitentiæ pertinet: ut nō solum exteriora quæq; & mi-
 nus necessaria: sed ipsa ualde nobis necessaria diuidere cū
 proximis debeam⁹. scilicet uel escam: qua carnaliter ui-
 uimus. uel tunicam: qua uestimur. Quia enī in lege scri-
 ptum est. Diliges proximum tuum sicut teipsum: mi-
 nus proximum amare conuincitur: qui non cum eo in
 necessitate illius etiā ea: quæ sibi sunt necessaria: parti-
 tur. Idcirco ergo de diuidendis cum proximo duab⁹ tu-
 nicis datur præceptum: quia hoc de una dici non potu-
 it: quoniam si una diuidatur: nemo uestitur. In dimidia
 quippe tunica & nudus remanet qui accipit. & nudus
 qui dedit. Inter hæc autem sciendum est quantum mise-
 ricordiae opera ualeant: quum ad fructus dignos pœni-
 tentiæ ipsa præ cæteris præcipiuntur. Hinc etiam per
 semetipsam ueritas dicit. Date elemosinam: & ecce om-
 nia munda sunt uobis. Hinc rursus ait. Date & dabitur
 uobis. Hinc scriptum est. Ignem ardentem extinguit a-
 qua. & elemosina resistit peccatis. Hinc iterum dicitur
 Conclude elemosinam in corde pauperis: & hæc pro te
 exorabit. Hinc bonus pater innocentē filium admonet

Textus.

Textus.

Matthæi. xxiij

Luce. xi.

Luce. xvj.

Eccle. iij.

Eccle. xxiij.

Tobi. iij.

dicens. Si multū tibi fuerit: abundanter tribue. Si exiguū
 fuerit: etiā exiguū libenter impetri stude. Ut autē quanta
 esset uirtus in continētia & susceptiōe indigentū redem- Matth. c. i.
 ptor noster ostenderet dixit. Qui recipit prophetā in no-
 mine prophetæ: mercedē prophetæ accipiet. & qui reci-
 pit iustū in noīe iusti: mercedē iusti accipiet. In q̄b⁹ uer-
 bis notandū est quia non ait. Mercedē de propheta. uel
 mercedē de iusto: sed mercedē pphetæ & mercedē iusti
 recipiet. Aliud est enim merces de ppheta. aliud merces
 pphetæ. Quid est enim dicere mercedē pphetæ accipi-
 et: nisi quia is: qui pphetā sua largitate sustentat: quīs ipse
 pphetiā nō habeat: apud oīpotentē tamē dñm pphetæ
 præmia habebit: Iste enim fortasse iustus est. & quanto
 in hoc mundo nihil possidet: tanto loquendi pro iustitia
 fiduciam maiorem habet. Hunc dum ille sustentat: qui
 in hoc mūdo aliquid possidet: & fortasse pro iustitia ad-
 huc loqui libere non præsumit: iustitiæ illi⁹ libertatem
 sibi participem facit: ut cum eo pariter iustitiæ præmia
 recipiat: quem sustentando adiuuit: quatin⁹ eandem iu-
 stitiam libere loqui potuisset. Ille prophetiæ spiritu ple-
 n⁹ est: sed tñ corporeo eget alimēto. & si corpus nō refi-
 citur: certū est q̄ uox ipsa subtrahit. Qui igitur alimētū
 pphetæ ppter hoc q̄ ppheta est tribuit: pphetiæ illi⁹
 uires ad loquēdū dedit. Cū ppheta ergo mercedē pphæ-
 tæ accipiet. q̄a & si spū pphetiæ plen⁹ nō fuit: hoc tñ an-
 te dei oculos exhibuit: q̄ adiuuit. Hinc est quod de q̄bus-
 dam fratribus peregrinantibus. Caio per Ioannem dici-
 tur. Pro noīe enī xpī pfecti sūt nihil accipiētes a gētib⁹ i. Ioan. iii.
 nos ergo debem⁹ suscipere eiusmodi: ut coopatores sim⁹

ueritatis. Qui enim spiritalia dona habentibus tempo-
ralia subsidia tribuit; in ipsis donis spiritalibus coope-
rator existit. Nam quum pauci sint: qui spiritalia do-
na percipiunt: & multi qui rebus temporalib⁹ abundat
per hoc se uirtutibus pauperum diuites ^{etiam in} inserunt: q^{ui} eis-
dem sanctis pauperibus de suis diuitiis solaciantur. Vn-
de quum per Elaiæ uocem dominus derelictæ gentilita-
ti. idest sanctæ ecclesiæ spiritaliū uirtutū merita tanq̃
deserto arbusta promitteret: ulmum quoq; pariter pro-
misit dicens. Ponam desertum in stagna aquarū & ter-
ram inuiam in riuos aquarum. dabo in solitudine cedrū
& spinam. myrtum & lignum oliuæ. ponam in deserto
abietem. ulmum & buxum simul: ut uideant & sciāt &
cogitent & intelligant ^{ut in} pariter. Desertum quippe domi-
nus in stagna aquarum & terram inuiam in riuos aqua-
rum posuit: quia gētilitati: quæ prius per ariditatē men-
tis nullos bonorum operū fructus ferebat: fluentia san-
ctæ prædicationis dedit. & ipsa: ad quam prius pro aspe-
ritate suæ siccitatis uiam prædicatoribus non patebat:
doctrinæ ^{postmodum} riuos emanauit. Cui adhuc ex mu-
nere magno promittitur. Dabo in solitudine cedrum &
spinam. Cedrum quia magni odoris est atq; imputribi-
lis naturæ iuræ accipimus in promissione. De spina ue-
ro quum peccanti homini dictum sit. Terra tua spinas
& tribulos germinabit tibi: quid mirū? si sanctæ eccle-
siæ illud promittitur: quod peccanti homini pro pœna
multiplicatur? Sed cedri designātur nomine iū: qui uir-
tutes & signa exhibent in sua operatiōe: qui dicere cum
Paulo ualent. Christi bonus odor sumus deo. quorum

Elai. li.

Gen. liij.

ij. Corin. ij.

corda ita interno amore solidata sunt: ut ea iam terreni amoris putredo nulla corrumpat. Per spinā uero signati sunt doctrinā spiritualis uiri: qui dū de peccatis ac uirtutibus differunt: & modo æterna supplicia minantur. modo cælestis regni gaudia pmittūt: cor audientiū pūgunt: sicq; mentem dolore cōpunctionis pforant: ut ab eorum oculis quasi quidā sanguis animæ lachrimæ decurrant. Myrt⁹ uero temperatiuæ uirtutis est: ita ut dissoluta mēbra tēperando restringat. Quid igitur p myrtum: nisi ii significati sunt: qui afflictioibus proximorū compati sciunt. eorum tribulationē per compassionem temperant iuxta hoc quod scriptum est. Gratias autem deo: qui consolatur nos in omni tribulatiōe nra: ut possim⁹ & ipsi cōsolari eos: qui in omni pressura sunt: qui dum afflictis proximis uerbū uel opem consolationis ferunt: eos proculdubio ad statū rectitudinis restringunt ne imoderata tribulatione in desperationem soluantur. Quos aut per oliuā: nisi misericordes accipimus: quia & græce Oleos misericordia notatur. & quasi oliuæ liquor ante dei oīpotentis oculos misericordiæ fruct⁹ luget. Cui adhuc in promissione subiungitur. Ponā in deserto abietem. ulmū & buxum simul. Quid p abietem quæ ualde crescendo ad aeris alta' sustollitur: nisi ii designati sunt: qui intra sanctam ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positi iam cœlestia contēplant: & quis de terra nascendo exierunt: contēplando tamē iam iuxta æthera uerticē mentis extollunt. Et quid per ulmū: nisi seculariū mentes expressæ sunt: quæ dum terrenis adhuc curis inseruiunt: nullum uirtutum spiritualiū fru-

ij. Corin. j.

Esa. xli.

ctum ferunt? Sed si fructum proprium ulmus non ha-
bet: portare tamē uitē cū fructu solet. Quia & sæcula-
res uiri intra sanctam ecclesiam quibus spiritaliū uirtutū
fructum nō habeant: dum tamē sanctos uiros donis spi-
ritualib⁹ plenos sua largitate sustentāt: quid aliud quā
uitē cum botris portant: Buxus autē quos alios desi-
gnat: quæ in altum nō proficit: & quibus fructum non ha-
beat: uiriditatē tamē habet: nisi eos: qui intra sanctā ec-
clesiā adhuc ex ætatis infirmitate bona opera facere nō
uolent: sed tamē parentū fideiū credulitatē sequentes fi-
dem perpetuæ uiriditatis tenent: Post quæ omnia apte
subiungitur ut uideant & sciant. & cogitent & intelli-
gāt pariter. Ad hoc enim cedrus in ecclesia ponitur: ut
quisquis a proximo odoramina uirtutum spiritalium
trahit: ipse quoq; in æternæ uitæ delectatione non tor-
peat: sed ad donorum cælestium desideria ignescat. Ad
hoc spina ponitur: ut qui prædicationis eius uerbo cō-
pūctus fuerit: ipse quoq; exemplo illius discat corda se-
quentium prædicationis uerbo compungere. Ad hoc
an arbor myrtus ponit: ut qui in ardore tribulatiōis ab ore uel ab
ope p̄ximi cōpatiētis temperamentū consolatiōis acce-
perit: ipse etiā discat quemadmodū afflictis proximis
suæ consolationis temperamentū proferat. Ad hoc oli-
ua ponitur: ut qui alienæ misericordiæ opa cognoscit:
discat quemadmodum debeat indigenti proximo & ipse
misereri. Ad hoc abies ponitur: ut si quis uirum contem-
plationis eius agnouerit: ipse quoq; ad contēplāda æter-
na præmia succendatur. Ad hoc ulm⁹ ponitur: ut quis-
quis intuetur eum: qui habere fructum uirtutum spiri-

tualium non ualet: sed tamen & eos: qui spūalibus donis
 pleni sunt: sustentat: ipse quoq; sanctorū uitā quanta ua
 let largitate inferuiat. & cælestium donorū botros: quos
 gignendo non ualet: sustentando ferat. Ad hoc bux⁹ po
 nitur: ut qui habere multos adhuc in infirmā ætate posi
 tos uere fidei uiriditatem considerat: esse ipse infidelis
 erubescat. Bene ergo descriptis prius arboribus dicitur
 Vt uideant. sciāt. & recogitent & intelligāt. Vbi & apte
 iungitur pariter. Quia quum intra sanctam ecclesiam
 diuersi hominū mores diuersi sūt & ordines: necesse est
 ut omnes simul discant dum in ea spiritalis uiri diuer
 sæ qualitatis ætatis & ordinis ad imitandum simul uidē
 tur. Sed ecce nos dum monstrare ulmū quærimus: per
 multa arbuta longius euagati sumus. Ad hoc itaq; pro
 pter quod prophetæ testimoniū ptulimus: reuertamur
 Qui accipit prophetam in nomina pphetæ: mercedem
 pphetæ accipiet. Quia & si ulmus fructum non habet:
 uitē tamen cum fructibus portans hæc ip̄a sua efficit
 quæ bene sustentat aliena. Quia uero ad magna nos ope
 ra Ioannes admonet dicens. Facite ergo fructus dignos
 poenitentiae: & rursus. Qui habet duas tunicas det non
 habenti: & qui habet escas similiter faciat: iam patenter
 datur intelligi quid est: quod ueritas dicit. A diebus Ioa
 nis baptistæ usq; nunc regnū cælorū uim patitur: & uiō
 lenti rapiunt illud. Quæ supernæ uerba sententiæ no
 bis sunt magnopere perscrutanda. ¶ Nam quæren
 dum est quomodo uim pati regnum cælorum possit.
 Quis enim cælo uiolentiam irrogat? Et rursus quæ
 rendū est. Si pati uim regnū cælorum pōt: cur candē

adattbei, r.

adattbei, r.

uim a diebus Ioannis baptistæ: & non etiā ante pertu-
lerit: Sed quū lex dicat. Siquis hæc uel illa fecerit: mor-
te ^{118 vult} moriatur: cunctis legentibus liquet quia peccatores
quosq; pœna suæ seueritatis pertulerit: non autem per
pœnitentiā ad uitā reduxit. Quum uero Ioannes ba-
ptista redemptoris gratiam præcurrēs pœnitentiā præ-
dicat: ut peccator qui ex culpa est mortuus: per conuer-
sionē uiuat: profecto a diebus Ioannis baptistæ regnū
cœlorum uim patitur. Quid est aut regnum cœlorum
nisi locus iustorum? solis enī iustis cœlestis patriæ præ-
mia debentur. ut humiles. casti. mites. atq; misericordes
ad gaudia superna perueniāt. Quum uero quis uel sup-
bia tumidus. uel carnis facinore pollutus. uel iracundię
facibus accensus. uel crudelitate impius post culpas ad
pœnitentiā reddit: & uitā æternam percipit: quasi in
locum peccator intrat alienum. A diebus ergo Ioannis
baptistæ regnū cœloꝝ uim patitur & uiolenti rapiūt. il-
lud. Quia qui pœnitentiā peccatoribus indixit: quid ali-
ud q̄ regno cœloꝝ fieri uiolentiā docuit? Recogitemus
ergo fratres charissimi mala quæ facim⁹. & nosmetip̄os
assiduīs lamentis atteramus. Hereditatē iustorū: quam
non tenuimus per uitā rapiamus per pœnitentiā. Vult
a nobis oīpotens deus talem uiolentiā per peti. Nam re-
gnū cœlorū rapi uult nostris fletibus: quod nostris me-
ritis non debetur. A spei ergo certitudine nulla nos ma-
lorum nostrorū qualitas. nulla quantitas frangat. Præ-
stat magnam ueniæ fiduciam latro ille uenerabilis: qui
non inde uenerabilis unde latro. nam latro ex crudelita-
te. uenerabilis ex cōfessione. Cogitate ergo cogitate quā

sint incōprehensibilia in oīpotenti deo misericordiae ui-
scera. Latro iste cruentis manibus abstractus a facie iti-
neris suspensus est in patibulū crucis. ibi confessus est.
ibi sanatus est. ibi audire meruit hodie mecum eris in pa-
radiso. Quid est hoc? Quis tantam bonitatem dei dice-
re? quis aestimare sufficiat? De ipsa poena criminis pue-
nit ad prēmia uirtutis. Idcirco aut oīpotēs deus electos
suos in quibusdā lapsibus cadere ^{conuincit} permisit: ut aliis i cul-
pa iacentibus si toto ad eum corde consurgant: spem ue-
niā reddat: & eis per lamenta poenitentiae uiam pietatis
aperiat. Exerceamus ergo nosmetipsos in lamētis. extin-
guamus fletibus & dignis poenitentiae fructibus culpas
tergamus tempora indulta non pereāt. quia qui multos
a suis iniquitatibus iam sanatos aspiciamus: quid aliud q̄
supernae misericordiae ^{laqueum} pignus tenemus? Ipso adiuuante
qui cum patre uiuit & regnat in unitate spūs sancti de-
per oīa saecula saeculorum. Amen.

¶ Dñica quarta de aduentu domini.

¶ Ex euangelio Ioannis capite primo.

In illo tempore. Miserunt iudaei ab Hieroso-
lymis sacerdotes & leuitas ad Ioānē: ut inter-
rogarent eum. Tu quis es? Et confessus est
& non negauit: & confessus est quia non sum ego chris-
tus. Et interrogauerunt eum quid ergo? Helias es tu?
Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit non.
Dixerunt ergo ei. Quis es: ut responsum demus iis: qui
miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego uox cla-
mantis in deserto dirigite uiam domini: sicut dixit Esaías
propheta. Et qui missi fuerant erant ex pharisaeis. & iter

rogauerunt eum & dixerunt ei. Quid ergo baptizas; si tu non es christus. neq; Helias. neq; ppheta? Respondit eis Ioannes dicens. Ego baptizo in aqua. Medius autem uestrum stetit: quem uos nescitis. Ipse est: qui post me uenturus est: qui ante me factus est. cuius ego non sum dignus ut soluiam corrigiam calciamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem; ubi erat Ioannes baptizans.

¶ Homelia beati Gregorii papæ
de eadem lectione.



X huius nobis lectionis uerbis fratres charissimi Ioannis humilitas comendat: qui quum tantæ uirtutis esset ut christus credi potuisset: elegit solide existere in se: ne humana opinione rape- retur inaniter super se. Nam confessus est & non negauit. confessus est quia non sum ego christus. Sed quia dixit Non sum: negauit plane quod non erat: sed non negauit quod erat: ut ueritatem loquens eius membra fieret: cuius sibi nomen fallaciter non usurparet. Quum ergo non uult appetere nomen christi: factus est membrum christi: quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnosce- re: illius celsitudinem meruit ueraciter obtinere. Sed quum ex lectione alia redemptoris nostri sententia ad mentem reducitur: ex huius nobis lectionis uerbis quæstio ualde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisit⁹ do- minus a discipulis de Helie aduentu respondit. Helias iam uenit. & non cognouerunt eum: sed fecerunt in eum quæcunq; uoluerunt. Et si uultis scire Ioannes ipse est Helias. Requisitus autem Ioannes dicit. Non sum Helias. Quid est hoc fratres charissimi: quia quod ueritas affirmat:

Tertius.

Ad Attihei. xvij

Ad Attihei. xij.

Tertius.

hoc propheta ueritatis negat: Valde nāq; inter se diuer-
sa sunt. Ipse est & non sum. Quomodo ergo ppheta ue-
ritatis est: si eiusdem ueritatis sermonibus concors non
est? Sed si subtiliter ueritas ipsa requiratur: hoc quod in-
ter se contrarium sonuit: quomodo contrarium non sit
inuenitur. Ad zachariam namq; de Ioannis promissiōe
angelus dicit. Ipse præcedet ante eum in spiritu & uirtute *Luce. s.*
te Heliæ. Qui idcirco uenturus in spiritu & uirtute He-
liæ dicitur: quia sicut Heliæ secundum domini aduen-
tum præueniet: ita Ioannes præuenit primum. Sicut il-
le præcursor uenturus est iudicis: ita iste præcursor fa-
ctus est redemptoris. Ioannes igit in spiritu Heliæ erat
in persona Heliæ non erat. Quod ergo dominus fatetur
de spiritu: hoc Ioannes denegat de persona. Iquia & iustū
sic erat ut & discipulis dominus de Ioanne spirituales
sententiam diceret: & Ioannes idem turbis carnalib⁹ nō
de suo spiritu: sed de corpore responderet. Cōtrarium er-
go ueritati uidetur esse quod Ioannes sonuit: sed tamen
a ueritatis ^{transmisse} tramite non recessit: qui se etiam prophetam
negat. quia uidelicet non solum poterat redemptorē præ-
dicare: sed etiam demonstrare. Quisnam sit uero conti-
nuo exprimit quum subiungit. Ego uox clamantis in de-
serto. Scitis fratres quia unigenitus filius uerbum pa-
tris uocatur Ioanne attestante: qui ait. In principio erat *Tertus.*
uerbum. & uerbum erat apud deum. & deus erat uer-
bū. Et ipa uestra locutiōe cognoscitis: qā pri⁹ uox sonat
ut uerbū postmodū possit audiri. Ioānes ergo uocē se eē
affirm. ^{asserit}: qā uerbū pcedit. Aduertū itaq; dñicū pcurrēs uox
dicit: quia per eius ministeriū patris uerbum ab homi-

nibus auditur. Qui etiam in desertum clamat. Quia de-
relictæ ac distinctæ Iudeæ solatiū ^{ne fingere} redemptoris annū-
ciat. Quid at clamet insinuat quū subiūgit. Dirigite ui-
am dominī: sicut dicit Esaias propheta. Via dominī ad
cor dirigitur: quū ad eius præceptū uita ^{facienda} pparatur. Vn-
de scriptum est. Siquis diligit me: sermonem meum ser-
uabit. & pater meus diliget eum. & ad eum ueniemus.
& mansionem apud eum faciemus. Quisquis ergo in su-
perbiam mentem ^{pone} eleuat. quisquis avariciæ æstibus an-
helat. quisquis se luxuriæ inquinatiōibus polluit: cordis

^{lapuere} ostium contra ueritatem claudit. & ne ad se dominus ue-
niat claustra animi seris uitiorū damnat. Sed adhuc qui
missi sunt: percontantur. Quid ergo baptizas: si tu non
es christus. neq; Helias. neq; propheta? Quod quia nō
studio cognoscendæ ueritatis: sed maliciā exercendæ emu-
lationis dicitur. Euangelista tacite innotuit quum subiū-
xit. Et qui missi fuerant: erant ex pharisæis. Ac si aperte

^{Joan. baptista} dicat. Illi Ioannem de suis actibus requirunt: qui doctri-
nam nesciunt quærere: sed inuidere. Sed sanctus quisq;
etiam quum a peruersa mēte ^{progit quæ} requiritur: a bonitatis suæ
studio non mutatur. Vnde & Ioānes quoq; ad uerba in-
uidiæ prædicamenta respondit uitæ. nam protinus ad-
iūgit. Ego baptizo in aqua. medius autem uestrum stat

^{laquealibus} quem uos nescitis. Ioannes non spiritu: sed aqua bapti-
zat. quia peccata soluere non ualens corpora baptizato-
rum aqua lauat. Cur ergo baptizat: qui peccata per ba-
ptismum non relaxat: nisi ut præcursoris suæ ordi-
nem seruans: qui nasciturum nascendo præuenerat:
^{de abluuntur} baptizaturum quoq; dominū baptizando præueniret.

& qui prædicando præcursor factus est christi: baptizā
do etiā præcursor eius fieret imitatione sacramenti.

Qui inter hæc mysterium nostri redemptoris annuncians hunc in medio hominū & stetit ^{apertis} & nesciri.

quia per carnē dominus ^{manifestando} apparens & uisibilis extitit corpore & inuisibilis maiestate. De quo etiā subdidit. Qui

Textus.

post me uenit: ante me factus est. Sic nāq; dicitur. Ante me factus es: ac si dicatur. Ante me positus. Post me ergo uenit: quia postmodum natus. ante me autem factus

quia mihi prælatus. Sed hoc Paulo superius dicens etiā prælationis eius causas aperuit quum subiungit. Quia prior me erat. Ac si apte dicat. Inde me etiā post natus superat: quo eum natiuitatis suæ tempora non angustāt

Nam qui per matrem in tempore nascitur: sine tempore est a patre generatus. Cui quantæ reuerentiæ humilitatē debeat subdendo manifestat. Cuius non sum dignus

Textus.

^{desatur} soluere corrigiam calciamenti. Mos apud ueteres fuit: ut si quis eam: quæ sibi competeret: accipere uxore nollet: ille ei calciamentū solueret: qui ad hanc sponsus iure

propinquitatis ueniret. Quid igitur inter homines christus: nisi sponsus sanctæ ecclesiæ apparuit: De quo & ipse Ioannes dicit. Qui habet sponsam: sponsus est. Sed

Joan. iij.

quia Ioannem homines christum esse putauerūt: quod idem Ioannes negat: recte se indignum esse ad soluendā corrigiam eius calciamenti denunciat. Ac si apte dicat.

Ego redemptoris ^{calciamenti} uestigia denudare non ualeo: quia nomen sponsi mihi imerito non usurpo. Quod tamen intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat q; calciamenta

ex mortuis animalibus fiant: Incarnatus uero dominus

ueniens quasi calciatus apparuit: quia in diuinitate sua
 morticina nostrae corruptionis assumpsit. Vnde p pphe
 tā dicitur. In Idumæā extendā calciamētū meum. Per
 Idumæā gentilitas. Per calciamēta assūpta mortalitas
 designat. In Idumæā ergo dñs calciamētū suum se extē
 dere asserit: quia dum per carnē gentib⁹ innotuit: quasi cal
 ciata ad nos diuinitas uenit. Sed huius incarnationis my
 sterium humanus oculus penetrare non sufficit. Inuesti
 garī enim nullatenus potest quomodo incorporat uer
 bum. quomodo sūmus & uiuificator spūs intra uterum
 matris animatur. quomodo is: qui initiū non habet: exi
 stit & cōcipit. Corrīgīa ergo calciamētī est ligatura my
 steriī. Ioānes itaq; soluere corrīgīā calciamenti eius non
 ualeat: quia incarnationis mysteriū nec ipse inuestigare
 sufficit: qui hanc per pphetiæ spiritū agnouit. Quid est
 ergo dicere. Non sum dignus soluere corrīgīā calciame
 ti eius: nisi aperte & humiliter suam ignorantiam profi
 teri. Ac si patenter dicat. Quid mirum si ille mihi prae
 latus est: quem post me natum considero: sed natiuita
 tis eius mysterium non apprehendo. Ecce Ioannes pro
 phetiæ spiritū impletus mira scientia emicat: sed tamen
 illud de se insinuat: quod ignorat. Qua in re pensandum
 nobis est & tota intentione cogitandum: quomodo san
 cti uiri ut humilitatis in se uirtutem custodiant: quum
 quaedam mirabiliter sciunt: illud ante metis oculos stu
 dent reuocare: quod nesciunt: ut dum ex parte aīa infir
 mitatem suam considerant: ex ea parte: qua perfectus est
 eorum se animus non extollat. Scientia enim uirtus est.
 humilitas etiam custos uirtutis. Restat ergo ut in omni

quod scitis: se mens deprimat: ne quod uirtus scientiæ cōgregat: uentus elationis tollat. Quum bona fratres agitis: semper ad memoriam mala acta reuocate: ut dum culpa caute conspiciat: nunq̃ de bono opere incaute animus lætetur. Superiores inuicem in uia dei eos maxime: qui uobis commissi non sunt: proximos uestros attendite. quia & quos agere aliqua praua conspiciatis: quæ in eis lateant bona nescitis. Magnus ergo unusquisq̃ studeat esse: sed tamen aliquo modo esse se nesciat: ne dum sibi magnitudinem arrogat: amittat intus quoderat. Hinc per prophetam dicitur. Ve qui sapientes estis in oculis uestris & coram uobismetipsis prudentes. Hinc Paulus ait. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Hinc contra superbientem Saul dicitur. Quum esses paruulus in oculis tuis: caput in tribubus Israel factus es. Ac si aperte diceret. Quum tu te paruulum conspiceres: ego te præ cæteris magnū feci. Quia uero tu te magnū conspicias: a me paruus æstimatoris. Quod contra Dauid quū regni potentiā corā arca dñi saltando despiceret dixit. Ludam & uilior fiam plusq̃ factus sum. & ero humilis in oculis meis. Quem non extolleret ora leonum frangere. ursorū brachia dissipare. despectis priorib⁹ fratribus eligi. reprobato rege ad regni gubernacula ungi. timēdū cūctis uno lapide Goliath sternere. a rege pposita extinctis allophilis numerosa pputia reportare. regnū ex pmissione percipere: cunctūq̃ Israeliticū populū sine ulla cōtradictiōe possidere: & tamē in cūctis se despiciat: q̃ in suis oculis esse se humilē cōfitetur. Si igit̃ sancti uiri etiam quū agūt fortia: de semetipsis uilia sentiūt: qd

Esa. v.

Roma. xij.

i. Reg. xv.

in sua excusatione dicturi sunt: qui sine opere uirtutis intumescunt. Sed quælibet assint opera nulla sunt: nisi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio: quæ elatione non eleuat: sed grauat. Qui enim sine humilitate uirtutes congregat: in uentum puluerem portat. & unde ferre aliquid cernitur: inde deterius cæcatur. In cunctis igitur: quæ agitis fratres: radicem boni operis humilitatem tenete. nec quibus iam superiores: sed quibus adhuc inferiores estis aspiciate: ut dum meliorum uobis exempla proponitis: ad maiora semper ascendere ex humilitate ualeatis.

¶ In uigilia natiuitatis dñi.

¶ Ex euangelio Matthei capite primo.

Nillo tempore. Quum esset desponsata mater domini Iesu Maria Ioseph: anteq̃ conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem uir eius quum esset iustus: & noleret eam traducere: uoluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante: ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicēs. Ioseph fili Dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enī in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filium: & uocabis nomē ei⁹ Iesu. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

¶ Homelia Origenis de eadem lectione.

Quam desponsata esset mater Iesu Maria Ioseph. Quæ fuerit necessitas ut desponsata eēt Maria Ioseph: nisi ppter ea quatenus hoc sa-

eramentum diabolo celaretur: & ille malignus fraudis
comenta aduersus desponsatam uirginem nulla penitus
inuenisset: Vel ideo fuerat desponsata Ioseph: ut nato in
fanti uel ipsi Mariæ curam uideretur gerere Ioseph siue
in egyptum iens: uel inde denuo ueniens. Ideo desponsa
ta fuit Ioseph: non tamen in concupiscentia iuncta. Ma
ter inquit eius. Mater immaculata. Mater incorrupta.
Mater intacta. Mater eius. Cuius eius? Mater unigeni
ti domini & regis omnium plasmatoris & creatoris cun
ctorum. illius: qui in excelsis est sine matre. & in terris
est sine patre. Ipsius: qui in coelis secundum deitatem in
sinu patris & in terris secundum corporis susceptionem
in sinu est matris. O magnæ admirationis gratia. O in
narrabilis suauitas. O ineffabile magnumque sacramen
tum. Ipsa eademque uirgo. Ipsa & mater domini. Ipsa & ge
nitrix. Ipsa eius ancilla. Plasmatio eius. Ipsa: quæ genuit
Quis unquam ista audiuit? Quis uidit talia? Quis hoc exco
gitare potuit: ut mater uirgo esset & intacta generaret:
quæ & uirgo permanfit & genuit? Sicut enim quondam
rubus conburi uidebatur: & ignis eum non tangebatur. &
sicut tres pueri in camino inclusi habebantur: & tamen
eos non lædebat incendium. nec odor fumus erat in eis:
uel quemadmodum fuit in Daniele: intra lacum leonum
incluso: claustris non apertis illatum est ei prædium ab
Abacuc: ita & hæc sancta uirgo genuit dominum: sed inta
cta permanfit. Mater effecta est: sed uirginitatem non a
misit. Genuit infantem. & (ut dictum est) uirgo perman
fit. Virgo ergo genuit. & uirgo permansit. Mater filii fa
cta est: & castitatis sigillum non perdidit. Quare? Quia

non homo iste tantum: qui uidebatur: sed unigenitus erat deus: qui in carnem aduenerat. Nec subito carnaliter genitus est: sed perfecta deitas uenit in corpore. Integer ergo iste: & indiuisus deus in humano adueniens uel genitus est corpore: quiq; deus & dominus figuram serui suscepit. Non enim pars unigeniti uenit in corpore: nec se ipse diuisit ut dimidius esset apud patrem: & dimidius esset in uirgine: sed totus apud patrem & totus in uirgine. totus in sinu patris & totus in humano corpore. non relinquens superna uenit quærere terrena: quæ in cœlis sunt conseruans. & quæ in terris sunt saluans. Vbiq; omnipotens. in scissus. indiuisus. hic sanctus unigenitus deus. Si enim hoc uerbum humanum & corporale immissum in auribus plurimorum non diuiditur per singulos ut pars in alio: & pars sit iterum in alio: sed in omnib⁹ integrum & plenum habetur: ut in unoquoq; totum sit: quantomagis uerbū dei unigenitus ubiq; totus sit & in cœlo & in terra & apud patrem & in uirgine. Et non diuiditur ut dictum est: neq; scinditur. neq; in partes efficitur: sed totus totum tenet. totum implet. totum illustrat: & possidet. Huius itaq; unigeniti dei dicitur hæc mater uirgo Maria. digna digni. imaculata sancti. una unius. unica unici. Nec enim alter unigenit⁹ super terram uenit. aut alia uirgo unigenitum genuit. In iis oib⁹: quæ dicta sunt: desponsata legit^r mater eius Maria. Et ait. Inuenta est in utero habens. Cui inuenta. aut a quo inuenta est? Primo ab angelis custodientibus eam. protegentibus eam. conseruantibus eam. uel eius beatissimam animam ad honorem illius: qui ab ipsa generā

dus erat. De hinc inuenta non incongrue putabatur ab
 ipso beato Ioseph sancto & iusto; qui pene licentia marita
 li licet eam non contingeret; futuræ tamē ut putabatur
 uxoris omnia nouerat. Ioseph autem uir eius inquit quū Textus.
 esset homo iustus & nollet eam traducere. Virum appel
 lat cōtra iudæorum prauitatem; ut aduersus uirginem
 non seuirent. propterea & desponsata fuit & ipsi Ioseph
 ut supra dictum est. Si enim non fuisset desponsata Io
 seph: omnium bonorum incredibiles & inimici iudæi
 lapidibus eam occiderent. Ideo uirum eius hic eum euā
 gelista appellauit. Ioseph uir eius quum esset homo iu
 stus. Iustus autem in uerbo. iustus in facto. iustus in le
 gis cōsumatione. iustus in initio gratiæ. Iust⁹ itaq; quū
 fuisset & nollet eam traducere: uoluit occulte dimittere
 eam. Noluīt eam traducere. noluīt eam accipere. noluīt
 eam male diffamare: sed uoluit eam occulte dimittere.
 Occulte eam a se dimittere uolebat sicut pius. sicut mā
 fectus. sicut misericors. Talis ergo quum esset Ioseph:
 cogitabat eam occulte dimittere. Hæc inquit illo cogi
 tante. Textus.
 Quærendum est nobis nunc quid cogitauerit ut
 occulte eam dimitteret. Hæc cogitabat ut eam dimitte
 ret. Si suspicionem in ea habebat: quomodo iustus erat?
 Si ergo non est suspicatus uel tale aliquid cogitauit: cur
 eam dimittere uolebat ut immaculatā & sanctā? In iustum
 enim & hoc erat. Sed enim simplicem sensum audi hu
 ius orationis. Ioseph iustus erat. & illa uirgo immacula
 ta erat. sed ideo illā dimittere uolebat: quoniam uirtutē
 mysteriū & sacramētum quoddam magnificū in eadem
 cognoscebat; cui approxinare sese indignū existimabat

Luce, vi.

Matthæi, viij

Luce, i.

Tertius,

Ergo humilians se ante tantam & ineffabilem rem quæ
rebat se longe facere: sicut & beatus Petrus domino se
humilians aiebat. Recede a me domine: quia homo pec-
cator sum. Vel sicut ille centurio ad eundem dominum
mittens dicebat. Non sum dignus ut intres sub tectum
meum: quia nec meipsum dignum existimaui ad te uenire.
uel sicut scā Elisabeth ad ipsam beatam locuta est Mariā
dicēs. Et unde hoc mihi: ut ueniat mater dñi ad me? Sic
& Ioseph iuste humilians sese in omnibus cauebat & ti-
mebat sibi met ipsius tantæ sanctitatis coniunctionem
adhibere. Idcirco uolebat eam occulte dimittere dimit-
tam eam dicens & a me longe faciam eam & a cognitio-
ne mea. Maior enim eius dignitas, super excellit eius
sanctitas, nec meæ cõgruit indignitati. Ideo uolebat eā
occulte dimittere. Hæc autem eo cogitante angelus do-
mini p uisum apparuit ei dicēs. Quid dubitas Ioseph?
Quare imprudēter cogitas? Quare irrationabiliter me-
ditaris? Deus est enim qui generatur. Huius generatio-
nis minister es & non largitor. Seruus & non dominus
Mancipium & non plasmator. Propterea ministra. Ser-
ua. Custodi. Fer curam. Intende & huic: qui nascitur. &
huic: quæ generat. Etenim si tibi uxor nominatur: si de-
sponsata tibi esse dicitur: non tibi tamen uxor est: sed dei
unigeniti electa mater est. Propterea Ioseph fili Dauid
qui has promissiones accepit. cui ista fidelia data sunt te-
stamenta. Ioseph fili Dauid non tantum secundum car-
nem: sed secundum spiritum. Ioseph fili Dauid. Si enī
filius Dauid: iuste & heres eius tanq̃ filius patris. Ideo in
hereditatem accipe ea: quæ illi promissa sunt: testamen-

ta fidelia. Ioseph fili Dauid ne timueris accipere Mariā
coniugem tuam. Ne timueris. ne trepidaueris. ne con-
turberis: sed securus & intrepidus accipe eam secundū
legis præceptum uxorem tibi nominatam. sed secundū
nuptiarum consuetudinem & coniunctionem longe alie-
nam. Accipe ergo eam sicut cōmendatum cælestem the-
saurum. ut deitatis diuitias: sicut plenissimam sanctita-
tem: sicut perfectam iustitiam. Accipe eam sicut unige-
niti mansionē. sicut honorabile templum. sicut domū
dei. sicut creatoris omnium propriam. sicut regis spon-
si cælestis domum immaculatā. Ita ergo Ioseph fili Da-
uid ne timueris accipere eam tibi cōmendatam. tuæ reli-
giositati creditam. Serua. fer curam. Attende fugiēs ab
Herode. Duc in Egyptum. Iterum remeans post Hero-
dis mortem deduc in terram Israel. Ne timueris accipe
re Mariam coniugem tuam. Coniugem audiens non ex-
pauescas. nec conturberis. nec tu. nec quisq; sequentiū.
usq; in consumationem sæculi. Coniugem eam dico p-
pterea ut diabolo uirginitatem eius occultem. & iudæo-
rum prauitatem excludam atq; deiiciam. ut legis institu-
ta non destruam. & in sequentibus demonstrabo q; ista
nec tua coniunx secundum consuetudinem coniugii ha-
beatur. nec iste: qui generatur: tuus filius esse credatur.
Quod enim nascetur ex ea: de spirītu sancto est. quia sci-
licet cooperator huius natiuitatis spirītus sanctus est.
Nam unigenitus filius: qui ante sæcula ineffabiliter ex
solo patre natus est: iam sæculi appropinquante fine ex
uoluntate patris in humano corpore sancto cooperante
spirītu inter homines uenit. Iste est: de quo scriptura p-

Acta, 18.

nūciāuit dicēs. Puer nat⁹ est nobis. & fili⁹ dat⁹ est nobis
Patris etenī unigenit⁹ fili⁹ ex uirgine generat⁹ est: ut il
lā uirginē priorē Euā: quæ ceciderat: iterū renouaret at
q̄ erigeret & qui p̄ prauā uolūtātē filiū effecti fuerāt dia
boli: p̄ adoptionē gratiæ filios efficeret dei. Pariet iquit
filiū: & uocabis nomen ei⁹ Iesum. Virgo generat. & tu
hūc genitū uocabis Iesū. qđ interpretat̄ Saluator. Ipse
enim saluū faciet populū suum a peccatis eorum. Voca
bis ait nomen eius. hoc: quod ante fuit, quod ante sæcu
la nominatum est. Non tu ei impones nomen, nec ex te
ei uocabulum constitues: sed nomina & uoca exultando
Iesum. idest Saluatorem. Saluatorem eum esse testare.
nec ex tempore cepisse saluare: sed etiam antiquissimum
saluatorem eum esse testare. nec ex tempore cepisse sal
uare: sed etiam antiquissimū saluatorem. Ipse enim sal
uum faciet populum suum a peccatis eorum. Duo enī
per hoc uerbum præclara designantur q̄ & deus fuerit
& dominus prius ante incarnationē christ⁹. & q̄ popu
lus eius ab eo saluandus iam tunc annūciabitur. & ideo
dictum est. Ipse enim saluum faciet populū suum a pec
catis eorum ut uere deus. Dei enim est uirtutis a pecca
tis saluare. uel peccata dimittere. Iste ergo filius dei ha
bens populum suum ip̄m uenit ut dictum est liberare a
peccatis atq; saluare. siue ex iudæis. siue ex gentib⁹. De
quo ip̄e iam per p̄phetam fuerat elocutus dicēs. Dñs di
xit ad me filius me⁹ es tu ego hodie genui te. Pete a me
& dabo tibi gentes hereditatē tuam & possessionē tuam
terminos terræ. Ipse saluabit pplm suū a peccatis eorū.
sanguine uidelicet suo cunctos redimens morte sua. de

Textus.

Textus.

ps. 7.

mortis eos liberans de p̄tate. Ip̄e saluabit. hoc est Saluator oīum hominū fidelīū atq; credentiū. Hoc aut̄ totum Tertus. factū est. Quid totū? hoc per unigenitī descensionē. hoc de ista dñi incarnationē. hoc de angeli ad uirginē destinatione. hoc de ipsius uirginis desponsatione uel castitate. Hoc enī totū factū est ad toti⁹ mundi salutē. hoc totū factū est: ut unū cōpleret. ut unū cōsumaret. Quid illud? Qd̄ uirgo genuit. q; uirgo p̄māsit. q; mater fuit. & intacta uirgo pseuerauit. Ecce uirgo in utero accipiet. Audi te qd̄ dicit oēs filia Euæ. Audite oēs uos: q; hereditatē doloris & tristitiæ post illā: & ex illi⁹ condēnationē sūp̄sistis. Vos: quæ in tristitia generatis filios. uel magis uos: quæ cōcupiscētiā corruptibilē non timuistis. Audite & lætāmini. Audite & cōsolāmini. Audite q; uirgo in utero accipiet: nō ex desiderio partū cōcipiēs. nec serpentis p̄suatione decepta est. neq; eius afflatib⁹ uenenosis infecta est: sed uirgo in utero accipiet. p̄dicationē āgeli suscipiēs. p̄phetas: testimonia assumēs. Virgo in utero accipiet: ut deū dignāter incarnatū ad mūdi pariat salutē. Ecce inq; Hoc ip̄m qd̄ dixit. Ecce admirātis est tanti mysteriū magnitudinē: ut oēs uelut ex somno suscitans ad hoc dictū euigilēt. Ecce uirgo dicit in utero accipiet & pariet filiū ad colligēdū illū fortē armatū. ad cōculcādū serpētis impiū caput. ad cōterēdas uires ei⁹. ad predā ei⁹ diripiendā: atq; captiuitatē pplī sui cōuertēdā. Pariet filiū ad denuo reparādū Adā. ad inobedientiā Euæ p̄ Mariæ obediētiā excludēdā. ad erigēdū iacētū gen⁹: quod p̄ mulieris temerariā credulitatem fuerat deiectum. Et uocabunt nō Tertus. mē ei⁹ Emanuel. qd̄ est interpretatū Nobiscū de⁹. Vocāt

nomen prius angelī psallentes in eius generatione atq;
gaudentes. sicut deum omnium & regem pacis ad ho-
mines uenientem. Deinde apostoli unigenitī dei domina-
tionem atq; uirtutem omnibus gentibus prädicantes.
Adhuc sancti martyres contra ignes & gladios usq; ad
mortem resistentes. Deinde cuncti credentes hoc ipm
nomen usq; ad consumationem sæculi memorātes atq;
laudantes. Et uocabunt nomen eius Emanuel. quod est
interpretatum Nobiscum deus. Qui uocabunt nisi iu-
sti: quorum uocabitur in terra nomen nouum. non si-
cut prius in figuris & in imaginibus: sed facie ad faciem
apparentem. Nobiscum deus. Abrahæ patri credentiū
tribus horis temporis licet non per ipsam ineffabilem
deitatis substantiā: sed potius per angelicā spēm a meri-
die uisus est. nobis triginta trib⁹ ānis in terra apparuit:
& cum hominib⁹ conuersari dignatus est. Iacob etiam
breui tempore per angelum nihilominus apparuit col-
luctans cum eo: quiq; se ab eo superari permisit: ut hūc
mundicordem merito benediceret: atq; Israel nomina-
ret. Nobiscum deus. Amplius magis pro nobis magni-
ficum certamen adimplens: & usq; ad mortem accedēs
ut morte sua mortē occideret: & bñdictionē atq; imor-
talitatē mundo corde populo condonaret. qui fiduciali-
ter dicit Nobiscū deus. per euangelistarū & apostolorū
prädicationē. per sui sancti corporis & sanguinis sacra-
mentū. per gloriosæ crucis signaculū. Per ista ergo om-
nia Nobiscū de⁹. & ad nos atq; in nobis sicut ipse ait. Ec-
ce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad consuma-
tionem sæculi. qui cum patre & spiritu sancto uiuit &

regnat in sæcula sæculorū. Amen.

¶ In nocte natiuitatis domini
ad galli cantum.

¶ Ex euangelio Lucae capite secundo.;

Nillo tempore. Exiit edictum a Cæsare Augusto ut describeret uniuersus orbis. Hæc descriptio primo facta est a præside Syriae Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph a Galilea de ciuitate Nazareth in iudeam ciuitatem Dauid; quæ uocatur Bethleem: eo quod esset de domo & familia Dauid; ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnante. Factum est autem quum essent ibi impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum. & pannis eum inuoluit. & reclinauit eum in præsepio; quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem uigilantes & custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. & claritas dei circumfulsit illos. Et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus est uobis hodie saluator. qui est christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantium deum & dicentium. Gloria in altissimis deo & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

¶ Homelia beati Gregorii; pa
pæ de eadem lectione.



Via largiēte dño missarū solemnīa ter hodiē
celebraturī sumus: loquī dīu de euāgelica le
ctiōne nō possum⁹. sed nos aliquid breuiter
dicere redemptoris nostri natiuitas ip̄a cōpellit. Quid ē
q̄ nascituro dño mundus describit⁹: nisi hoc quod apte
monstrat⁹: quia ille apparebat in carne: qui electos suos
ascriberet in æternitate? Quod cōtra de reprobis per p̄
phetam dicitur. Deleātur de libro uiuentiū: & cū iustis
non scribātur. Qui bene etiā in Bethleem nascit⁹. Bethle
em quippe domus panis interpretatur. Ip̄e nāq; est: q̄ ait.
Ego sum panis uiuus: qui de cœlo descendī. Locus ergo
in quo dñs nascitur: domus panis ante uocatus est. quia
futurum profecto erat: ut ille per materiā carnis appare
ret: qui electorū mentes interna facietate reficeret. Qui
non in parentū domo: sed in uia nascit⁹: ut profecto ostē
deret quia per humanitatem suam: quā assūpserat: qua
si in alieno nascebatur. Alienū uidelicet. non secundum
potestatem dico: sed secundū naturā. Nam de potestate ei⁹
scriptum est. In propria uenit. In natura etenim sua ante
tempora natus est. In nostra uenit ex tempore. Qui ergo
æternus. permanens temporalis apparuit: alienū est ubi
descendit. Et quia per prophetam dicitur. Omnis caro
scenū: factus homo scenum nostrum uertit in frumētū:
qui de seipso ait. Nisi granum frumenti cadens in terrā
mortuum fuerit: ipsum solum manet. Vnde & natus in
seipso reclinatur: ut fideles omnes uidelicet animalia san
cta carnis suæ frumento reficeret: internæ intelligētiæ
pabulo ieiuna remanerent. Quid est hoc q̄ uigilantibus
pastoribus angelus apparuit: eosq; dei claritas circūful

p̄s. lxxiij.

Joan. vi.

Joan. i.

Isa. xl.

Joan. xij.

get: nisi q̄ illi præ cæteris uidere sublimia meretur: qui
fidelibus gregibus præesse sollicitè sciunt: Dumq̄ ipsi
pie super gregem uigilât: diuina super eos gratia largi⁹
coruscat. Regem uero natum angelus nūciat: eiusq̄ uo
ci angelorum chori concinūt: & congaudentes clamât. *Textus,*
Gloria in excelsis deo: & in terra pax hoībus bonæ uolū
tatis. Prius quippe q̄ redemptor noster per carnem na
sceretur: discordiam cum angelis habuimus. a quorum
claritate atq̄ mundicia per primæ culpæ meritum. per
quotidiana delicta longe distabamus. Quia enim peccā
do extranei eramus a deo: extraneos nos a suo consortio
deputabant angeli ciues dei. Sed quia nos cognouimus
regem nostrū: cognouerūt uos angeli ciues suos. Quia
enim rex cœli terram nostræ carnis assumpsit: infirmi
tatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit.
Ad pacem nostram angeli redeunt. intentionem prioris
discordiæ postponunt. & quos prius infirmos abiectos
q̄ despexerant: iam ut socios uenerantur. Hinc est enim
q̄ Loth & Iosue angelos adorant: nec tamen adorare p
hibentur. Ioannes uero in apocalipsi sua adorare angelū
uoluit: sed tamen idem hunc angelus ne se debeat adora
re compescit dicens. Vide ne feceris: conseruus enim tu *Apo. xxiij.*
us sum: & fratrum tuorum. Quid est q̄ ante redempto
ris aduentū angeli ab hoībus adorant & tacent. postmo
dū uero adorari refugiūt: nisi q̄ naturā nostrā: quā pri⁹
despexerāt: postq̄ hanc super se assumptā conspiciunt:
prostratam sibi uidere pertimescūt: Nec iam sub se ue
lut infirmam contemnere ausi sunt: quam super se uide
licet in cœli rege uenerant. nec habere dedignant homi

nem socium: qui super se adorant hominē deum. Cure-
mus ergo fratres charissimi nequa nos imundicia pol-
luat: qui in æterna p̄scientiā & dei ciues & angelis equa-
les sumus. Vendicemus moribus dignitatem nostram.
Nulla nos luxuria inquinēt. Nulla nos turpis cogitatio
accuset. non malicia mentem mordeat. non inuidie rubi-
go consumat. non elatio inflēt. non ambitio per terrena
oblectamenta dilaniet. non ira inflāmet. Dii etenim uo-
cati sunt homines. Defende ergo tibi o homo contra ui-
tia honorem dei: quia ppter te factus est deus homo.

¶ Homelia uenerabilis Be-
dæ de eadem lectione.



V diuimus ex lectione euangelica fratres cha-
rissimi quia nascituro in mūdū redemptore
mundi deo & dño nostro Iesu christo. Exiit
ædictum a cæsare Augusto: qui tunc mūdani regni apī-
cem tenebat: ut mundus describeretur. Quod non casu
contigisse putandum est: sed certissima dispensatione
eiusdem nostri redemptoris intelligendum esse proui-
sum. Ipse etenim mediator dei & hominum sicut matrē
sibi diuinitus: q̄ uoluit præuidit: de qua nasceretur quā-
do uellet humanitus: ita etiam tempora natiuitatis quæ
uoluit elegit. Immo ipse ea qualia uoluit esse donauit.
talīa uidelicet: in quib⁹ sopito turbīne bellorum noua
pacis trāquillitas totū cōtegeret orbē. Quod enī maius
in hac uita potuit esse pacis indicīū: q̄ ab uno hoīe orbē
describi uniuersū: atq; unī⁹ cēsus numismate cōcludi?
Matrem quippe elegit uirginē: quia non aliter dei filiū

nasci in carne: q̄ de intemerata genitrice decebat. Tem-
 pus qñ nasceretur summæ pacis elegit: quia hæc nimi-
 rum ei nascendi in mundo causa fuit: ut genus humanū
 ad supernæ pacis dona reduceret. Hinc etenim scriptū
 est. Ipe est pax nostra: qui fecit utraq; unū. idest qui de Ephe. ii.
 angelis & hominibus unam dei domum pius mediator
 & reconciliator instituit. Pacis temporibus nat⁹ est do-
 minus noster: ut etiam statu temporis ipm esse se doce-
 ret: de quo præmissa pphetia dicebat. Multiplicabitur Esa. ix.
 eius imperium & pacis non erit finis. Vnde bene idem
 propheta alias quum incarnationis illius ac nostræ redē-
 ptionis sacramenta mystico sermone descripsisset dicēs
 Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Esa. ii.
 domini in uerticem montium. & eleuabitur super col-
 les: & fluent ad eum omnes gentes. Serenitatem quoq;
 pacis: quæ tunc esset futura: manifeste designauit subi-
 ciens. Et constabunt gladios suos in uomeres. & lance- Ibidem.
 as suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gla-
 dium. nec exercebuntur ad prælium. Propter quod &
 mox exhortando subiunxit Domus Iacob uenite & am- Ibidem.
 bulemus in lumine domini. Præmisit ergo tempora pa-
 cis. & sic apparens in carne ipe auctor pacis & temporū
 conditor primum domum Iacob. idest plæbi Israeliti-
 cæ. Deinde cunctis gentibus ad se confluentibus ianu-
 am lucis aperuit: & pacis æternæ gaudia prædicauit.
 Nec prætereundum q; eius pacis terrena serenitas nato
 regi cælesti non solum testimonium gratiæ perhibuit:
 sed & obsequium impendit: quia prædicatoribus uerbi
 illius peragrandi orbem facultatem tribuit. & ubicūq;

uellent euangelii gratiam disseminandi. quod fieri mihi
me possit: si non uno totus orbis regeretur imperio. Sed
& ipsa totius orbis descriptio: quæ a terreno rege facta
memoratur cælestis opera regis manifeste designat: qui
ad hoc nimirum apparuit in mundo: ut de cunctis p or
bem nationibus electos in unitatem fidei suæ colligeret
ac nomina sua sicut ipse promisit in æternum scriberet in
cælo. Hoc quoque quod ad edictum Augusti ibant omnes ut
profiterentur singuli in suam ciuitatem: in nostri regis
est nobis seruicio spiritualiter agendum. Nostra quip
pe ciuitas sancta ecclesia est. quæ partim adhuc peregrina
natur a domino in terris: partim iam cū domino regnat
in cælis. & post finem huius sæculi perfecta in æternū
tota cum illo regnabit. In hanc ergo ciuitatem debemus
omnes ire. nullum a tam salubri itinere oportet excusari.
Omnes nos necesse est nato regi debitum pendere cen
sum. hoc est & in unitate nunc ecclesiæ præsentis iussis
obtemperare diuinis. & ad ingressum patriæ cælestis in
fatigabili bonorum operum cursu properare. Dabatur
autem in professione census denarius: qui decem nūmo
rum in se pondus habebat: cæsaris imaginem continēs
& nomen. Quod nos quoque spiritualiter oportet imita
ri. Soluimus enim regi nostro denarium quum decem
præcepta legis illius implere satagimus. In quo uidelicet
denario nomen eiusdem regis nostri conscriptum gesta
mus: quū in cunctis actibus nostris meminerimus nos
a christo christianos uocari. ac dignitatem nominis ipsi
us intemeratam in nobis conseruare curamus. Imagi
nem quoque eius in eodem denario bonæ nostræ conuer

fationis exprimere debemus illam utiq; quam ipse docu-
 it dicens. Sancti estote: quia ego sanctus sum dominus Leuit. xix.
 deus uester. Hæc est namq; imago dei: ad quam in primo
 homine conditi sumus: ut uidelicet participatione diui-
 næ sanctitatis perpetuo sancti essemus. Huic etenim psal-
 mista ait. Signatum est super nos lumen uultus tui do- ps. lxxv.
 mine. Sed quia hoc lumen diuini uultus homo peccan-
 do amisit: placuit deo humani uultus habitum in carne
 nascendo assumere: quo nos doceret in spiritu debere re-
 nasci. Placuit in similitudine carnis peccati sine pecca-
 to apparere: ut nos emundaret ab omni peccato: & clari-
 tatem nobis suæ reformaret imaginis. Ascendit autem Tertius,
 inquit Ioseph a Galilea de ciuitate Nazareth in Iudæam
 ciuitatem Dauid: quæ uocatur Bethleem: eoq; esset de
 domo & familia Dauid: ut profiteretur cum Maria de-
 sponsata sibi uxore pregnante. Diuinitus constat esse p-
 curatum ut ad suam quisq; ciuitatem pergens ibi cen-
 sum profiteretur: quatenus hoc edicto generali paren-
 tes nostri saluatoris de Nazareth in Bethleem conueni-
 re contingeret. sicq; ad complenda uaticinia propheta-
 rum utraq; ciuitas incarnationis ei⁹ insigniret archanis.
 una uidelicet cōceptionis altera natiuitatis honore præ-
 fulgēs. Testatur namq; Esaias pphetaq; redemptorē no- Esa. vii.
 strū in Nazareth concipi oporteret quū dicit. Egrediet
 uirga de radice Iesse. & Nazara⁹ de radice eius ascēdet.
 Interpretat autē Nazareus flos siue mūd⁹. Quo uocabu-
 lo incarnatus p nobis dei filius recte potuit cognomi-
 nari: quia & ipse mundus uitiis omnibus naturam susce-
 pit hoīs. & in se credentibus cūctis flos spūaliū fructu.

um origoq; processit: qbus recte ac beate uiuendi & mō
strauit exempla & dona concessit. Egressa est ergo uirga
de radice Iesse & nazareus de radice eius ascēdit. quia in
temerata uirgo Maria de stirpe Dauid orta est. de cuius
carne dominus in ciuitate Nazareth ueritatem carnis si
ne inquinamento carnis assumpsit. Quod uero in Beth
leem esset nasciturus: hoc quoq; ppheticis designatur
oraculis quum dicitur. Et tu Bethleem Effrata paruul⁹
es in milibus Iuda: exte enim egredietur qui sit domina
tor in Israel. Qui bene in Bethleem nascitur non solum
ppter indicium regi schematis: qā Dauid inde fuit sed &
ppter nomē ipm: quia Bethleem domus panis interpre
tatur. Ipse nanq; ait. Ego sum panis uiuus: qui de cōelo
descendi. Quia ergo propterea de cōelo ad terram descē
dit ut nobis uitæ cōlestis alimoniā donaret & nos æter
næ dulcedinis munere faciaret: merito locus in quo na
scitur: domus panis uocatur. Est & alia ratio supernæ di
spositionis: qua dominus noster non in ea qua concept⁹
erat ciuitate: sed in alia nasceretur: ut uidelicet ex hoc inī
micos insidiantes facilius natiuitatis eius conscii uel mi
nistri deuitarēt. Præuidebat quippe q̄ eum mox natum
Herodes persequi atq; ad mortem quærere inciperet.
& propterea sic natiuitatis eius mysterium uoluit in ci
uitate Dauid peragi: ut parentes eius non ibi domum
non possessionem haberent: sed tantummodo tempore
natiuitatis ipsius illo nouicii aduentarent. hospites ma
nerent. statimq; completa eadem natiuitate ac declara
tis signis cælestibus que ei testimonium dare decebat.
Egyptū cū ipso secederent. Sic etenim factum est: ut nō

Mich. v.

Joan. vi.

solum eum dum quæreret Herodes: minime reperiret;
sed nec ullam cognatos eius uexādi occasionem haberet
cuius parentes qui essent explorare non poterat. Nec p̄
tereunda silentio maxima cōditoris & redemptoris no-
stri dignatio. qui non solum incarnari pro nobis; sed eo
tempore uoluit incarnari; quo mox natus professiōe ce-
sus ascriberetur. Induit enim carnē: ut nos uirtute spiri-
tus indueret. Descendit de cœlo ad terras: ut nos de ter-
ris eleuaret ad cœlum. Soluit tributum cæsari: ut nobis
perpetuam libertatis gratiam donaret. Seruiuit dei fili⁹
in homine regi: qui diuinæ seruitutis ignorabat obseq-
um: ut nobis per hoc humilitatis formam tribueret. In
sinuat uidelicet quantum per charitatem seruire debea-
mus inuicem quū ip̄e non despexerit ei: qui ueræ chari-
tatis erat nescius: seruitiū imp̄dere. Vbi hoc quoq; suo
præmōstrauit exemplo: quod postmodū principis apo-
stolorū erat uerbo docturus. Subditi estote omni creatu-
ræ humanæ ppter deū. siue regi quasi p̄cellentī. siue du-
cibus tanq̄ ab eo missis. Factū est autē inquit quū essent
ibi: impleti sunt dies ut pareret: & peperit filiū suum pri-
mogenitū Primogenitū uocauit dñm. non quia creden-
dum sit beatā dei genitricem alios post eum peperisse fi-
lios: quā ppetua castitate una cum uiro suo Ioseph con-
stat esse memorabilē. Sed ob id eum recte primogenitū
appellat: quia sicut Ioannes ait. Quotquot autē recepe-
runt eum: dedit eis potestātē filios dei fieri. In quibus fi-
liis ip̄e iure primatū tenet. qui & anteq̄ nasceretur in car-
ne dei filius: absq; initio natus extiterat. Descendit autē
ad terras. factus est nostræ particeps naturæ. Largitus

i. illde. ij.

Textus,

Joan. i.

Roma. viij.
Textus.

ps. cv.

ps. lxx.

ps. cii.

est nobis suæ participium gratiæ: ut sicut Apostol⁹ ait.
Sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et pannis eū
inquit inuoluit. & reclinauit eum in p̄sep̄io: quia nō erat
ei locus in diuersorio. Et hic intuēda est fr̄es charissimī
magna redemptoris nostri dignatio. hic ex totis medul
lis cordis unicuiq; nostrū cum ppheta dicendū. Quid
retribuā dño pro oībus: quæ retribuit mihi? Ille enim
cui ueraciter canimus: magnus dñs & laudabilis nimis
& magnitudinis eius non est finis: Paruul⁹ natus est no
bis: ut nos renascendo de paruulis magnos. hoc est de
peccatoribus faceret iustos. Qui ad dexteram patris se
det in cœlo: loco egebat in diuersorio: ut nobis copiā fœ
licium mansionū in domo patris sui donaret. Quando
creaturam siue in cœlis inuisibilem. siue uisibile in hoc
mundo multifariis induit ornatibus. qui in sua maiesta
te sicut de eo ppheta dicit. Amictus lumine sicut uesti
mento ipse in assumptiōe nostre fragilitatis exiguis con
tegit p̄anis: ut primā nobis stolam restituat. id est ad gra
tiam nos immortalitatis: quam in primo parēte amisim⁹:
miseratus reducat. Ille: per quem omnia facta sunt: ma
nus pedesq; suos: imo totum corpus: quod induit: cunīs
inuolui disposuit: ut man⁹ nostras in bono opere prom
ptas redderet. pedes nostros in uiam pacis dirigeret. cū
ēta corporis nostri mēbra diuinis m̄ciparet obsequiis.
Ille: quem cœlum & cœli cœlorum non capiunt: paruī
præsep̄is angustia cōtinetur: ut amplitudinem nobis su
pernarum sedium tribueret. & quadam præcipui gra
tia sacramenti in præsep̄io sibi sedem elegit: ubi anima
lia solent ad uescendum cōuenire. Insinuauit enim iam

tunc: quia fideles omnes in sacrosancta altaris mensa eius-
 dem incarnationis suae mysteriis esset refecturus. Indi-
 cauit etiam quia cunctos sibi humiliter obsequentes in
 tera suauitatis soleat gratia recreare. de quibus bene p
 prophetam dicitur. Cognouit bos possessorem suum. *Esai. i.*
 & asinus praesepe domini sui. In boue etenim designat
 populum iudeorum: qui iugum legis portare & eis co *alias ep*
 sucuerat uerba ruminare. In asino autem exprimit po-
 pulum gentium: qui sordibus idolatriae semper mane-
 bat imundus. Ex quo utroque populo plurimi ad euangelii
 gratiam conuersi & possessorem: a quo creati sunt: cogno-
 uerunt. & caelestibus eius quaerebant alimoniis ad per-
 petuam crescere salutem. Quorum primitias ei conse-
 cratas accipimus in pastoribus illis merito uenerandis:
 qui natum eum primi angelo nunciante uidere & praedi-
 care meruerunt. & in Magis: qui ad eius cunabula de ori-
 ente cum muneribus & precibus stella duce uenerunt. Hi
 namque de iudeis ad dominum: illi uenere de gentibus. Verum de
 Magis die sancto epiphaniae ipsorum: ad quem uenere: domino pro-
 piciante plenius audiemus. Interim de pastoribus: qui
 primi ad eum uenientes prioris populi fideles designant
 quae sint gesta uideamus. Sequitur. Et pastores erant in
 regione eadem uigilantes & custodiētes uigilias noctis
 supra gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iux-
 ta illos. & claritas domini circumfulsit illos. Apte au-
 tem satis hoc superna est prouidentia dispositum ut na-
 scente domino pastores in uicinia ciuitatis eiusdem ui-
 gilarent: suosque greges a timore nocturno uigilando
 protegerent. **O**portebat nanque ut quum magnus

Textus.

pastor ouium. hoc est aſarum nutritor fidelium in mū-
do natus eſt: teſtimoniū eius natiuitatis uigilātes ſupra
gregem ſuum paſtores darent. Ipſe enī eſt: quī ait. Oues
meæ uocem meā audiunt. & ego cognoſco eas: & ſequū-
tur me. & ego uitam æternam do eis. Nam & futurum
tunc erat ut per orbem uniuerſum electi paſtores. ideſt
p̄dicatores ſancti mitterentur: quī ad ouile dñicum ui-
delicet ſanctam eccleſiam populos credentium cogerēt
Quorum primo. hoc eſt beato Petro quū ſe dñm ama-
re profiteretur: idem domin⁹ ac princeps paſtorum ad
comprobandū eundem amorem præcepit dicēs. Paſce
oues meas: quia nimirum ſolus ille conditorē perfecte
diligit: quī & proximis curam puri amoris impēdit. Et
ecce inquit angel⁹ dñi ſtetit iuxta illos: & claritas dei cir-
cūfulſit illos. & timuerunt timore magno. Quid eſt q̄
apparente angelo diuinæ claritatis eos ſplendor circū-
dedit: quod nunq̄ in tota teſtamenti ueteris ſerie reperi-
mus: quū tam innumeris uicibus angeli p̄phetis & iu-
ſtis apparuerunt: nuſq̄ eos fulgore diuinæ lucis homi-
nes circūdediſſe legimus: niſi q̄ hoc priuilegium recte
huius temporis dignitatī ſeruatū eſt? Quum enim ue-
ra lux mundi naſcebatur in mundo: dignum p̄fecto fu-
it ut præco natiuitatis illius etiam corporales hominū
uiſus nouitate cæleſtis p̄funderet lucis. Dicit nāq̄ de il-
lius natiuitate p̄pheta. Exortum eſt in tenebris lumē re-
ctis corde. Et quaſi quæreremus qđ eſſet lumen: de quo
diceret: cōtinuo ſubdit. Miſericors & miſerator & iuſt⁹
dñs. Quum ergo miſericors & iuſtus conditor ac redē-
ptor generis humani mundū gloria nouæ natiuitatis il-

Joan. r.

Joan. rr.

Tertius.

p̄s. cxi.

Ibidem.

lustrare dignatus est: decebat oimodis ut ipam etiam: in
 qua natus est: regionē: claritas lucis nouæ cōpleret. Ap
 parens ergo cum claritate quid angelus pastoribus di
 cat audiamus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo uo- Tertus.
 bis gaudiū magnū: quod erit omni populo. Vere gaudi
 um magnū: quia gaudium cæleste. gaudiū aternū. gau
 dium: quod nulla trīstītia interueniēte turbatur. Quod
 erit inquit omni populo. Non omni populo iudæorum
 neq; omni populo gentiū: sed omni populo credētium:
 qui uel de iudæis. uel de gentibus orbis totius ad unam
 christi confessionē aggregatur. ab una eademq; myste
 riorum christi perceptione christian⁹ uocatur. De quo
 dicit propheta. Populus: qui ambulabat in tenebris: ui- Esa. ix.
 dit lucem magnā. quia natus est nobis hodie saluator: q
 uis xps dñs: in ciuitate Dauid. Bene dixit. Hodie nat⁹ est
 Non dixit hac nocte: quia uidelicet cum luce cælesti ap
 paruit: qui diē natū euāgelizabat iis: qui uigīlias noctis
 agebāt illū uidelicet: de quo psalmista p̄cinit dicens. Be ps. lxx.
 ne nunciate diē ex die salutare eius. Salutaris quippe
 dei. id est dñs Iesus dies ē ex die: qā qui t̄paliter in ciuita
 te Dauid homo ex uirgine matre apparuit: ipse ante oīa
 tēpora non localiter lumē de lumine deus uerus de deo
 nat⁹ est. Quia ergo habitātib⁹ nobis in regione umbræ
 mortis lux orta est uitæ: apte nūcius ortus eiusdē dicit.
 Quia nat⁹ est nobis hodie saluator: ut hoc quoq; uerbo
 admoniti semp recordemur quia nox præcessit atiquæ
 cecitatis. dies aut appropinquat aternæ salutis. & ipsi
 abiiciam⁹ opa tenebrarū & ut filiū lucis ambulem⁹. Fru
 ct⁹ enī lucis est sicut idē ap̄lus ait. In omni iustitia & bo Eph. v.

Textus.

nitate & sanctitate. Et hoc uobis signum. Inuenietis infan-
tem pannis inuolutum & in præsepio positum. Hoc
nobis signum nati in carne saluatoris semper animo re-
tinere condecet: ut semper eius beneficiis gratias repen-
dere bene uiuēdo discamus: quia ita uoluit habitum no-
stræ fragilitatis assumere: ut paupertatis quoq; genera-
lis statum non refugeret. Est enim indicium assumptæ
infirmittatis q; infans & pannis inuolut⁹ est & paupertatis:
q; non in strato: sed in præsepio posit⁹ inuenitur. Mi-
sericordias ergo domini in æternum cantemus: qui ut
perpetuo beate uiuamus: ipse abiectiōis ac mortalitatis
nostræ socius fieri non abnuī. Annunciante autem an-
gelo gaudium dominicæ natiuitatis repente multitudo
militiæ cælestis affuit: quæ eidem nato domino obsequi-
um suæ deuotionis redderet. Et quæ in cælo semper glo-
rificare consueuerat: nunc solita hymnorum laude appa-
rente in terra concelebrat. ubi nos quoq; sua laudatione
cæli ciues institutū q̄liter usus sacratissimæ solēnitatis
gaudia celebrare. quantas uerbo dei laudes dicere debe-
amus: q; in ea caro factum est: & habitauit in nobis: ut
nos ad suæ gloriæ uisionem subleuaret. nobis participi-
um gratiæ & ueritatis: qua ipsum plenum est: donaret.
Laudant ergo deum & dicunt. Gloria in altissimis deo:
& in terra pax hoībus bonæ uolūtatis. Et apte gloriā deo
dicunt. pacē p̄dicant hoībus: quia illū: in cuius natiuitate
latent: mediatorē dei & hoīum. hoc est deū esse uerū
& hoīem norūt. Gloriā in excelsis deo cantāt: quia iam
uenisse tēpus illud exultāt: quo mūdus abiectis diis: qui
ab hoībus facti sunt: cōditorē suū: qui ē in cælis cogno-

Textus.

sceret. Pacē optāt hoībus: q̄a quos eiectos prius ab æter-
na felicitàte merito peccati despexerāt: iā nunc redimē-
te dño in eiusdē sup̄næ habitatiōis gaudiis secū futuros
intelligūt. Pacē hoībus mādāt: quos in cœlesti Hierusa-
lē: hoc est ī uisiōe ppetuæ pacis socios habere desiderāt:
ut ip̄os quoq; hoīes amoneāt p̄ obseruatiā pacis ad suū
debere puenire confortiū. Et bene quū dicerēt. Et in ter-
ra pax hoībus adiūgunt. Bonæ uolūtatis: quia cū illis so-
cietatē pacis angelici spūs habere festināt: quorū menti
b⁹ puritatē bonæ uolūtatis inesse considerāt. Illos secū
post absolutionē carnis ad cōtēplationē ueræ pacis sub-
uehere lætant: quos in carne cōmorātes oīa: quæ agunt
aut loquūt: de radice bonæ uolūtatis pferre cōspiciunt
Tales nāq; & si infirmitas forte aliqñ uel ignorātia a p̄fi-
cienda ea: quā cupiūt: bona actione retardat: ante internū
tñ arbitri oculos integritas quā corde tenēt: bonæ uolū-
tatis excusat. Bona aut uolūtas est diligere conditorē no-
strū ex toto corde. tota anima. tota uirtute. diligere & p̄-
ximos tanq̄ nos ip̄os: atq; eiusdē dilectiōis in nobis uigo-
rem indicūs quib⁹ ualem⁹: piæ actiōis ostēdere. Quod
quū oībus horis atq; momētis facere debeam⁹: q̄ntoma-
gis quū natiuitatē dñi ac saluatoris nostri. uel ānua festi-
uitate colim⁹. uel frequētiore deuotiōe recolim⁹. ī qua
spāliter angelica exhortatiōe docemur dona ei bonæ uo-
lūtatis offerre: ī qua ciues patriæ cælestis eidē bonæ uo-
luntati nostræ consortium suæ pacis promittūt. in qua
ip̄si quoq; eundem hymnū angelici concentus deo dice-
re solem⁹. Sit igit nobis frēs charissimī cōis ista solēni-
tas terrestrib⁹ cū cælestib⁹. nec tñ ista solēnitas: sed &

omnis nra conuersatio fit supnoꝝ ciuiũ apta cõsortio.
Meditemur interim in uia quod habere desideramus in
patria. Cõcordem⁹ etiã nos in q̃tũ ualem⁹ uitã illi mũ
dissimã beatoꝝ sp̃ituũ: cui tunc associari speram⁹. in
terna puritate mutuã dilectionis. si diuinã laudationis
dona: quib⁹ in futuro uacare cupim⁹: etiã in p̃ntia secte
mur. Discam⁹ cũ ap̃lo dicere. Nra cõuersatio in cõlis ē
Vnde etiã saluatorē expectam⁹ dñm nostrũ Iesum xp̃m.
Illi nãq; saluatorē ad iudiciũ uenientē cũ gaudio expe
tant: qui se ad eius uoluntatē cælestē in terris uitã egisse
meminerũt. Dat autē etiã fragilibus nobis ac minus p̃fe
ctis magnã spem p̃cipiendã salutis ip̃e conditor & salua
tor noster: qui p̃ nostra confirmatiõē fragilis apparens
mox ore cõsono militiã cælestis bonã nostrã uoluntati
dona suã p̃petuã pacis p̃misit Iesus xp̃s deus & dñs no
ster: qui uiuit & regnat cum patre in unitate sp̃ũ sancti
p̃ omnia sæcula sæculorũ. Amen.

¶ In eadem sancta nocte. uel aurora.

¶ Ex euangelio Lucæ capite secundo.



In illo tpe. Pastores loquebãtur ad inuicē di
cētes. Trãseamus usq; Bethleem: & uideam⁹
hoc uerbum: quod factum est. quod fecit do
minus & ostendit nobis. Et uenērunt festinãtes. & inue
nerũt Mariã & Ioseph & infantē positum in præsepio
Videntes autem cognouerũt de uerbo: quod dictũ erat
illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt.
& de iis quæ dicta erant a pastorib⁹ ad ip̃os. Maria autē
cõseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo. Et
reuerſi sunt pastores glorificantes & laudãtes deum in

oibus quæ adierāt & uiderant: sicut dictū est ad illos .ii

¶ Homelia uenerabilis Bedæ p̄sbyteri.

Nato in Bethleē domino saluatore sicut sacra euangelii testatur historia: pastoribus: qui in regione eadē erant uigilātes & custodiētes uigilias noctis sup gregē suum. angelus autē dñi magnā cū luce apparuit: exortūq; mundo solem iustitiæ non solum cælestis uoce sermonis: uerū etiā claritate diuinæ lucis astruxit. Nusq; enī in tota ueteris testamēti serie reperim⁹ angelos: qui tam sedulo apparuere patribus: cū luce apparuisse. Sed hoc priuilegiū recte hodierno tpi seruatū est: quādo exortū est in tenebris lumē rectis corde. misericors & miserator dñs. Verum ne parua unius angeli uideret auctoritas: postq; unus sacramentū nouæ natiuitatis edocuit: statim multitudo cælestium agminum: quæ gloriam deo caneret: pacemq; simul hoibus prædicaret: affuit apte demonstrans quia per hanc natiuitatem homines ad pacem unius fidei. spei & dilectiōis atq; gloriam diuinæ laudationis essent conuertendi. Significant autem mystice pastores isti gregum doctores quosq; ac rectores fidelium aīarum. Nox cuius uigilias custodiebant sup gregem suum: pericula tentationū indicat. a quib⁹ se suosq; subiectos omnes qui perfecte uigilant: custodire non desistunt. Et bene nato domino pastores super gregem uigilant. Ille etenim natus est: qui dicit. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suā dat pro ouibus suis. Sed & tempus imminebat: quo idē pastor summe bonus missis in mundū pastoribus oues suas: quæ longe lateq; dispersæ errabant: ad semper ui-

Joan. 10.

Joan. xxi.
Luce. xxiij.

Textus,

rentia cælestis uitæ pascua: reuocaret. Quorum sum-
mo pastori præcepit. Si diligis me inquit: pascue oues
meas. Quod aperiens ait. Confirma fratres tuos. Et fa-
ctum est ut discesserunt ab eis angeli in cælum: pasto-
res loquebantur ad inuicem. Transeamus usq; Bethle-
em: & uideamus hoc uerbum: quod factum est. quod
fecit dominus & ostendit nobis. Et uenerunt festinan-
tes: & inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem posi-
tum in præsepio. ¶ Pastores quidem illi foelici gaudio
festinauerunt uidere quod audierant. & quia ardenti a-
more quæsierunt: continuo saluatorem: quem quæsie-
runt: inuenire meruerunt. Sed intellectualium pastores
gregum immo cuncti fideles qua mētis industria chri-
stum quærere debeant: dictis pariter suis ostenderunt
& factis. Transeamus inquiunt usq; Bethleem: & uide-
amus hoc uerbum: quod factum est. Transeamus ergo
& nos fratres charissimi cogitando usq; Bethleem ciui-
tatem Dauid. & recolamus amando q; in ea uerbum ca-
ro factum est. atq; ei⁹ incarnationem dignis celebrem⁹
honoribus. Transeamus abiectis concupiscentiis carna-
libus toto mentis desiderio usq; Bethleem supernam. id
est domum panis uiui non manu factam: sed æternam
in cælis. & recolamus amādo: quia uerbum caro factū
est. Illuc carne ascēdit: ubi in dextera dei sedet. illuc eum
tota uirtutum instantia sequamur. & sollicita cordis &
corporis castigatione procuremus: ut quem illi in præ-
sepio uidere uagietem: nos in patris solio mereamur ui-
dere regnantem. Et uideamus inquiunt hoc uerbum:
quod factum est. Quam recta & pura fidei sanctæ con-

Textus.

fectio. In principio erat uerbum. & uerbum erat apud ^{Joan. 1.} deum. & deus erat uerbum. Hoc uerbum natum ex patre non factum est: quia creatura de^o non est. In qua natiuitate diuina uideri ab hominib⁹ non potuit: sed ut uideri posset: uerbum caro factum est. & habitauit in nobis. Videam⁹ ergo aiunt hoc uerbum: quod factum est quia anteq^{uam} factum esset: hoc uidere nequiuimus. Quod fecit dominus & ostendit nobis. quod incarnari fecit dominus. & per hoc uisibile nobis exhibuit. Et ^{domine con-} uenerunt festinantes. & inuenerunt Mariam & Ioseph. & infantem positum in praeseptio. Venerunt pastores festinantes: & inuenerunt dominum hominem natum simul & eiusdem natiuitatis ministros. Festinem⁹ & nos fratres mei non passibus pedum: sed bonorum profectib⁹ operum uidere eandem glorificatam humanitatem cum eisdem ministris digna seruitutis suae mercede remuneratis. Festinemus uidere illū in diuina patris ac sua maiestate fulgentem. Festinemus inquam. Nam tanta beatitudo nō cū ^{desidera} desidia. aut torpore quaerenda: sed alacriter sunt christi sequenda uestigia. Nā ipse cursum nostrum data manu iuuare desiderat. delectaturq^{ue} audire a nobis. Trahe me post te. ^{curramus} curramus in odorem unguentorum tuorum. Citius ergo uirtutum gressibus sequamur: ut mereamur consequi. Nemo tardet conuerti ad dominum. Nemo differat de die in diem. ipm per omnia precantes: ut gressus nostros dirigat secundū eloquium suū. & nō dīctur nostri omnis iniulūtia. Videntes autē cognouerunt de uerbo: quod dictū erat illis de puero hoc. Et nos frēs dilectissimi q̄ dicta sunt nobis de saluatore nro deo

Textus.

Cant. 1.

uero & homine; interī pia fide p̄cipere plena dilectiōe fe-
stinem⁹ amplecti: ut hoc in futuro p̄fecte cognitiōis ui-
su cōprehēdere ualeam⁹. Hæc etenī sola atq; uera ē bea-
torū non solū hoīum: sed angelorū uita faciē p̄petuo sui
cernere creatoris: quā desiderabat ardentē p̄salmista: q
dicebat. Sītiuit aīa mea ad deū uiuū: qñ ueniā: & appa-
rebo ante faciē dei. Cui⁹ solius uisione non autē ulla ter-
renarū rerum affluentia desiderii suū faciari posse signa-
uit quū ait. Satiabor dum manifestabi⁹ gloria tua. Verū
quā non ociosi: atq; desidēs: sed uirtutum operibus in-
sudantes diuina contēplatione sunt digni: sollicitē prae-
misit. Ego autē cum iustitiā apparebo in conspectu tuo.
Videntes ergo pastores cognouerūt de uerbo: quod di-
ctum erat illis de christo: quia uisio dei cognitio ei⁹ est:
& hæc est sola beata hominis uita: ip̄o testante atq; dicē-
te. quæ nos patri cōmendans dicit inter alia. Hæc est at
uita æterna: ut cognoscant te esse solum & unum deum
& quem misisti iesum christū. Et omnes qui audierunt
mirati sunt & de iis: quæ dicta erāt a pastoribus ad ip̄os
Non celauere silentio pastores archana: quæ diuinitus
agnouerant: sed quibuscunq; potuerē dicebant. Quia &
sp̄uales ecclesiæ pastores in hoc maxime sunt ordinati:
ut uerbū dei mysteria prædicent: & mira quæ inscriptu-
ris didicerint: mirāda suis auditoribus ostendant. Non
solum autem pastores Episcopi. Præbyteri & diacones
uel etiā rectores monasteriorū sūt intelligēdi: sed & oēs
fideles: qui uel paruulæ suæ dom⁹ custodiā gerūt: pasto-
res recte uocantur: in quātū eidē suæ domui sollicita uigi-
lantia præsunt. Et quicumq; uestrū saltē unū aut duob⁹

ps. xli.

ps. xvj.

Joan. xvij.

Textus.

fratribus quotidiano regiminæ præest: pastoris eiusdē
 debet officium implere. quia in quantum sufficit: pasce
 re hos uerbi dapibus iubetur. Immo un⁹ quisq; fratres
 qui etiam priuatus uiuere creditur: pastoris officium
 tenet: & spiritalē pascit gregē: uigiliāsque noctis custo-
 dit super illum: si bonorum actuum cogitationūq; mū-
 darum sibi aggregans multitudinē: hic iusto moderamī
 ne gubernare: cælestibus scripturarum pascuis nutrire
 & per uigiliā sollertia contra immūdorum spirituū infidi-
 as seruare contendit. Maria autem conseruabat omnia
 uerba hæc conferens in corde suo. Maria uirginalis pu- Tertus,
 diciciæ iura custodiens secreta xpī: quæ nouerat: nemi-
 ni diuulgare uolebat: sed ipm quando uellet hæc & quo
 modo uellet diuulgari reuerenter expectabat. Ipsa autē
 secreta eadem ore tacito uigili tamen corde scedula scru-
 tabatur. Et hoc est quod ait. Conferens in corde suo. Cō-
 ferebat quippe ea: quæ acta uidebat iis: quæ agenda lege-
 rat. Videbat nāq; se de stirpe Dauid ortam: in Nazareth
 de spiritu sancto filium dei cōcepisse. Legerat in prophe-
 ta. Exiet uirga de radice Iesse: & Nazareus de radice ei⁹ Esa, xi.
 ascendet. & requiescet super eum spiritus dñi. Legerat.
 Et tu Bethleem Effrata paruulus es in milib⁹ Iuda. ex te Mich. v.
 mihi egredietur: qui sit dominator in Israel. & egressus
 eius ab initio a diebus æternitatis. Videbat se in Bethleē
 peperisse dñatorem Israel: qui æternus ex patre deus an-
 te sæcula natus est. Videbat se uirginē concepisse. pepe-
 risse filium & uocasse nomen eius Iesum. Legerat in p-
 phetis. Ecce uirgo concipiet & pariet filium & uocabit Esa, vii.
 nomen eius Emanuel. Legerat. Bos cognouit possessore Esa, i.

suū: & asinus p̄sepe dñi sui. Videbat dñm positum in p̄-
sep̄i: quo bos & asinus solent nutriendi aduenire. Memi-
nerat sibi dictum ab angelo. Spiritus sanctus sup̄ueniet
in te. & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod
nascetur ex te sanctū: uocabit̄ filius dei. Legerat modū
natiuitatis eius non nisi angelo reuelāte potuisse cogno-
sci dicente Esaia. Generationē eius quis enarrabit? lege-
rat. Et tu turris gregis nebulosa filia Syon usq; ad te ue-
nient. & ueniet potestas prima regnum filia Hierusalē
Audiebat angelicas uirtutes: quæ sunt filia sup̄næ ciui-
tatis apparuisse pastorib⁹ in loco: qui a cōuentu pecorū
antiquitus turris gregis uocabat̄. & est uno miliario ad
orientem Bethleē. ubi etiam nūc tria pastorum illorum
monumēta in ecclesia monstrātur. Nouerant tunc ue-
nisse in carne dñm: cui una & æterna est cum patre po-
testas. qui regnum daret ecclesie filia scilicet cælestis
Hierusalē. Conferebat ergo beata Maria ea: quæ facien-
da legerat: iis quæ iam facta cognouit. nō hæc tamē ore
promens: sed clauso seruans in corde. Et reuerſi sunt pa-
stores glorificātes & laudantes deum in omnibus: quæ
audierant & uiderāt sicut dictum est ad illos. Discam⁹
& nos fratres charissimi ad contemplationē dominicæ
dispensationis: qua nobis subuenire dignatus est: semp̄
ad agendas beneficiis eius gratias reuerti. Si enim illi so-
la adhuc natiuitate eius cognita reuerſi sunt glorifican-
tes & laudantes deum in omnibus: quæ audierant & ui-
derant: quanto magis oportet nos: qui totam incarnatio-
nis illius seriem ex ordine cognouimus: qui sacramētis
illius imbuti sumus: in omnibus gloriā eius ac laudē

Luce, i.

Esa, liij.

Mich, iij.

Tertus.

non solū uerbo sed etiam factis prædicare. neq; unq̃ obliuisci q; ideo deus homo natus est: ut nos ad imaginem & similitudinē suæ diuinitatis nascēdo reficeret. Ideo baptizatus aqua: ut ad nostrorū ablutionem scelerū omnium fluenta fecundaret aquarum. Ideo tentatus in heremo: ut uincendo tentatorem nobis uincendī peritiā uirtutemq; tribueret. Ideo mortuus: ut mortis destrueret imperium. Ideo surrexit & ascendit in cælum: ut nobis resurgendi a mortuis atq; in cælestibus: perpetuo regnandi spem exemplūq; præberet. Pro quibus singuli reuerſi ad intuitum piissimæ dispensationis eius glorificemus & laudemus ipsum deum ac dñm nostrum Iesū christum: qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti per omnia sæcula sæculorū. Amen.

¶ Ex principio euangelii Ioānis capite primo.

IN principio erat uerbū: & uerbū erat apud deum: & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipm facta sunt & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita erat. & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomē erat Ioānes. Hic uenit in testimoniū ut testimoniū phiberet de lumine: ut oēs crederēt per illum. Nō erat ille lux: sed ut testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux uera: quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In mundo erat. & mundus per ipsum factus est. & mundus eum non cognouit. In propria uenit: & sui eum non receperunt. Quotquot autē receperūt eum: dedit eis potestātē filios dei fieri

riis qui credunt in nomine eius. qui non ex sanguini-
bus neq; ex uoluntate carnis. neq; ex uoluntate uiri: sed ex
deo nati sunt. Et uerbum caro factum est. & habitauit in
nobis. & uidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeni-
tia patre. plenum gratiæ & ueritatis.

¶ Homelia uenerabilis Bedæ de eadem lectione.



Via temporalē mediatoris dei & hominis Ie-
su christi natiuitatem: quæ hodierno die fa-
cta est sanctorum uerbis euangelistæ: Mat-
thæi uidelicet & Lucæ manifestatam cognouim⁹: libet
etiā de uerbi. idest diuinitatis eius æternitate: in qua pa-
tri manet semper æqualis: beati Ioannis euangelistæ di-
cta scrutari: qui singulari priuilegio meruit castitatis ut
cæteris altius diuinitatis ipsius caperet simul & patefa-
ceret archanum. Neq; enim frustra in cena supra pect⁹
dñi Iesu recubuisse perhibetur: sed per hoc typice doce-
tur quia cælestis haustum sapientiæ cæteris excellenti⁹
de sanctissimo eiusdem pectoris fonte potauit. Vnde &
merito in figura quattuor aialium aquilæ uolanti com-
paratur. Cunctis quippe auib⁹ aquila celsius uolare. cū
ctis animantibus clarius solis radiis infigere consueuit
obrutus. Et cæteri euangelistæ quasi in terra ambulant
cum dño: qui temporalē eius generationē pariter & tē-
poralia facta sufficienter exponentes pauca de diuinita-
te dixerunt. Hic autem quasi ad cælum uolat cum do-
mino: qui per pauca de tēporalibus eius actis edifferens
æternam diuinitatis eius potentiam: per quem omnia fa-
cta sunt: sublimius mente uolando. & limpidius specu-
lando cognouit. ac nobis cognoscēdam scribēdo tradi-

dit Ergo alii euāgelistæ xpm ex tempore natū describūt
Ioānes eundem in principio testatū fuisse dicens. In prin-
cipio erat uerbū. Alii inter hoīes eum subito apparuisse
cōmemorant. Ille ipm apud deū semper fuisse declarat
dicēs. Et uerbū erat apud deum. Alii uerum hoīem. ille
uerū confirmat deū esse dicens. Et deus erat uerbū. Alii
hoīem eum apud hoīes temporaliter conuersatum. Ille
deum apud deum in principio manentē ostendit dicens
Hoc erat in principio apud deum. Alii magnalia: quæ in
homīne gessit perhibent. Illeq; omnē creaturā uisibilē
& inuisibilē per ipm deus pater fecerit docet dicēs. Om-
nia per ipm facta sunt; & sine ipo factum est nihil. Et mi-
re beatus Ioannes in initio euāgelii sui de diuinitate sal-
uatoris & fidē recte credentiū sublimiter imbuuit. & he-
reticorū perfidiā potenter exuperat. Fuerunt nāq; here-
tici: qui dicerent. Si ergo natus est xps: erat tempus quā-
do ille non erat. Quos primo sermone redarguit quū ait
In principio erat uerbum. Neq; ait in principio cepisse
esse uerbum: ut uidelicet eum nō ex tempore ortum: sed
ante ortum temporum existentē ac per hoc sine ullo tē-
poris initio de patre natum monstraret. Iuxta quod ipe
loquitur in prouerbiis. Dominus possedit me in initio
uiarum suarum: anteq̃ quicq̃ faceret a principio. ab æter-
no ordinata sum. Itē fuere hæretici: qui tres sanctæ tri-
nitatis personas esse negantes dicerent. Idem deus quan-
do uult pater est. quando uult filius est. quando uult spi-
ritus sanctus est. ipe tamen unus est. Quorum destruēs
errorem subiungit. Et uerbum erat apud deum. Si enī
alius apud aliū erat: duo sunt profecto pater & filius:

Textus.

Textus.

Textus.

1^a 2^a 3^a 4^a 5^a 6^a 7^a 8^a 9^a 10^a 11^a 12^a 13^a 14^a 15^a 16^a 17^a 18^a 19^a 20^a 21^a 22^a 23^a 24^a 25^a 26^a 27^a 28^a 29^a 30^a 31^a 32^a 33^a 34^a 35^a 36^a 37^a 38^a 39^a 40^a 41^a 42^a 43^a 44^a 45^a 46^a 47^a 48^a 49^a 50^a 51^a 52^a 53^a 54^a 55^a 56^a 57^a 58^a 59^a 60^a 61^a 62^a 63^a 64^a 65^a 66^a 67^a 68^a 69^a 70^a 71^a 72^a 73^a 74^a 75^a 76^a 77^a 78^a 79^a 80^a 81^a 82^a 83^a 84^a 85^a 86^a 87^a 88^a 89^a 90^a 91^a 92^a 93^a 94^a 95^a 96^a 97^a 98^a 99^a 100^a

& non unus ipse modo pater. modo filius. modo etiam
 spiritus sanctus: quasi mutabilis sit diuinæ substantiæ na-
 tura: quum apertissime Iacobus dicat apostolus. Apud
 quem non est transmutatio nec uicissitudinis obumbra-
 tio. Item fuere quidam prauī dogmatis auctores: qui
 christum hominem tantum confitentes deum prorsus
 esse non crederent. quos consequenter opprimit quum
 ait. Et deus erat uerbum. Fuere alii: qui deum quidem il-
 lum: sed ex tempore incarnationis factum. non autem
 æternum ante sæcula natum esse a patre putarent. Vn-
 de quidam taliter dixisse commemoratur. Non in uideo
 christo facto deo: quoniam & ego si uolo possum fieri
 secundum ipsum. & horum nefandam refellit senten-
 tiam euangelista quum ait. Hoc erat in principio apud
 deum. id est hoc uerbum: quod deus est: non ex tem-
 pore cœpit: sed in principio erat deus apud deum. Item
 fuere ueritatis inimici: qui christum & æte partum uir-
 ginis fuisse iam non negarent: non tamen natum ex pa-
 tre deum: sed factum a patre: & ideo minore patre: quia
 creaturam crederent. Etiam hos damnat euangelicus ser-
 mo: qui dicit. Omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso fa-
 ctum est nihil. Si enim nihil creaturarū sine ipso factum
 est: patet profecto quia ipse creatura non est: per quem
 omnis creatura facta est. Et nequis audiens factam per
 deum creaturam mutabilem crederet eius uoluntatem
 quasi subito uellet facere creaturam: quam ab æterno
 nunq̃ fecisset: manifeste docet euangelista factam quidē
 in tempore creaturam: sed in æterna creatoris sapientia
 quando & qualis crearetur semper fuisse dispositum. &

hoc est quod ait. Quod factum est in ipso uita erat. idest *Textus.*
quod factum in tempore siue uiuens siue uita carens ap-
paruit: omne hoc in spiritali factoris ratione semper ui-
xerat & uiuit. Non quia coaeternum est creatori quod
creauit: sed quia coaeterna est illi ratio uoluntatis suae: in
qua ab aeterno habuit & habet quid & quando crearet.
qualiter creatum gubernet ut maneat. ad quem finem
singula: quae creauit perducatur. ¶ Sequitur. Et uita erat *Textus.*
lux hominum. Quo uerbo aperte docetur q̄ ipsa uitalis
ratio: per quam omnia disposita sunt & reguntur: non
omnem creaturam: sed rationabilem tantum ut sapere
possit illuminat. Homines nāq; qui ad imaginem dei fa-
cti sunt: percipere sapientiam possunt. animalia non pos-
sunt. Sed & animalis quicumq; est homo: nō percipit ea:
quae sunt spiritus dei. Vnde bene quum dixisset. Et uita
erat lux hominū subiunxit & de iis qui ab humanae con-
ditionis honore procul recedētes comparati sunt iumē-
tis insipientibus & similes facti sunt illis: atq; ideo recte
ueritatis Lucae priuantur. Et lux in tenebris lucet: & te. *Textus.*
nebrae eam non comprehenderunt. Lux quippe est ho-
minum christus: qui omnia quae illuminare merentur:
corda hominum: suae praesentia cognitionis illustrat. Te-
nebrae autem stulti sunt & iniqui: quorum caeca praecordia
lux aeternae sapientiae qualia sunt manifeste cognoscit:
quāuis ipsos radios eiusdem lucis nequaquam capere per
intelligentiam possint: ueluti si quilibet caecus iuba-
re solis effundatur: nec tamē ipse solem: cuius lumine p-
fundit: aspiciat. Sed nec tñ tales omnino supna pietas de-
spexit: uerū medela eis salutis: q̄ ad uidendā lucē pueni-

re possint: adhibuit. Ip̃a lux inuisibilis. ip̃a dei sapientia
 carnes: in qua uideri possit: induta est. quæ inhabitata hoīs
 apparens & loquens hoīb̃us paulatim fide purificata eo
 rū corda ad cognitionē suæ diuinæ uisionis proueheret
 Missus est ante illum homo magni meriti: cui⁹ testimo
 nio pararentur omnes ad audiendam mox: ut appareret
 ip̃am dei sapientiā. Ad uidendū ip̃m solem iustitiæ nube
 iam corporis tectum. idest ad uidendū audiendūq; ho
 minē: qui deus esset: plenum gratiæ & ueritatis. Fuit ho
 mo inquit missus a deo: cui nomen erat Ioannes. hic ue
 nit in testimoniū: ut testimoniū perhiberet de lumine:
 ut omnes crederent per illum. Non ait. Vt oēs crederēt
 in illum. Maledictus homo: qui confidit in hoīe: & po
 nit carnem brachium suū: sed ut omnes crederent per il
 lum. hoc est per illius testimoniū crederent in lucē: quā
 necdum uidere nouerant: deum uidelicet ac dñm nostg
 Iesum xp̃m: qui de seip̃o testatur. Ego sum lux mundi. q
 sequitur me: non ambulat in tenebris: sed habet lumen
 uitæ. Sequit̃. Non erat ille lux: sed ut testimoniū perhi
 beret de lumine. Erat lux uera. q̃ illuminat oēm hominē
 uenientē in hunc mundum. Et sancti quidem hoīes lux
 sunt recte uocati. Dicente ad eos dño. Vos estis lux mū
 di. & apostolo Paulo. Fuiſtis enī aliquādo tenebræ. nūc
 aut lux in dño. Sed multum distat inter lucē: quæ illu
 minatur: & lucem: quæ illuminat inter eos: qui partici
 pationē ueræ lucis accipiunt ut luceant: & ip̃am lucem
 perpetuā: quæ non solū lucere in seip̃a: sed sua præsentia
 quoscunq; attigerit: illustrare sufficit. Ad cuius compa
 rationem ueræ lucis non tantū minores quilibet electi:

Textus.

Joan. viij.

Textus.

Matth. v.

Ep̃c. v.

uerū etiam ipse Ioānes: quo maior inter natos mulierum
 nō surrexit: lux nō esse asserit: ut uidelicet nō esse xp̄s qđ
 putabat: mōstraret. Ille enī ut scriptū est. Erat lucerna Joan. v.
 ardēs. ardēs scilicet fide & dilectiōe. lucēs uerbo & actiō
 ne. Gratiā ueræ lucis pectorib⁹ infundere soli⁹ est illi⁹:
 de quo dicitur. Erat lux uera: quæ illuminat oēm homi- Joan. i.
 nē uenientē in hunc mundū. Oēm uidelicet qui illumi-
 nat siue naturali ingenio. seu sapientiā diuinā. Sicut enī
 nemo a seipō eēpōt: ita etiā nemo a seipō sapiens esse pōt:
 sed illo illustrante: de quo dictū est. Oīs sapientiā a dño Eccle. i.
 deo est. Cui⁹ utrāq; naturā: & diuinā uidelicet: qua sem-
 per ubiq; totus manet & humanā: ex qua in tempore na-
 tus loco inclusus apparuit. consequenter euangelista de-
 scribit dicens. In mundo erat. & mundus per ipm fact⁹ Tertus.
 est. & mundus eum nō cognouit. In propria uenit. & sui
 eum non receperunt. In mundo quippe erat: & mund⁹
 per ipm factus est: quia deus erat. quia totus ubiq;. quia
 suæ præsentia maiestatis sine labore regit. & sine onere
 continet quod fecit. Et mundus eum nō cognouit: quia
 lux in tenebris lucet: & tenebræ eam nō cōprehenderūt
 Mundū nāq; hoc loco dicit homines mundi amore de-
 ceptos atq; inhærendo creaturæ ab agnoscēda creatoris
 sui maiestate reflexos. In propria uenit. quia in mundo: Tertus.
 quem per diuinitatem fecit: per humanitatē apparuit.
 In propria uenit. quia in gente iudæa: quam sibi præ cæ-
 teris nationibus speciali gratia copulauerat: incarnari di-
 gnatus est. In mundo ergo erat: & in mundū uenit. In
 mundo erat per diuinitatē. in mundum uenit per incar-
 nationem. Venire quippe uel abire humanitatis est. ma-

nere diuinitatis. Quia ergo quū ī mūdo esset per diuinitatem: mundus eum non cognouit: dignatus est uenire in mundum per humanitatem: ut uel sic eum mundus cognosceret. Sed uideamus quod sequitur. In propria uenit: & sui eum non receperunt. Quem enim in potentia deitatis cuncta creantem regentemq; non cognouerunt: ipsum in carnis infirmitate miraculis coruscātem recipere noluerunt. Et quod grauius est: sui eum non receperūt. homines scilicet: quos ipse creauit. Iudæi: quos peculiarem sibi elegerat in plebem. quibus suæ cognitionis reuelauerat arcanum. quos mirificis patrum glorificauerat actibus. quibus suæ legis doctrinam contulerat. ex quibus se incarnādum promiserat. & in quibus se incarnatum ut promiserat ostendit: ipsi eum recipere uenientem magna ex parte recusarūt. neq; enim omnes recusarunt. alioquin nullus esset saluus. Nunc autem multieum ex utroq; populo credendo receperūt. de quibus euangelista consequenter insinuat dicēs. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: iis qui credunt in nomine eius. Consideremus fratres charissimi quanta gratia redemptoris nostri. quam magna sit multitudo dulcedinis eius. Vnic⁹ ex patre natus est: & noluit remanere unus. Descendit ad terrā ubi fratres sibi: quibus regnum patris sui dare posset: acquireret. Deus ex deo natus est: & noluit esse dei tantum filius. Fieri homo dignatus est: nō amittēs quod erat: sed assumens quod non erat: ut per hoc homines in dei filios transferret: gloriæq; suæ faceret coheredes qui quod ipse semper habebat per naturam: inciperent habere per

gratiam. Cōsideremus quanta uirtus est fidei: cuius me-
 rito potestas datur hominibus filios dei fieri. Vnde be-
 ne scriptum est. Quia iustus ex fide uiuit. Viuit enim *Abacuc. ij.*
 iustus ex fide: non illa quæ labiorum tantum confessio
 ne p̄fertur: sed ea quæ per dilectionem operatur. Alio-
 quin fides si non habeat opera: mortua est in semetipsa.
 Nullus se ipsum despiciat. nullus de sua salute desperet
 Curramus omnes. curramus singuli: ut qui eramus lō-
 ge: mereamur fieri prope in sanguine christi. Videam⁹
 quod dicitur. Quia quotquot receperunt eum: dedit
 eis potestatem filios dei fieri. Quotquot inquit recepe-
 runt. Non est enim personarū acceptor deus. sed in om-
 ni gente qui timet eum: & operatur iustitiam acceptus
 est illi. Quo autē ordine credentes filii dei possunt fieri
 Et quantum hæc generatio a carnali distet subsecutus
 euangelista designat. Qui non ex sanguinibus inquit. *Tertus.*
 neq; ex uoluntate carnis. neq; ex uolūtate uiri: sed ex deo
 nati sunt Carnalis quippe nostra singulorum generatio
 ex sanguinibus. id est ex natura maris & fœminæ a com-
 plexu coniugii duxit originem. At uero spiritalis spi-
 ritus sancti gratia ministratur. quā a carnali distinguens
 dominus ait. Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu *Joan. iij.*
 sancto: non potest introire in regnum dei. Quod natum *Ibidem.*
 est ex carne caro est. & quod natum est de spiritu: spiri-
 tus est. Verum ne quis hominum dubitet filium se dei:
 dat exemplū euangelista. quia & ip̄e filius dei homo fieri
 & inter homines habitare dignatus est: ut humanæ par-
 ticeps existendo fragilitatis homines diuinæ uirtutis
 suæ donaret esse participes. Et uerbum caro factum *Tertus.*

Gene. xlvj.

Luce. iij.

Tertius.

est: & habitauit in nobis. Quod est dicere & filius dei homo factus est. & inter homines conuersatus est. Solet namque scriptura modo animæ. modo carnis uocabulo totum designare hominem. Animæ uidelicet ut scriptum est. Quia descendit iacob in Egyptum in annis septuaginta. Carnis uero ut rursus scriptum est. Et uidebit omnis caro salutare dei. Neque enim uel animæ sine corporibus descendere in Egyptum: uel caro sine anima uidere aliquid potest. Sed hic per animam totus homo. ibi signatur per carnem. Sic ergo hoc loco quod dicitur. Et uerbum caro factum est: nihil aliud debet intelligi quam si diceret. Et deus homo factus est. carnem uidelicet induendo & animam. ut sicut quisque nunc unus homo ex carne constat & anima: ita unus ab incarnationis tempore christus ex diuinitate. carne & anima constet. Deus ab æterno in æternum existens uerus ut erat: hominem ex tempore assumens in unitatem suæ personæ ueram quam non habuerat: induit carnem. Sequitur. Et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre. Plenum gratiæ & ueritatis. Gloriam christi: quam ante incarnationem uidere non poterant homines: post incarnationem uiderunt aspicientes humanitatem miraculis refulgentem: & intelligentes diuinitatem intus latitantem. Illi maxime: qui & eius claritatem ante passionem transfigurati in monte sancto contemplari meruerunt: uoce delapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi complacui. Et post passionem resurrectionis ascensionisque ipsius gloria cōspecta spiritus eius sunt dono mirifice refectioni. Quibus omnibus manifeste cognouerunt quod huiusmodi gloria non cuilibet sanctorum: sed il-

li solum hominī: qui esset in diuinitate unigenitus a patre conueniret. Quod autem sequitur. Plenū gratiæ & ueritatis. Gratiā plenus erat idem homo christus Iesus cui singulari munere præ cæteris mortalibus datum est ut statim ex quo in utero uirginis concipi: & homo fieri inciperet: uerus esset & deus. Vnde & eadē gloriosa semper uirgo Maria nō solum hominis christi: sed & dei genitrix recte credenda & confitenda est. Idem ueritate plenus erat & est ipsa uidelicet uerbi diuinitate: quæ hominem illum singulariter electum: cum quo una christi persona esset: assumere dignata est. Non aliquid suæ diuinæ substantiæ ut hæretici uolunt: in faciendam hominis naturam commutans: sed ipse apud patrem: manens totum quod erat totam de semine. Dauid naturam ueri hominis: quam non habebat: suscipiens. Vnde oportet fratres charissimi: ut qui humanam redemptoris nostri natiuitatem hodie annua deuotione recolimus: & diuinam pariter & humanam eius naturam non annuo: sed continuo semper amplectamur amore. Diuinā per quā creati sumus quum non essemus. Humanā: per quam recreati sumus: quum perditī essemus. Et quidem diuina conditoris nostri uirtus sine assumptione humanitatis nos recreare erat idonea. Vna autem eiusdem redemptoris nostri infirmitas sine assumente se & in habitante in se & operante per se diuinitate nos recreare nequiuit. Atq; ideo uerbum caro factum est. idest deus homo factus est. Et habitauit in nobis: ut per cognitum nobis hominis habitum in nobis conuersando congrue nos ad loquendum instruere, nobis uiuendī uiam præbere. pro

nobis contra hostem configere. nostram mortem moriendo ac resurgendo posset destruere. Per coeternam uero deo patri diuinitate nos interius uiuificando ad diuinam sustolleret: remissionemq; nobis peccatorum pariter & spiritus sancti dona concederet. & post bonorum perfectionem operum non solum nos ad uidendam gloriam clarificatae suae perduceret humanitatis: sed incommutabilem nobis essentiam suae diuinae maiestatis ostenderet. In qua uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti per omnia saecula saeculorum. Amen.

CDñica infra octauam natiuitatis dñi.

CEx euangelio Lucae capite secundo.

IN illo tempore. Erant Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super iis: quae dicebantur de illo. Et benedixit illis Symeon. & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruina. & in resurrectionem multorum in Israel & in signum: cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertranlibit gladius: ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Fanuel de tribu Asser. Haec processerat in diebus multis. & uixerat cum uiro suo annis septem a uirginitate sua. Et haec uidua usque ad annos octoginta quattuor: quae non discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus seruans nocte ac die. Et haec ipsa hora superueniens confitebatur domino. & loquebatur de illo omnibus: qui expectabant redemptionem Israel. Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini: reuersi sunt in Galileam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem cre-

ſcebat & confortabat^r plenus ſapientia. Et gratia dei erat
in illo.

¶ Homelia Origenis de eadem lectione.



ongregemus in unum ea: quæ in ortu Iesu
dicta ſcriptaq; ſunt de eo: & tunc ſcire poterimus ſingula quæque digna eſſe miraculo.

Quam obrem mirabatur & pater (ſic enim appellatus eſt Ioseph) quia nutriti⁹ fuit: mirabatur & mater ſuper omnibus: quæ dicebatur de eo. Quænã ergo ſunt: quæ de paruulo Iesu fama diſperſerat: Paſtores erant in regione illa uigilantes & obſeruantes uigilias noctis ſuper gregem ſuum. Venit angelus ſub ipſa hora natiuitatis Iesu: & ait ad eos. Annuncio uobis gaudium magnum. Ite: & inuenietis infantem inuolutum in pãnis & poſitum in præſepio. Necdum angelus uerba finierat: ecce multitudo cæleſtis exercitus laudare & benedicere cœpit dominum. Quum hoc paſtores trepidi perſpexiſſent & angelus receſſiſſet ab eis: dixerunt adinuicem. Eamus uſq; Bethleem. & uideamus hoc uerbum: quod factum eſt: quod dominus oſtendit nobis. Venerunt & inuenerunt paruulum. tam illi: q̃ parentes quæ facta fuerant mirabatur. Super hoc & de Symeone ſcribitur q; rumorem auxerit: & miraculi uel magna pars fuerit. Tenuit enim puerum in manibus ſuis & ait. Nunc dimittis domine ſamulum tuum in pace: quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Faſtigium & (ut ita dicam) culmen ſuper iis: quæ iactabantur de Iesu: & pater & mater illius mirabantur: ſermo Symeonis fuit. Non enim ſuf-

Luce, ij.

Ibidem.

Tertius.

fecit ei tenere paruulū: & ea quæ de semetiipso scripta sūt
proloqui: sed bñdixit patri illi? & matri. & de ipso quoq;
prophetauit infante dicens. Ecce positus est hic in rui-
nam & in resurrectionē multorum in Israel. & in signū:
cui contradicetur. Et tuam quoq; ipsius animā pertran-
sibit gladius ut reuelentur ex multis cordibus cogitatio-
nes. Quid sibi uult hoc quod ait. Ecce positus est hic in
ruinā & in resurrectionē multorum i Israel. Huic quid
simile in euangelio secundum Ioannem scriptum repe-
ri. In iudiciū ego in mundū istum uenī: ut qui non ui-
dent: uideant. & qui uident: cæci fiant. Quomodo ergo
in mundū uenit: ut non uidentes de nationibus uiderēt.
& qui prius uidebant de Israel cæci fierent: sic uenit in
ruinam & in resurrectionem multorum. In aduentu enī
domini qui prius steterant corruerunt. & qui ceciderāt
surrexerunt. Vna est hæc interpretatio de eo quod di-
ctum est. Ecce hic positus est in ruinā: & in resurrectio-
nem multorum in Israel. Est autem & aliud quid intelli-
gendum aduersus eos uel maxime: qui contra condito-
rem latrant. & hincinde de ueteri testamento testimonia
quæ non intelligūt congregātes simpliciū corda decipi-
unt. Aiunt enim. Ecce deus legis & prophetarum. Vide
te qualis sit. Ego inquit occidam & uiuificabo. percuti-
am: & sanabo. & non est qui eruat de manibus meis. Au-
diunt occidam. & non audiunt. Viuificabo. Audiunt
percutiam: & audire condemnunt & ego sanabo. Istius
modi occasionibus creatorem calumniantur. Igitur
anteq̃ interpreter quem sensum habeant. Ego interficiā
& uiuificabo. percutiā & sanabo: opponā eis testimoni-

Textus.

Joan. vi.

Deute. xxxij.

um euangelii; dicamq; aduersus hæreticos. Innumera-
biles quippe hæreses sunt: quæ euangeliū secundum lu-
cam recipiunt. Si propterea cruentus & fortis tantū iu-
dex & crudelis est conditor: quia dicit. Ego interficiam
& uiuificabo percutiam & sanabo; manifestissimū est &
Iesum ipsius esse filiū. Eadem siquidē de eo scripta sūt. Textus.
Ecce positus est hic in ruīnā: & in resurrectionē multorū
in Israhel. Non in resurrectionē tantū; sed & in ruīnā. Si
malū est interficere: malum sit & ruīnā uenire. Quid re-
spondebunt: Vtrum ne recedēt a cultu eius: an quærēt
aliquā interpretationē & ad tropologias cōfugient: ut qđ
in ruīnam uenerit: benignitatē magis sonet q̃ austerita-
tem: Et quomodo iustum erit quādo quid in euangelio
reperitur tale: ad allegorias & nouas intelligentias cōfu-
gere. quādo uero in ueteri testamento: statim accusare:
& nullam explanationē quīs p̃babilis sit recipere. Sed
& hoc quod sequit̃. In iudiciū ego ueni in mūdū istū Joan. vi.
ut non uidentes uideant & qui uident cæci fiant quīs q̃
rant ut edisserant: implere tamē non poterūt. Ego uero
qui opto esse ecclesiastic⁹: & non ab hæresiarche aliquo
sed a christi uocabulo nūcupari & habere nomen: quod
bene dicet̃ super terrā. & cupio tam ope q̃ sensu & eē &
dici xp̃ianus: æqualē & in ueteri & in noua lege quæro
rōnem. Loquitur deus. Ego interficiā. Libenter ab eo in-
terficiar. Quādo uero uetus in me homo est & uiuo ad-
huc quasi homo: cupio ut occidat in me deus ueterē ho-
minē: & uiuificet me ex mortuis. Prim⁹ enim ait homo
de terra terrenus. Secundus homo de cælo cælestis. Si-
cut portauim⁹ imaginē terreni: portemus & imaginem

cælestis. Secūdū hūc sensū intelligit & illud. In iudiciū
ego ueni in mundū istū: ut qui nō uident: uideant. & qui
uident: cæci fiant. Habem⁹ in nobis oēs & aspectū & ce
citātē. Adam uidebat & nō uidebat. Eua quoq; āteq; ape
rirēt oculi eius: uidisse describit. Vidit inquit mulier li
gnū: quia bonū erat ad comedendū & optimū oculis
ad uidēdū. & tollens de fructu ligni comedit: & dedit ui
ro suo & comederūt. Igitur non erant cæci: sed uiderunt
Deinde sequit. Et apti sunt oculi eorū. ergo cæci fuerāt
& non uidebāt: quorū oculi postea sunt apti. Sed qui be
ne ante uiderāt: postq̄ mandatū dñi transgressi sunt: cœ
perunt uidere male: & aspectum obedientiæ furripiente
delicto postea perdiderūt. Ego sic intelligo & illud: qđ
dicit dñs. Quis fecit mutum & surdū: uidentē & cæcū?
Nōne ego dñs deus? Est ocul⁹ corporis: quo terrena ista
conspicimus: oculus secūdū sensum carnis. de quo ocu
lo ait scriptura. Frustra incedens & inflat⁹ sensu carnis.
cui habemus aliū contrariū & meliōrē & diuina sapiē
tē: qā q cæcus in nobis erat: uenit Iesus ut faceret eū ui
dere: ut qui nō uidebāt: uiderēt: & qui uidebant cæci fie
rent. Iuxta hūc ergo sensū & hoc quod nūc in manibus
habem⁹: intelligendū est. Ecce iste posīt⁹ est in ruīnam
& in resurrectionē multorū in Israel. Habeo aliquid ī me
quod male stat & peccati supbia se erigit. hoc cadat. hoc
subruat. Qđ si ceciderit id: quod ante corruerat surgēs
stabit. Interior homo me⁹ quondā iacebat elisus: & exte
rior stabat erectus. Ante q̄ crederē in Iesum bonū in me
iacebat. malum stabat. Postq̄ ille uenit tūc qđ in me mā
lū fuerat corruit. & expletū est semp mortificationē Ie

Gen, iij.

Ibidem.

Exodi, iij.

su in corpe uestro circūferētes. & illud. Mortificate mē Colossen. iij.
 bra uestra: quæ sunt sup terrā. fornicationē. imundiciā.
 luxuriā. idolatriā. ueneficia &c. Horū oīum utilis ruina
 facta ē. Et de hac ruina dicitur. Vbicūq; fuerit cadauer: Job. xxxij.
 illuc congregabūtur aquilæ. Cadauer quippe a casu no
 men accepit. Bona est hæc ruina: ad quā primū uenit Ie
 sus. neq; potest facere resurrectionem: nisi ruina præces
 serit. Venit ante destruere quod in me malum fuit: ut il
 lo destructo & mortificato confurgat in me & uiuifice
 tur id: quod bonum est: ut consequamur in eo regnū cœ
 lorum. Lucas scripsit. Spiritus sanctus superueniet in te Luce. f.
 & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Propter hoc qđ natū
 fuerit sanctū uocabitur fili⁹ dei. Et qui manifeste nobis
 tradit: quoniam uirginis filius fuit Iesus. nec de huma
 no cōceptus est semine: iste patrem eius in Hierusalem
 testatus est dicens. Et erat pater eius & mater admiran
 tes super iis: quæ dicebantur de eo. Quæ igitur causa ex
 titit: ut qui pater non fuit: patrem esse memoraret? Qui
 simplici expositione contentus est: dicit. Honorauit eū
 spiritus sanctus patris uocabulo: quia nutrierat saluato
 rem. Qui autem altius aliquid inquirīt: potest dicere.
 Quoniam generationis ordo a Dauid ad Ioseph usq; de
 ducitur. ne uideret Ioseph frustra nominari: quia pater
 non fuit saluatoris: ut generationis ordo haberet locum
 pater appellatus est domini. Admirabātur igitur pater
 illius & mater super iis: quæ dicebātur de eo tam ab an
 gelo q̃ a multitudine cælestis exercitus necnon a pasto
 ribus. Omnia quippe hæc audientes uehemētissime ad
 mirabant. Deinde scriptura ait, Benedixit eis Symeon: Textus.

& lincat Miriam matrem eius. Ecce iste positus est in ruinam
 & in resurrectionem multorum in Israel. & in signum cui con-
 tradicetur. & tuam ipsius animam pertransibit gladius: ut
 reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Quomodo
 saluator in ruinam & in resurrectionem multorum uene-
 rit contemplandum. Qui simpliciter exponit: potest dice-
 re in ruinam eum uenisse infidelium iudeorum: & in re-
 surrectionem gentium. Qui uero curiosus interpretis est di-
 cit nequaquam eum cadere: qui ante non steterit. Da mihi igitur
 qui fuerit ille qui steterit: & in cuius ruinam saluator
 aduenerit: nec non & eum: qui consurgit. Nam ille utique
 consurgit: qui ante corruerat. Videndum est itaque an non for-
 te saluator non aliis atque aliis in ruinam uenerit & in resurre-
 ctionem: sed eisdem & in ruinam & resurrectionem uenerit. In
 iudicium ait ego ueni: ut qui non uident uideant & qui uide-
 bant: cæci fiant. Est enim aliud in nobis: quod uidebat prius
 & postea uidere desinuit. & aliud quod non uidebat: & postea
 uidere cepit. Verbi gratia. Nolo uidere illis oculis: quibus an-
 te uidebam: sed qui mihi postea referati sunt. quoniam per inobe-
 dientiam Adam & Eue oculi sunt aperti. de quibus superio-
 re sermone tractauimus. Nunc autem interpretandum quid si-
 bi uelit hoc: quod ait. Ecce hic positus est in ruinam & in
 resurrectionem multorum in Israel. Me oportet primum
 cadere. & quum cecidero: postea bene surgere: ne salua-
 tor mihi fuerit causa malæ ruinæ. Sed propterea cade-
 re me fecit: ut consurgam. & multo mihi ruina utilior fue-
 rit quam illud tempus: quo ante uidebar stare. Stabam enim peccato tem-
 pore quo peccato uiuebam. & quia peccato stabam prius mihi utilitas
 fuit ut caderem & peccato inorerer. Denique & sancti prophetæ

quando angustius aliquid contēplabantur: cadebant in
 faciem suam. Propterea autē cadebant: ut peccata pleni
 us per ruīnam purgaretur. Hoc ip̄m & saluator p̄ rimū
 concedit ut corruas: Ethnicus eras. cadit in te eth nic⁹.
 Diligebas scorta. primum in te scortator intreat. Pec-
 cator eras. cadat in te peccator: ut possis de hīnc resur-
 gere & dicere. Si cōmortui sumus & conuiuiimus. & si cō
 formes facti sumus mortis: conformes & resurrectionē
 nis erimus. Iste igitur in ruīnam & resurrectionē mul-
 torum positus est in israel: hoc est in ijs: quæ plena pos-
 sunt acie & ratione conspīcere. Et in signum cui cōtra-
 dicitur. Omnibus qui narrant historiā de saluatore con-
 tradicitur. Virgo mater est. signum est: cui contradicit
 Marcionistæ contradicunt huic signo: & aiunt penitus
 eum de muliere nō esse natum. Et Bionitę contradicūt
 signo dicētes ex uiro & muliere ita natū esse: ut nos quo
 q̄ nascimur. Habuit corpus humanū: & hoc est signū:
 cui cōtradicitur. Alii enim dicunt eum uenisse de cœlis.
 Alii tale: quale nos: corp⁹ habuisse: ut per similitudinē
 corporis etiā corpora nostra redimeret a peccatis: & da-
 ret nobis spem resurrectionis. Resurrexit enim a mor-
 tuis. & hoc signum: cui cōtradicitur. Quomodo resur-
 rexit? Vtrum ip̄e & talis qualis mortuus est: an certe in
 melioris substantiæ corpus resurrexit? Et est infinita cō-
 tentio. Aliis dicentibus Thome monstrauit in manibus
 suis fixuram clauorum. Aliis e regione tractantibus. Si
 idem corpus habuit: quomō clausis ingressus est ostis
 & stetit? Vides igitur ut argumētis uariis etiā resur-
 rectioni eius quæstio concitetur, & fit in signū: cui cō-

ij, thi, ij,

Tertus.

tradicitur. Ergo & hoc: quod sanctorū prophetarū ore
prædictū est: credo signū esse: cui contradicitur. Sunt
enī plures heretici: qui scilicet asserūt cū ab ipīs sanctis
prophetis penit⁹ nō fuisse prædictū. Et quid me necesse
est multa prosequi: Omnia quæ de eo narrat hīstoria: si
gnum est: cui cōtradicitur: nō cui cōtradīcant ij qui cre
dunt in eum. Nos quippe scīm⁹ oīa esse uera: quæ scri
pta sunt. sed quia apud incredulos uniuersa: quæ de eo
scripta sunt: signū sūt: cui cōtradicit⁹. Deīnde Symeon.
ait. Et tuā ipīus aīam pertransibit gladius. Nulla docet
hīstoria beatā Mariā ex hac uita gladiū occisiōe migrasse
præsertim quū nō aīa: sed corpus soleat ferro interfici.
Vnde restat intelligi gladium illum: de quo dicitur. Et
gladius est in labiis eorum. hoc est dolorē dñice passio
nis ei⁹ aīam pertrāsisse: quæ & si xpm utpote dei filiū
sponte propria mori. mortēq; ipam nō dubitaret esse de
uicturum: ut sua tñ carne procreatū nō sine doloris affe
ctu potuit uideri crucifigi. Nam & ferrum: quod aīam
Ioseph pertrāsisse canitur: nil melius q̄ dura tribulatio
mentis intelligitur. Vt reuelētur ex multis cordib⁹ co
gitationes. Cogitationes erant male in hoībus quæ pro
pterea reuelate sunt: ut prolata in mediū proderētur. &
īterfecte atq; emortue defineret: & occideret eas ille: qui
pro nobis mortuus est. Quādiu enim abscondite erant
cogitationes: nec prolata in mediū: īpossibile erat eas
penitus interfici. Vnde & nos si peccauerimus: debem⁹
dicere. Peccatū meum notum tibi feci: & iniustitiā meā
nō abscondi. Dixi annūciabo iniustitiam meam dño. Si
enim hoc fecerimus: & reuelauerim⁹ peccata nostra nō

Textus.

ps. lviij.

Textus.

ps. xxxi.

solū deo: sed & iis qui possunt mederi uulneribus no-
 stris atq; peccatis: delebūtur peccata ab eo qui dixit. Ecce *Esa. xliij.*
 delebo ut nubem iniquitates tuas: & sicut caliginem
 peccata tua. Post Symeonis prophetiā quia necesse erat
 ut mulieres etiam sanarentur: uenit prophetissa mulier
 de qua scribitur. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel *Tertus.*
 de tribu Affer. Quam pulcher ordo. Nō uenit ante ui-
 rum mulier: sed prius uenit Symeon qui apprehēdit in-
 fantem: & tenuit in brachiis suis. deinde mulier: cui nō
 sunt quidem uerba digesta: sed generaliter dictum est qd
 confessa sit dño & locuta de eo oībus: qui expectabāt re-
 demptionē israel. Et iuste sancta mulier spiritū prophe-
 tandi meruit accipere: quia longa castitate longisq; ieiu-
 niis ad hoc culmen ascenderat. Videte mulieres testimo-
 nium Anne: & imitamini illud. Si quando uobis euene-
 rit ut perdatis uiros: cōsiderate quid de ea scriptum sit.
 Septem annis uixit a uirginitate sua cum uiro suo. & re- *Tertus.*
 liqua. Propterea prophetissa fuit. Neq; enim ut libe &
 fortuitu spirit⁹ sanct⁹ habitauit in ea. Bonum est & pri-
 mum si qua potest uirginitatis gratiā possidere. Si autē
 hoc non potuerit: sed euenerit ei ut perdat uirū: uidua
 perseueret. Quod quidem nō solum post mortem uiri:
 sed etiā dum uiuit ille debet habere in animo: ut etiā si
 nō euenerit uolūtas ipius & propositū a dño coronetur
 & dicat. Hoc uoueo atq; promitto si mihi humanū ali-
 quid: quod nō opto cōtingerit: nihil aliud faciā q̄ incon-
 taminata & uidua perseuerē. Et ut perfecerunt omnia *Tertus.*
 secundū legem dñi: reuersi sunt in Galileam in ciuitatē
 suā Nazareth. Prætermisit hoc loco Lucas quæ a Mat-

theo satis expofita nouerat: dñm uidelicet poſt hæc ne
ab herode necandus inueniretur: Egyptum a parentib⁹
eſſe delatum. Deſunctoq; Herode ſe domum Galileam
reuerſurū. Nazareth ciuitatem ſuam inhabitare cepiſſe
Solent enim euangeliftę ſinguli ſic omittere quædam
quæ uel ab aliis cōmemorata uiderunt. uel ab aliis cō-
memoranda in ſpiritu præuiderint: ut continuata ſuæ
narrationis ſerie quaſi nulla prætermiſſe uideant; quæ
tñ ulterius euangeliftę conſiderata ſcriptura: quo loco
translita fuerint diligens lector inueniat. Puer autē cre-
ſcebat & confortabat⁹ plenus ſapientia: & gratia dei erat
in eo. Notanda diſtinctio uerborum. quia domin⁹ ieſus
chriſtus in eo quod erat. id eſt habitum humane fragili-
tatis induerat: creſcere & confortari habebat. in eo autē
q̃ etiam uerbum dei & deus æternus erat: nec conforta-
ri indigebat. nec habebat augeri. Vnde rectiſſime plen⁹
ſapientia perhibetur & gratia. Sapientia quidem: quia
in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter
Gratia quidem: quia eidem mediatori dei & hominum
homini ieſu chriſto magna gratia donata eſt: ut ex quo
homo fieri cepiſſet: perfect⁹ eſſet & deus. Cui ſimile eſt
quod Ioannes ſcribit eū plenum gratia & ueritate. ean-
dem ipſe diuinitatis excellentiam ueritatis: quā Lucas ſa-
pientia nomine cōmendat. Tu autem.

¶ In circuncifione domini.

¶ Ex euangelio Lucę capite ſecundo.



N illo tempore. Poſtquā cōſumati ſunt dies
octo ut circūcideretur puer: uotatum eſt no-
men eius Ieſus. quod uocatum eſt ab angelo

priusq̃ in utero conciperetur.

¶ Homelia uenerabilis Bedæ præf byteri de
eadem lectione.



Anctam uenerandāq; præsentis festi memo-
riam paucis quidem uerbis euāgelista com-
prehēdit: sed nō pauca cælestis mysteriū uir-
tute grauidam reliquit. Exposita nāq; natiuitate dñica:
gaudia mox angeli dignis laudibus extulerunt. pastores
deuota uisitacione celebrarunt omnes: qui tunc audie-
re: mirati sūt. Nos quoq; pro modulo nostro: prout po-
tuimus proxime dño largiente congruis missarū hym-
norumq; sollēniis exegimus: subiungit atq; ait. Et post
quā consumati sunt dies octo ut circuncideretur puer:
uocatum est nomen eius iesus. quod uocatum est ab an-
gelo priusq̃ in utero conciperetur. Hæc sunt festiuita-
tis hodiernæ gaudia ueneranda. hæc sollēnitas diei. hæc
illa supernæ pietatis munera sacrosancta: quæ fidelium
cordibus cōmendans apostolus ait. Quia ubi uenit ple-
nitudo temporis: misit deus filiū suū natū ex muliere. fa-
ctum sub lege: ut eos qui sub lege erāt redimeret: ut ado-
ptionem filiorum reciperemus. Magna nāq; dispensa-
tiōe pietatis ad redēptionē generis humani deus pater
nō angelum. nō archangelum. sed filium suum unigeni-
tum mittere dignatus est. Quem quia in diuinitatis sue
speciæ uidere nequiuiimus: magna rursus dilectiōis ar-
te prouidit ut hunc factum ex muliere. hoc est ex mater-
ne carnis substantia sine uirili admixtione conceptū ad
humanos uerum hominem proferret aspectus. Qui in
diuina uirtute ac substantia manens per omnia qđ erat:

Textus.

Gala. iij.

ueram naturæ mortalis infirmitatē: quam non habebat indueret. Et ut nobis necessariam obediendī uirtutem præcipuo cōmendaret exemplo: factum sub lege filium suum misit deus in mundum. Non quia ipse legi quicquā debeat: qui unus magister noster: unus est legislator & iudex: sed ut eos q̄ sub lege positi legis onera portare nequiuērant: sua cōpassione iuuaret, ac de seruili cōditiōe: quæ sub lege erat: ereptos in adoptionē filiorū: quæ per gratiā est: sua largitate reduceret. Suscepit igitur circūcisiōē lege decretam in carne: qui absq; omni prorsus labe pollutionis apparuit in carne. Et qui in similitudinē carnis peccati: non autē in carne peccati aduenit: remedium quo caro peccati consueuerat munda-ri nō respuit: sicut etiā undam baptismatis: qua nouæ gratiæ populos a peccatorū sorde lauare uoluit: ipse nō necessitatis sed exempli causa subiit. Scire etenim debet uestra fraternitas quia idem salutiferæ curationis auxiliū circūcisio in lege contra originalis peccati uuln⁹ agebat: quod nunc baptismus agere reuelāte gratiæ tēpore consueuit: excepto q̄ regni cælestis ianuam necdū intrare poterant: donec adueniens benedictionem daret qui legem dedit: ut uideri possit deus deorum in Syon. Tantum in sinu Abrahe post mortem beatæ requiē cōsolati supernæ pacis ingressū spe felici expectabāt. Qui enī nūc per euangeliū suū terribiliter ac salubriter clamat. Nisi qui renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto: nō potest introire in regnum dei: ipse dudū per legē suā clamabat. Masculus cuius prepuciū caro circūcisa nō fuerit: peribit anima illa de populo suo: quia pactum meū

Joannis. iij.

Genesis. xvij.

irritum fecit. idest quia pactum uitæ in paradiso homi-
nibus mādātū Adam præuaricante transgressus est: in
quo omnes peccauerunt: peribit de cætu sanctorū: si nō
ei fuerit remedio saluari subuentū. Vtraq; ergo purifi-
catio & circūcisionis uidelicet in lege & in euangelio ba-
ptismatis tollende præuaricationis primæ gratia posi-
ta est. Et necui sæculo labentis ætatis superni respectus
munera deessent: illi quoq; qui mūdi in exordio usq; ad
tēpora datæ circūcisionis. uel post datā circūcisionē de
aliis nationibus deo placuerunt uel hostiarū oblationi-
bus. uel certe sola fidei uirtute suas suorūq; aīas creato-
ri cōmendantes a primi reatus uīculis absoluerē cura-
bant. Sine fide enim ipossibile est placere deo. Et sicut
alias scriptum est. Iustus aut ex fide uiuit. Sed ueniens
in carne deī filiū: qui solam carnis naturā: nullam autē
peccati contagionem traxit de Adam. & quia spiritus
sancti uirtute de uirgine conceptus & natus est: & nul-
lo eguit munere gratiæ renascentis: utrunq; genus pu-
rificationis subire dignatus est. & circūcisus uidelicet
a parentibus octaua die natiuitatis & tricesimo ætatis
anno baptizatus a Ioanne. Immo etiā tertium saluta-
ris hostiæ munus ipse dominus templi pro se non respu-
it offerri. cuius die hinc tricesima tertia domino opitu-
lante uestra charitas auditura simul est & celebratura
mysterium. Cuncta inquam & legalis & euangelicæ
purificationis genera qui nullo indiguit: dominus sus-
cipere non despexit: ut & consumandæ iam legis decre-
ta suo tempore doceret esse saluberrima: & aduenientis
euangelii cunctis fidelibus ostenderet aquæ subeunda

Hebreorū, rj

Abachub, ij.

remedia. Sed & hoc q. eodem die suæ circūcisiōis nomē
ut iēsus uocaretur accepit ad imitationē priscæ fecit ob
seruationis. quā ex eo credimus sumptā. q. Abraam pa
triarcha: qui primū circūcisiōis sacramētū in testimo
niū suæ magnæ fidei & diuine ad eum factæ promissio
nis accepit. eodem die suæ suorūq. circūcisiōis etiam
nominis amplificatione simul cum sua coniuge benedi
ci promeruit: ut qui eaten⁹ Abram pater excelsus dict⁹
est: deinde Abraam. idest pater multarū gentiū uocare
tur: quia patrē inquit multarū gentiū constitui te. Quæ
fidelissima promissio ram late per orbem iam patet im
pleta: ut etiam nos ipi de gentibus ad fidei illius deuoti
onem uocati ipm nos patrem spiritaliter habere gau
deamus dicēte etiam nobis apostolo. Si aut uos christi:
ergo semen Abraæ estis secundū promissionē heredes.
Et saray inquit uxorem tuam non uocabis saray: sed sar
ram. idest non uocabis principem meam. sed prīcipem.
uidelicet aperte docens ut eā quæ tantæ fidei particeps
& socia facta est: nō proprie principem suæ domus: sed
absolute principem. idest omnīū recte credentium fœ
minarū uocaret & intelligeret esse parentē. Vnde beat⁹
Petrus apostolus credentibus de gentibus fœminas ad
humilitatis. castitatis & modestiæ uirtutem prouocās
eiusdem matris nostræ Sarraē debita cum laude memi
nit. Sicut Sarra inquit obediebat Abraæ dñm eum uo
cās: cuius estis filiæ bene facientes & non timentes ullā
perturbationē. Nec non dilectionem uestrā fratres am
monere curauimus: ut singuli uestrū meminerint etiā
se ipos percepta fide christi cum patriarchis non solum

Gen. xvij.

Ad gala. iij.

1. petri. iij.

nominis excelsi meruisse cōfortiū: sed percepta in xpo
purificatiōe baptismi salutaris deriuatum a nomine xpi
gaudeant mutasse cognomen. & hoc usq; ad finem fir-
mum intemeratūq; seruare contendant gaudentes in se
illud Esaie uoticinium esse completū. Et seruos suos uo- Esa. lrv.
cabit nomine alio. hoc est nomie christiano: quo omnes
nunc serui christi se delectātur insigniri. Neq; enim no-
men aliud sub cœlo datum est hominibus: in quo opor-
teat nos saluos fieri. Vnde propheta consequenter adiū Ibidem.
git. In quo qui benedicendus est super terram: benedi-
cetur in domino amen. Dicit & alias de eodem multipli-
candam etiam de gentibus ecclesiam alloquens. Vide- Esa. lrvj.
bunt gentes iustum tuum. & cuncti reges inclytū tuū.
& uocabitur tibi nomen nouum: quod os domini nomi-
nauit. QVARE autē puer qui natus est nobis: & fili⁹
datus est nobis. Iesu. idest Saluatoris nomen acceperit:
non expositiōe ut a nobis possit intelligi: sed sollicita ac-
uigili eget intentione: ut etiam nos possimus eiusdem
nominis participatione saluari. Legimus quippe ange- Luce. iij.
lo interpretante: quia ipe saluum faciet populum suum
a peccatis eorum. Et indubitāter credimus ac speram⁹
quia quia peccatis saluat: ipe etiā a corruptionib⁹ quæ
ob peccata contigerunt: & ab ipsa morte saluare nō omit-
tit psalmista testante: qui ait. Qui propiti⁹ sit omnib⁹ ps. cxi.
iniquitatibus tuis. qui sanat omnes iniquitates tuas.
Dimissis quippe omnibus iniquitatibus nostris: ad in-
tegrum omnes languores nostri sanabuntur: quum re-
surrectionis gloria apparēte: nouissime inimica destru-
cta fuerit mors. Et hæc est uera ac plenaria nostra cir-

cunctis: quum in die iudicii cunctis simul animæ car-
 nisq; corruptionibus exuti mox peracto iudicio ad ui-
 dedam perpetuo creatoris faciem aulam regni cælestis
 ingredimur. quod est typice paruulos circuncisos ad
 templum domini Hierosolymā cum laudibus hostiarū
 munus acceptabile deferre. Vera etenim circuncisione
 purgatus templum domini cū muneribus ingreditur:
 qui gloria resurrectionis ab omni labe mortalitatis ex-
 coctus cum bonorum fructibus operum supernæ ciui-
 tatis gaudia sempiterna subit. Dirupisti inquit uincu-
 la mea. tibi sacrificabo hostiā laudis. Vota mea domino
 reddam in atriis domus dñi. in conspectu omnis popu-
 li eius: in medio tui hierusalē. Quod desideratissimū tē-
 pus cælestis introitus illa dies octaua: qua circūcisio ce-
 lebratur: indicat. Sex etenim sunt huius sæculi ætates
 noctissimis tempore distinctæ articulis: in quibus pro
 deo laboribus insistere: & pro adipiscenda requie sempi-
 terna ad tēpus operari necesse est. Septima est ætas non
 in hac: sed in alia uita quiescentiū usq; ad tēpus resurre-
 ctionis animarū. Octaua autē ætas ip̃a est dies resurre-
 ctionis sine ullo tēporis fine beata. Quando uero oīno
 de circuncisionis gloria coruscante nō ultra corpus qđ
 corrūpitur aggrauabit animā: nō terrena ihabitatio de-
 primet sensum multa cogitantē: sed corpus iam incor-
 ruptibilē letificabit animā. & subleuabit cælestis habi-
 tatio totū hominē uisioni sūmi conditoris inherentem
 Cuius æterni diei beatitudinē propheta in illo cuius su-
 pra meminim⁹: psalmo consequēter exponit. animā suā
 ip̃e & omnes interioris sui hominis affectus ad benedi-

gendū dñm recordansq; omnes retributiones eius exci-
tans. Qui redemit de intertu inquit uitam tuam. qui sa- ps. cxi.
tiat in bonis desideriu tuum. qui coronat te in milerati-
one & misericordia. renouabitur sicut aquilæ iuuent⁹
tua. Et ideo necesse est fratres charissimī ut qui ad hui⁹
pulcherrimæ renouationis quasi sūmæ circumcisionis
desideramus præmia contingere: curemus primitiua
circūcisiōis & renouatiōis: quæ quotidianis uirtutū ex-
ercitationibus fit: subire remedia. Deponamus secundū
pristinā cōuersationē ueterem hominē: qui corrūpitur
secundū desideria erroris. renouemur spiritu mētes no-
stræ: & induamus nouū hominē: qui secundū deū crea-
tus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Neq; audientes
circūcisiōnē in uno corporis nostri mēbro nos casti-
gare sufficere credam⁹. Sed sicut idem alibi monet apo- ij. corin. vij.
stolus mūdē ab omni labe & inquinamēto carnis &
spiritus perficientes sanctificationē in timore deī. Re-
legamus facta apostolorū. uideamus protomartyrē be-
atissimū Stephanū iudeis se cum domino persequentibus
terribiliter intonantē. Duri ceruice & incircūcisi Actū. vij.
cordibus & auribus: uos semper spiritui sancto resisti-
tis. Si ergo incircūcisi cordibus & auribus sunt: qui spi-
ritus sancti monitis resistunt: est utiq; cordium & au-
rium circūcisiō. Et si es cordium & aurium: est & oīum
exterioris interiorisq; hoīs nostri sensuū. Qui enī uide-
rit mulierē ad concupiscendū eam: qui habuerit oculos
sublimes: huius incircūciscus est uisus. Quibus uoce
ueritatis dicit⁹. Qui est ex deo: uerba deī audit: ppter ea Joāse. viij.
uos nō auditis: qā ex deo nō estis. Incircūcisi sūt aurib⁹.

Incircūcīsi sunt lingua & manibus: quorum os locutū
est uanitatē. & dextera eorum dextera iniquitatī. Qui
loquuntur pacem cum pximo suo: mala aut sūt in cor
dib⁹ eorū & dextera eorū repleta ē munerib⁹. Incircūcīsi
sunt gustu: quos propheta redarguit dicēs. Ve qui po
tentes estis ad bibendum uinum. & uiri fortes ad miscē
dum ebrietatem. Incircuncīsi olfactu & tactu: qui un
guento & uariis sunt delibuti odoribus: qui sequuntur
amplexus meretricis aspergentis cubile suum myrrha
& aloe & cinamomo. Incircuncīsi gressibus: de quibus
psalmista cōmemorat. Cōtritio & infelicitas in uīs eo
rum: & uiam pacis non cognouerunt. At qui omni cu
stodia seruant suum cor: qui auertūt oculos suos ne ui
deant uanitatē. qui sepiunt aures suas spinis ne audi
ant linguā nequā. qui gustant & uident q̄ suauis ē dñs.
q̄ beatus uir qui sperat in eo. qui custodiunt uias suas ut
nō delinquāt in lingua sua. qui donec superest habitus
in eis & spūs dei in naribus eorū. Nō loquūtur labiis inī
quitatē. nec lingua eorum meditat^r mendaciū. qui leuāt
manus suas ad mādata dei: quæ diligūt. qui ab omni uia
mala phibēt pedes suos: ut custodiāt uerbū dei. Isti oēs
sēsus suos petra spiritalis exercitii se ostēdūt hēre circū
cīfos. Petrinis qppe cultris circūcīsiōne fieri legim⁹. Pe
tra erat xpūs. cuius fide & spe & charitate nō solū in ba
ptismate: sed in omni prorsus actione deuota purificāt^r
corda bonorū. Quæ & ip̄a quotidiana circūcīsiō n̄ra. id
est cōtinua cordis mūdatio semp octauæ diei sacramētū
celebrare nō desistit. quia nos in exemplum dominicæ
resurrectiōis: quæ octaua die. idest post septimā sabbati

facta est: sanctificare cōsueuit: ut quomō surrexit xp̄us
a mortuis per gloriā patris: ita & nos in nouitate uitę
ambulemus. Præstante deo: qui uiuit & regnat in sæcu
la sæculorum amen.

¶ In uigilia epiphanię.

¶ Ex euangelio Matthei capite secundo.

Nillo tempore. Defuncto Herode ecce an
gelus domini apparuit in somnis Ioseph in
egyptio dicens. Surge & accipe puerū & ma
trem eius. & uade in terram Israel. Defuncti sunt enim
qui quærebant animā pueri. Qui cōsurgens accepit pu
erum & matrem eius: & uenit in terram israel. Audiens
autē q̄ Archelaus regnaret in Iudeam pro Herode pa
tre suo & timuit illo ire. Et amonitus in somnis secessit
in partes Galilææ. Et ueniens habitauit in ciuitate: quæ
uocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per
prophetā. Quoniā Nazareus uocabitur.

¶ Homelia Haymonis de eadem lectione.

Via nō dixit defunctus: sed defuncto: ex his
angeli uerbis itelligimus multos principes
iudeorum cum herode in necem dñi consen
sisse. Ideoq̄ diuina ultione actum est: ut multi ex his cū
illo perirent: cum quo in necem dñi consenserant. Spiri
taliter autē obitus Herodis terminū significat inuidio
se contentionis: qua nunc ecclesia contra Iudeam seuit. ¶ Tertius
Qui cōsurgens accepit puerum & matrē eius: & uenit
in terram israel. Quod post obitum Herodis puer iesus
ad terrā israel reuersus est: significat quia circa finē sc̄

culi ad synagogam est reuersus: quum per prædicationē Enoch & Helie in eum crediderint. Vnde quum in Egyptum deferri iubetur & fugere: hoc in nocte præcipitur. Quum uero ad terrā israel reuertitur: nec noctis fit mentio: quia quos nunc propter incredulitatē in tenebris perfidię deserit: circa finem sæculi credentes in lucem fidei recipiet. Audiens autē q̄ Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo timuit illo ire. Archelaus autē unus fuit de Herodis filiis quem post se ad regnandū in Iudea Herodes instituerat. Sed postea insolentiā eius accusantibus iudeis & iudicio senatus apud Menam: quæ Galliarum est urbs: exilio relegatus. uita finiuit. Archelaus autē qui uincens leo interpretatur: antichristū significat: qui ad tempus in sanctis uictoriā habebit & quasi leo terribilis apparebit. In illā ergo partem: in qua regnabat Archelaus cū puero ire Ioseph noluit: quia illam partem populi iudeorum: quæ antichristo est creditura: christus nō inhabitabat per fidē. Post necem autē Archelai christus ad terram israel reuertitur quia post interfectionē antichristi synagoga in eū creditura est. ut ait apostolus. Quū plenitudo gentiū intrauerit: tunc omnis israel saluus erit. Sed quia in ecclesia manet & manebit: audiamus ubi habitauerit. Et amonitus in somnis secessit in partes Galileæ. & ueniens habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth. Quia enī Nazareth flos siue uirgultū interpretatur: significat ecclesiam: quæ & florem habet mūdicię & uirgultū iusticię cuius uirgulti pulchritudinē admirabat sponsus in canticis canticorū dicens. Quæ est ista: quæ ascendit per de-

Tertus,

Roma. xj.

Canticorū, iij.

fertū sicut uirgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe & thuris
 & uniuersi pulueris pigmetariū: Cui iterū uoce sponsi
 dicitur. Ego flos campi & liliū conualliū. Et quia eccle- Lāticorū, ij.
 sia de pñtis uiræ amore ad cæleste desiderium transit: re-
 cte Nazareth Galileæ dicitur: quæ transmigratio inter
 pretatur. Quod autē subdidit. Ut adimpleretur quod di- Textus.
 ctum est per prophetas. Quoniā Nazareus uocabitur:
 hoc testimoniū in septuaginta interpretibus nō habet.
 Nōnulli enī de Esaie prophete libro sumptū esse uolūt:
 ubi scriptū est. Exiet uirga de radice iesse: & Nazare⁹ de Esa. xl.
 radice eius ascendet. Nos autē dicimus quia si fixū de
 scripturis posuisset euāgelista testimoniū: non dixisset
 per prophetas: sed per pphetā. Oēs enī prophete dñm
 Nazareū uocant. quia secundū eum prædicant. Ipse enī
 est de quo per Danielē dicitur. Quū uenerit sanct⁹ san- Danielis, ix.
 ctorū cessabit unctio. & Dauid. Nō dabis sanctū tuum ps. xv.
 uidere corruptionē. Et iter. Scitote quoniā mirificabit ps. liij.
 dñs sanctū suū. Defuncto autē herode. idest mortua le-
 gelitteræ. uel excusso diabolo de corde iudeorū circa fi-
 nem mūdi. Quia dum iudei supersticiosam legē obser-
 uant littere: regnat diabolus in illis: & est xp̄us inter gen-
 tes. Postquā uero abiecerunt hæc oīa a se: tunc reuerte-
 tur filius dei. uel fides ad eos. Ecce angelus dñi apparuit Textus
 ī somnis ioseph. Qui xp̄m credit esse filiū dei: & eū por-
 tat in corde suo: recte angelus illi apparet. Surge accipe Textus
 puerum. Surge a terra: qui terrena relinquis. Prius pue-
 rum & postea matrē iubet accipere: prius deū & postea
 proximū diligere. Et uade in terrā israel. hoc est cēlestē Textus.
 patriā: nisi portet xp̄m & diligat deum & proximum:

nō poterit intrare. Defuncti sūt enī qui quærebāt aīam
pueri. Totum dicit pro parte. Sic in fine mundi defun-
cta erit lex litteræ. Audiens autē q̄ Archelaus regnaret
in Iudea timuit illo ire. Cur ire noluit in Iudeam? Cur
nō ibat in Iudeam: ubi habitauit prius: uel Nazareth:
qua proprie habitabat? Quia putabat q̄ angelus eū pro-
pter templum & orationes quæ erant in Iudea iuberet
proprie cōmorari in hierusalē. Sed propter mysterium
non potuit illuc diuertere: quia qui ascendit de Egypto
hoc est de tenebris peccatorū: nō potest prius ire in Iu-
deam. id est confessionē. neq̄ in Bethleem. hoc est domū
panis: quæ significat ecclesiam neq̄ in hierusalē. hoc est
uisionem pacis: nisi prius eat in Galileam ut emigret &
transuolet de malo ad bonum. de uitiis ad uirtutes: & in
de transeat in Nazareth: ut faciat prius florem & mun-
diciam bonorum operum: & sic postea conscendat Iu-
deam. Prius enī fit flos & postea fructus. inde per or-
dinem conscendat Bethleem. nouissime Hierusalē. id est
uisionem pacis. Et ideo amonitus est Ioseph in somnis
ab angelo ne rediret prius in Iudeam. Archelaus autem
qui leo inuestigans interpretatur: significat antichristū
qui regnat pro Herode patre suo. Sic regnaturus est an-
tichristus in fine mundi pro isto diabolo: qui nunc iu-
deos regit. Apud nos autem regnat dominus noster Ie-
sus christus: cuius regnum & imperiū permanet in sæ-
cula sæculorum amen.

¶ In Epiphania domini.

¶ Ex euangelio Matthei secundo capite.



Vm natus esset iesus in Bethleem Iude in die-
bus herodis regis: ecce magi uenerunt ab ori-
ente dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeo-
rum: Vidimus enim stellam eius in oriente & uenimus ado-
rare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est & ois
hierosolyma cum illo. Et congregans oes principes sacer-
dotum & scribas populi sciuitabatur ab eis ubi xpus na-
sceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iude. Sic enim
scriptum est per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda ne-
quaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet
dux: qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam-
uocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle que
apparuit illis. & mittens illos in Bethleem dixit. Ite & in-
terrogate diligenter de puero. & quum inueneritis: renun-
ciate mihi: ut & ego ueniens adorem eum. Qui quum au-
dissent regem: abierunt. Et ecce stella quam uiderant in ori-
ente: antecedebat eos usque dum ueniens staret supra ubi
erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio ma-
gno ualde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum
maria matre eius. & procidentes adorauerunt eum. & aper-
tis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum. thus. &
myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad
herodem: per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.

¶ Homelia beati Gregorii pape.



Icitur in lectione euangelica fratres charissimi
audistis: coeli nato rege rex terre turbatus est:
quia nimirum terrena altitudo confunditur:
quum celsitudo celestis apperitur. Sed querendum nobis

est: quidnam sit q̄ redemptore nostro nato pastoribus
angelus apparuit. atq; ad adorandū hūc ab oriente ma-
gos nō angelus: sed stella perduxit. Quia uidelicet iude-
is tanquā ratione utētibus rationale animal. id est ange-
lus prædicare debuit. Gentiles uero quia uti rōne nesci-
ebāt: ad cognoscendū dñm nō per uocem: sed per signa
perducūtur. Quia & illis prophetiæ tanquā fidelib⁹ nō
infidelibus: & istis signa tanquā infidelibus nō fidelib⁹
data sunt. Et notādū q̄ redēptorē nrm quū iam perfecte
esset ætatis eisdē gētibus apostoli prædicāt: eumq; par-
uulū & necdū per humanū corpis officiū loquentē stel-
la gētibus denūciat. quia nimirū rōnis ordo poscebat ut
& loquētē iā dñm loquētes nobis predicatorēs inotescē-
rent. & necdū loquentē elemēta muta prædicarēt. Sed
in oībus signis: quæ uel nascente dño uel moriente mō-
strata sunt: cōsiderandū nobis est quāta fuerit in quorū
dā iudeorū corde duricia: quæ hūc nec per pphetiæ do-
num. nec per miracula agnouit. Oīa quippe elemēta au-
ctore suū uenisse testata sunt. Vt enī de his quædā usu
humano loquar: deū hunc esse cœli cognouerūt: q̄a p̄ti-
nus stellā miserūt. Mare cognouit: quia sub plātis eius
se calcabile præbuit. Terra cognouit: quia eo moriente
cōtremit. Sol cognouit: quia lucis suæ radios abscon-
dit. Saxa & parietes cognouerunt: quia tpe mortis eius
scissa sūt. Infernus cognouit: q̄a hos quos tenebat mor-
tuos reddidit. Et tamē hunc quē deū oīa insensibilia ele-
menta senserūt: adhuc infidelīū iudeorū corda deū esse
minime cognouerūt. & duriora saxi scindī ad poenitē-
dū nolūt. cūq; cōfiteri abnegāt: quē elemēta ut dixim⁹:

aut signis: aut scissionib⁹ deū clamāt, qui etiā ad dānationis suæ cumulū eum: quē natum despiciūt: nasciturū longe ante præsciuerūt & nō solum quia nasceret⁹ nouerant: sed etiā ubi nasceretur. Nam ab herode requisiti locum natiuitatis eius exprimūt: quē scripturæ auctoritate didicerūt. & testimoniū proferūt q̄ Bethlehem honorari natiuitate noui ducis ostēditur: ut ipsa eorū gemina scientiā & illis fieret testimoniū dānationis & nobis adiutoriū credulitatis. Quos profecto bene Isaac cum Iacob filium suum benediceret: designauit. qui & caligans oculis: sed pphetās in pnti filium nō uidit: cui tam multa in posterum præuidit. quia nimirū iudaicus populus prophetiæ spū plen⁹ & cecus eū: de quo multa prædixit: in pnti positum nō agnouit. Sed natiuitate regis nrī cognita herodes ad callida argumēta cōuertitur. ne terreno regno priuaretur: renūciari sibi ubi puer inueniret postulat. Adorare uelle se simulat: ut quasi hūc si iuēiri possit extinguat. Sed quāta ē humana malicia cōtra cōsiliū diuinitatis? Scriptū quippe est. Nō est sapiētia. nō est prudentia. nō est cōsiliū cōtra dñm. Nam ea quæ apparuit: stella magos perduxit. natum regem reperiūt. munera detulerunt. Et ne redire ad herodem debeāt in somnis admonētur. Sicq; fit ut iesum: quem quærit herodes: inuenire nō possit. Cuius persona qui aliū q̄ hy pocrite designātur: qui dum fictæ quærūt: inuenire deū nūquā merētur? Sed inter hæc sciēdū est q̄ Pristillianistę heretici nasci unūquēq; hoīem sub cōstitutioib⁹ stellarū putāt. & hoc i adiutoriū sui erroris assumūt q̄ noua stella exiit quū dñs in carne apparuit: cuius fuisse fatum eam quæ

proter. r. r.

apparuit: stellam putant. Sed si euāgelii uerba pensamus
quibus de eadem stella dicitur. Vsq; dum ueniens staret
supra ubi erat puer: dum nō puer ad stellam: sed stella ad
puerum cucurrit: si dici liceat: non stella fatū pueri: sed
fatum stellæ is qui apparuit: puer fuit. Sed absit a fideli
bus ut esse aliquid fatum dicāt. uitam quippe hominū
solus conditor qui creauit: administrat. Neq; enim pro
pter stellas homo: sed stellæ propter hoīem factę sunt.
Et si stella fatū hoīs dicitur: ipīs suis ministeriis subesse
homo perhibetur. Certe cum Iacob de utero egredere:
& prioris fratris plantā teneret manu: prior profecto ne
quaquā egredi potuit: nisi subsequens inchoasset. & ta
men cum uno tēpore eodēq; momēto utrunq; mater fu
derit: nō una utriusq; uitæ æqualitas fuit. Sed ad hęc so
lent mathematici respondere quia uirtus cōstellationis
in ictu pungētis est. quibus ediuerso nos dicimus quia
magna est mora natiuitatis. Si igitur in ictu puncti cō
stellatio permutatur: necesse iam erit ut tot dicant fata:
quot sunt mēbra nascentiū. Faterietia mathematici so
lent q; quisquis signo aquarii nascitur: in hac uita pīsca
toris ministeriū forciatur. Piscatores uero ut fertur. Ge
tulia nō habet. Quis igitur dicat quia illic nullus in stel
la aquarii nascitur: ubi piscator oīmodo non habetur?
Rursum quos signo nasci libræ asserunt: trapezitas fu
tueros dicunt. & trapezitas multarū gentiū provinciar
ignorant. Fateantur ergo necesse est aut hoc in eis signū
desse: aut effectum fati nullo modo habere. In Persarū
quoq; Francorūq; terra reges ex genere prodeunt. qui
bus profecto nascētibus quis æstimet quanti eisdē mo

mentis horarum & temporū ex seruili conditiōe nascū-
tur: & tñ regum filii uno eodemq; sydere cum seruis na-
ti ad regnum proficiunt: quum serui qui secum fuerāt
nati: in seruitute moriātur. Hæc de stella breuiter dixi-
mus: ne mathematicorū stultitiā indiscussam præterisse
uideamur. Magi uero aurum, thus & myrrhā deferūt.
Aurum quippe regi congruit. Thus uero in dei sacrifi-
cium ponebatur. Myrrha autē mortuorū corpora con-
diuntur. Eum uero magi: quē adorant: etiā mysticis mu-
neribus prædicant. Auro regem. Thure deū. Myrrha
mortalem. Sunt uero nōnulli heretici qui hunc deū cre-
dunt: sed ubiq; regnare nequaquā credunt. hi profecto
thus ei offerunt: sed offerre etiā aurum nolunt. Et sunt
nōnulli: qui hunc & deū & regē fatētur: sed assumpsisse
carnē mortālē negant. Hi nimirū ei aurum & thus offe-
runt: sed offerre myrrham assumptæ mortalitatis no-
lunt. Nos itaq; nato dño offeramus aurum: ut hūc ubi-
q; regnare fateamur. Offeramus thus: ut credam⁹ q; is
qui in tempore apparuit: deus ante tempora extitit. Of-
feramus myrrham: ut eum quē credimus in sua diuini-
tate ipassibilē: credamus etiā in nostra fuisse carne mor-
talem. Quāuis in auro, thure & myrrha itelligi & aliud
potest. Auro nāq; sapientia designatur Salomone atte-
stante qui ait. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore
sapientis. Thure autē quod deo incenditur: uirtus ora-
tionis exprimitur psalmista testante qui dicit. Dirigat⁹
oratio mea: sicut incēsum in cōspectu tuo. Per myrrhā
uero carnis n̄æ mortificatio designat⁹. Vnde sancta ec-
clesia de suis operariis usq; ad mortē pro deo certātibus

Isa. xxi.

ps. xl.

dicit. Manus meę distillauerunt myrrham. Nato ergo
 regi aurum offerimus: si in conspectu illius claritate su-
 pernae sapientię resplendemus. Thus offerimus: si co-
 gitaciones carnis per sancta orationum studia in ara cor-
 dis incendimus: ut suaue aliquid deo per caeleste deside-
 rium redolere ualeamus. Myrrham offerimus: si carnis
 uitia per abstinentiam mortificamus. Per myrrham nā-
 q; ut diximus: agitur ne mortua caro putrefiat. Mortu-
 am uero carnem putrescere est hoc mortale corpus flu-
 xui luxurię deseruire: sicut de quibusdam per prophe-
 tam dicitur. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Iu-
 mēta quippe in stercore suo putrescere est carnales ho-
 mines in fetore luxurię uitam finire. Myrrham ergo
 deo offerimus quādo hoc mortale corp⁹ a luxurię pu-
 tredine per condimentū continentię custodimus. Ma-
 gnum uero aliquid nobis magi innuūt: q; in regionem
 suam per aliam uiam reuertuntur. In eo nāq; quod āmo-
 niti faciunt: nobis profecto insinuant quid faciamus.
 Regio quippe nostra paradīsus est: ad quam iesu cogni-
 to redire per uiam qua uenimus: prohibemur. A regio-
 ne enim nostra superbiēdo. inobediendo. uisibilia sequē-
 do. cibum uetitum gustando discessim⁹. sed ad eam ne-
 cesse est ut flendo. obediendo. uisibilia contēnendo atq;
 appetitum carnis refrenādo redeamus. Per aliam ergo
 uiam ad regionem nostrā egredimur. quoniā qui a pa-
 radisi gaudiis per delectamenta discessimus: ad hęc per
 lamēta reuocamur. Vnde necesse est fratres charissimi
 semper pauidi: semperq; suspecti ponamus ante oculos
 cordis. Hinc culpas operis. illinc iudicium extreme di-

strictionis. Pensemus ergo q̄ districtus ueniat qui iudiciū minatur & latet. Terrores peccatoribus intentat & tñ sustinet. & idcirco uenire citius differt; ut min⁹ in ueniat quos condemnet. Puniamus fletibus culpas. & cum psalmistæ uoce præueniamus faciem eius in confessione. Voluptatū nos ergo fallacia nulla decipiat. Nulla uana leticia seducat. In proximo nāq; est iudex: qui dixit. Ve uobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. ps. xciii.
Hinc enim Salomon ait. Risus dolore miscebitur: & extrema gaudia luctus occupat. Hinc rursus ait. Risum deputaui mœrorem & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Hinc rursus ait. Cor sapientium ubi tristitia est. Luce. vi.
& cor stultorum ubi letitia. Pertimescamus igitur præcepta dei: si celebramus ueraciter sollēnitatem diei. Gratū nanq; deo sacrificiū est afflictio contra peccatū prouer. xiii.
psalmista testante qui ait. Sacrificiū deo spiritus contritus. Peccata nostra præterita in baptismatis per Ecclesiasti. ij.
ceptione laxata sunt: & tñ post baptisma multa cōmissimus: sed lauari iterum baptismatis aqua non possum⁹. Ecclesiasti. vii.
Quia ergo & post baptismū inquinauimus uitam: baptizemus lachrymis conscientiam: quatinus regionem nostram per aliam uiam repetentes: qui ex ea bonis delectati discessimus: ad eam malis amaricati redeamus. ps. l.

¶ Dominica post Epiphaniam.

¶ Ex euangelio luce capite secundo.



In illo tempore. Quum factus esset dñs Iesus annorum duodecim: ascendentibus parentibus eius in Hierosolymā secundum consue-

tudinem diei festi consumatisq; diebus quum redirent:
remanſit puer ieſus in hieruſalē & nō cognouerunt pa-
rentes eius. Eſtimātes autē illum eſſe in comitatu uene-
runt iter diei. & requirēbant eum inter cognatos & nō-
tos. Et nō inuenientes regreſſi ſunt in hieruſalem requi-
rentes eum. Et factum eſt. poſt triduum inuenerūt illū
in templo ſedentem in medio doctorum audientē illos
& interrogantē eos. Stupebant autē omnes qui eum au-
diebant: ſuper prudentia & reſponſis eius. Et uidentes
admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fe-
ciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quære-
bamus te. Et ait ad illos. Quid eſt q̄ me quærebatis? Ne-
ſciebatis quia in ijs quæ patris mei ſūt: oportet me eſſe?
Et ipſi nō intellexerunt uerbum quod locutus eſt ad cos.
Et deſcendit cum eis: & uenit Nazareth. & erat ſubdit⁹
illis. Et mater eius conſeruabat omnia uerba hæc conſe-
rens in corde ſuo. Et ieſus proficiebat ſapientia. ætate
& gratia apud deum & homines.

¶ Homelia uenerabilis Bede.

Quari poteſt cur dei filius ad orationē in tem-
plum aſcenderit. Nobis utiq; exemplum re-
liquit: ut frequētare⁹ ſanctas eccleſias: ubi
deo offerre debemus orationes noſtras. Quod duode-
cim annorum fuiſſe dicitur: præfigurabatur quia ipſe
erat dies: qui duodecim horas. id eſt duodecim apoſto-
los erat electurus. Conſumatisq; diebus quum redirēt:
puer ieſus remanſit in Hieruſalem: et nō cognouerunt
parentes eius. Parentes chriſti typum ſynagoga tenēt:

quia iudei in comitatu suo deum quærunt: id est in cul-
tu ueteris legis: qui uere habitat in Hierusalem. id est in-
ter nos. scilicet in sancta ecclesia. Et requirebant eum in *Textus*
ter cognatos & notos. Videlicet per cerimonias legis pu-
tabant se habere deum. Et non inuenientes reuerli sunt
in Hierusalem inquirentes eum. quia in fine sæculi om- *Textus.*
nis israel saluus fiet. & per prædicationē heliæ & enoch
christum deum habitare in ecclesia cognoscent: quem
per obseruationē ueteris legis se promereri putant. Vn-
de recte subditur q̄ post triduum inuenerunt illum in
medio doctorum sedentem. audientem & interrogantē
illos. Post triduum. id est post hoc quod fuit ante legem
& sub lege & sub gratia ad ultimum credet: & inter me-
dios doctores inuenient. quia dei filius inter omnes san-
ctæ ecclesiæ alumnos speciosior spiritali gratia & cor-
porali existit. Stupebant autem omnes qui eum audie- *Textus*
bant: super prudentia & responsis eius. Quia paucita- *Textus*
tem dierum uidentes contēnebant paruitatem: admira- *Textus*
bantur tñ eius sapientiam. Et dixit mater eius ad illum. *Textus.*
Fili quid fecisti nobis sic? Qui respōdit. Quid est q̄ me *Textus.*
quærebatis? Non hoc quamuis puer esset: interrogauit
nescienter quid est hoc q̄ me quærebatis: sed quia oculo-
los cordis eorum uolebat extollere ad intelligendam di-
uinitatem suam. Ac si diceret. Nō me tñ hominem de-
betis quærere: sed deum etiam simul & hominem oportet
uos itelligere. Vnde bene subiungit. Quia in ijs quæ
patris mei sunt: oportet me esse. in legis uidelicet inqui- *dispositio*
sitione. Quia ut superius legim⁹ interrogabat legis do-
ctores de quæstionibus legis. Alio modo & hoc potest

intelligi q̄ parentibus suis: qui typum iudeorum tenet
respondit. quasi diceretur: quid est q̄ me quaeritis in ce-
rimonius legis humanitus: quem in ecclesia debetis in-
telligere manentē diuinitus. Humanitas nāq; legis est
carnem præpucii abscindere; & mala pro malis repen-
dere. Diuinitas ecclesiæ sacro baptismo remissionem
peccatorū sperare. & gratia sancti spiritus interuenien-
te & bona pro malis reddere. Et ipsi non intellexerunt.
Quia iudei ecclesiæ sacramenta ignorant. Iuxta litterā
cætera sunt intelligenda quia uenit Nazareth. & q̄ ma-
ter eius conseruabat omnia. idest cogitabat hæc. Et ie-
sus plenus sapientia & gratia apud deum proficiebat &
ætate apud homines. Quod ergo dñs per omnes annos
in pascha cum parentibus hierosolymā uenit humanæ
nimirum humilitatis indicium est. Hominis nanq; est
ad offerenda deo sacrificiorū spiritualiū uota concurre-
re: & auctorem suum orationib⁹ lachrymisq; sibi con-
ciliare profusis. Fecit ergo dominus inter homines ho-
mo natus: quod faciendum hominibus per angelos im-
perauerat deus. Seruauit ip̄e legem: quam dedit: ut no-
bis qui puri homines sumus: seruandū per omnia quic-
quid deus iubet ostenderet. Sequamur interim huma-
næ conuersationis eius exemplū: si deitatis gloriam dele-
ctamur intueri. Si optamus habitare in domo eius æter-
na in cœlis omnibus diebus uitæ nostræ. Si iuuat uide-
re uoluntatem domini & protegī a templo sancto eius.
Et ne ulla in æternum malorum aura pulsēmur: memi-
nerim⁹ præsentis ecclesiæ domum necessariis precum
mundarum frequentare muneribus. Quod ipse duo

Septus.

Actus.

denis in templo sedit in medio doctorum audiens & in-
terrogans illos humanæ est humilitatis indicium. im-
mo etiam eximium discendæ humilitatis exemplū. Dei
uirtus & dei sapientia æternaq; diuinitas loquitur. Ego
sapientia habito in consiliis. & eruditis intersum cogi-
tationibus. meum est consilium & æquitas mea. prudē-
tia mea est & fortitudo. Per me reges regnant. & condi-
tores legum iusta decernūt. Beatus homo qui audit me:
& qui uigilat ad fores meas quotidie. & obseruat ad po-
stes ostii mei. Ipsa homine induta ad audiendos homi-
nes aduenire dignata est: ut nimirum hominibus quīs
summo ingenio præditis necessariam discēdi uerbi for-
mam prærogaret: ne siquī discipuli ueritatis fieri refu-
gerent: magistri efficerentur erroris. Et bene qui iuue-
nis erat doctrinæ subiturus officium: puerulus adhuc
seniores audit & interrogat: ut uidelicet eorum prouī-
da dispensatione compescat audaciam: qui non solum
indocti: sed etiam impubes ad docendum prorumpere
magis q̄ ad discendum uolunt sūmiti. Sequamur iter
eius humanitatis si nos māsis diuinæ delectat uisionis
memores semper illius præcepti. Audi fili mi discipli-
nam patris tui. & ne dimittas legem matris tuæ: ut ad-
datur gratia capiti tuo: & torques collo tuo. Per audī-
tum quippe disciplinæ paternæ ac per obseruantia mā-
ternæ legis gratia capiti nostro & collo torques adiici-
tur. quia quanto quis diuinis intentus fuerit auscultare
præceptis: quanto ea quæ didicerit in unitate matris
ecclesiæ diligentius obseruare studuerit: tanto & nunc

¶ Prover. vii.

¶ Prover. i.

dignius ad honorem prædicandi: & in futuro sublimi⁹
ascendet ad beatitudinē cum xp̄o sine fine regnādi. Ve-
rum ne quis existimet dñm saluatore ob imperitiā ne-
cessitatē adisse audisseq; & interrogasse magistros: uide-
amus quid loquitur. Stupebāt aut̄ oēs qui eū audiebāt:
super prudētia & responsis eius. & uidentes mirati sūt.
Qui enim uerus homo & uerus erat deus ad ostēdēdū
quā homo erat: homīes magistros humiliter audiebat.
Ad cōprobandū quis erat eisdem loquētib⁹ sublimiter
respōdebat. Quod matri quærenti ac dicenti. Filii quid
fecistū nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolētes quære-
bamus te: respōdit. Et quid est q; me quærebatis? Nesci-
ebatis quia in ijs quæ patris mei sunt: oportet me esse?
diuine maiestatis indicium fuit: de qua alibi dicit. Oīa quæ
cunq; habet pater mea sūt. Atq; ideo rectissime templū
nō minus ad se q̄ ad patrem pertinere testatur. Inuētus
quippe in templo dicit. Quia in ijs quæ patris mei sunt
oportet me esse quia nimirum quorū una est maiestas &
gloria: horum etiam una sedes ac domus est. Nō solum
materiālem dei domū: quæ ad adorandū eum tēporali-
ter fieri solet: sed etiam domū intellectuālē quæ ad lau-
dandū eum in eternū cōstruitur: æque patri & filio. im-
mo etiam sanctis constat esse cōmunē. Deniq; idē filius
qui de se ac patre dilectori suo promittit. Veniemus ad
eū: & mansionē apud eū faciem⁹: dicit de spū sancto. Et
ego rogabo patrē: & aliū paclitū dabit uobis: ut mane-
at uobiscū in eternū spiritū ueritatis: q; apud uos mane-
bit & i uobis erit. Quia uidelicet eiusdē sc̄tē trinitatis:
cui⁹ una atq; inuisibilis natura diuinitatis ē: māsis i cor-

Textus.

Textus

Joānis, xvi.

Joannis, xviij

Ibidem.

dibus electorum dispar esse nō potest. Ergo q̄ dñs in tē
plo sedens dicit. In ijs quæ patris mei sunt: oportet me *Tertius*
esse: declaratio est cum sempiterno deo patre potestatis
& gloriæ. Quod igitur rediens dñs Nazareth erat sub
ditus parentibus: humanæ est ueritatis indicium simul
q̄ humilitatis exemplū. In ea nāq; natura subditus erat
hoībus: in qua minor ē patre. Vnde ip̄e dicit. Vado ad *Joānis, xliij,*
patrē: quia pater maior me est. In qua etiam minoratus
est paulominus ab angelis. In illa autē in qua ip̄e & pa
ter unum est: in qua nō in tempore uadit ad patrem: sed
semper in ip̄o est: omnia per ip̄m facta sunt: & ip̄e est an
te omnes. Multum est miranda magnæ dispensatio pie
tatis: qui dum parentes suos mysteriū diuinæ suæ maie
statis necdum capere uidisset: exhibuit eis humanæ sub
iectionē humilitatis: ut per hanc eos paulatim ad agniti
onē diuinitatis institueret. Quī enim dixisset. Quid est
hoc q̄ me quærebatis: nesciebatis quia in ijs quæ patris
mei sunt: oportet me esse: & ip̄i nō intellexerunt uerbū:
quod locutus est ad illos: sicut euangelista consequēter
insinuat: descendit cū eis: & uenit Nazareth: & erat sub *Tertius*
ditus illis. Dicebat ergo archanum suæ diuinæ uirtutis
parentibus humanæ suæ fragilitatis matri suæ scilicet
uere sue carnis. & castissimo tutori castitatis illius. qui
per id tēporis necdum prolata luce euangelica ab oībus
pene: qui eos nosse poterant: carnali cōiunctione uir ei⁹
carnali administracione pater estimabatur simul & uo
cabatur ip̄ius dñi saluatoris. Dicebat inquā his quia in
ijs quæ patris mei sunt: oportet me esse. **QVI QVVM**
ARCEM tāti mysteriū ascēdere intelligēdo nō possent:

neq; aliter eum in ijs quæ uere patris eius essent manere
decerneret: nisi ut cōprehendere nossent: descendit ipse
cum eis ad inferiora cōuersionis eorum: cepitq; mane
re in ijs quæ illorum erāt. & erat eis pia dispēsatiōe sub
iectus: donec proficiente humilitatis magisterio: quātū
oībus creaturis esset præferendus agnosceret. Quid pro
his nra agat superbia obsecro paucis attēdamus. Certe
quū ea quæ nō æternaliter nouimus: sed inuante dño ex
tēpore didicim⁹ archana scripturarū: simplices quos
q; fratres loquētibus nobis intelligere nō posse sentim⁹
Statim stollī cōfuescimus: eisq; despectis de nostra nos
quasi singulari ac per plurima eruditōe iactamus qua
si nō sint per plures etiam nobis multo doctiores. & qui
a doctioribus nolum⁹ despici: ipi indoctiores nobis des
picere. immo etiam irridere gaudemus. Neq; reminisci
curamus quia nō eis: qui uel mysteria fidei. uel sui præ
cepta conditoris tantū meditando percipiunt: sed ijs po
tius qui ea quæ discere potuerunt: operando exercent: re
gni aditus patet. Insuper etiam scienti bonum facere &
nō faciēti peccatum est illi. Et sicut dñs ipse testat omni:
cui multum est datum. multum quæret ab eo. Ne nos
ergo sciētia inflet: sed charitas poti⁹ edificet: sequamur
exemplū apparētis in homine filiī dei. qui eis: quos se ad
sublimia discenda sequi necdum ualere cōspexit: seipm
benigna humilitate subiecit: cuius exemplo imbutos
eorū animos cælesti gratia dignos cælestis archani red
deret esse capaces. Et mater inquit eius conseruabat oīa
uerba conferens in corde suo. Oīa quæ de dño uel a dño
dicta siue acta cognouerat mater uirgo: diligentius in

corde retinebat. sollicitē cuncta memoriā cō ēdabat
ut quū demū tēpus prādicandæ siue scribendæ incar-
natiōis eius aduenīret: sufficiēter uniuersa prout essent
gesta posset explicare quærētib⁹. Imitemur & nos fra-
tres mei piā dñi matrem. Ipī quoq; omnia uerba & fa-
cta dñi ac saluatoris nostri fixa in corde cōseruādo. hōz
meditatione diurna & nocturna importunos inanium
nōcētūq; cogitationū repellamus incursum. harum cre-
bra collatiōe & nos & proximos nostros a fabulis super-
uacuis & male dulcoratis. detractionū colloquiis casti-
gare atq; ad diuinæ frequentiam laudis accendere cure-
mus. Si enī fratres charissimi ut participes futuri be-
atitudine sæculi habitare in domo domini: ac perpetuo
illum laudare desideramus: oportet nimirum & in hoc
sæculo quid in futuro quæramus: sollicitē præmōstre-
mus. frequentando uidelicet ecclesiæ limina. & non so-
lum in ea laudes domini canendo: sed & in omni loco do-
minationis eius ea: quæ ad laudem gloriāq; condito-
ris nostri proficiant: uerbis pariter & factis ostenden-
do. Et Iesus inquit proficiebat scientia. ætate & gratia *Actus.*
apud deum & homines. Naturam ueræ humanitatis
indicat: in qua proficere ad tempus uoluit: qui in diui-
nitate idem est. & anni eius non deficient. Iuxta homi-
nis quippe naturam proficiebat sapientia: Non qui-
dem ipse sapientior ex tempore existendo. qui a prima
conceptionis hora spīritu sapientiæ plenus perma-
nebat: sed eandem: qua plenus erat: sapientiam: cæteris
ex tempore paulatim demonstrando. Iuxta hominis
naturam proficiebat ætate. Quia de infāntia ad pue-

ritiam. de pueritia ad iuuentutē consueto hoībus cre-
 scendi ordine peruenit. Iuxta hoīs naturam proficiebat
 gratia: nō ipse per accessum tēporis accipiendo quod nō
 habebat: sed pandēdo donum gratiæ: quod habebat. Et
 bene quum dictum est quā ielus proficiebat sapientia.
 ætate & gratia adiunctum est apud deum & homines.
 quia quantum proficiente ætate hominibus sapientiæ
 & gratiæ: quæ sibi merat: dona pate faciebat: tantū eos
 ad laudem dei patris semper excitare curabat peragens
 ipse quod cæteris agendum præcepit. Luceat lux uestra
 coram hoībus: ut uideant opera uestra bona: & glorifi-
 cent patrem uestrū: qui in coelis est. Atq; ideo nō solum
 apud hoīes gratia & sapientiā proficere dicitur in quan-
 tum ipi eius sapientiā gratiāq; potuere cognoscere: sed
 etiam apud deum: in quantum ad eius laudem gloriam.
 sapientiā ac gratiā: quā in eo cognouere: retulerunt. cu-
 ius beneficiis & munerib; eternis sit laus gratiæ: actio
 in omnia secula seculorum amen.

¶ Hæc homeliā proxime precedens in quibusdam
 codicibus hoc habet principium.



¶ Pertinet nobis fratres charissimi sancti euan-
 gelii lectio recitata. neq; op^o est ut in ea quid
 exponēdo loquamur. Describit nāq; infantiā
 pueritiāq; nostri redēptoris: qua nostræ particeps hu-
 manitatis dignatus est fieri. cōmemorat eternitatem di-
 uinæ maiestatis: in qua patri mansit ac manet sēper æqua-
 lis: ut uidelicet incarnationis eius humilitate ad memo-
 riā reuocata & ipi contra omniū uulnera peccatorū me-

dicamentū uere humilitatis curemus exercere: pio sem-
per animo recolētes quantū nos pro diuino amore. quā-
tū pro nostra salute oporteat humiliari: qui terra sum⁹
& cinis: si tantū sūma illa potestas pro nobis humiliari
non respuit: ut ad suscipiēda nostræ fragilitatis infirma
descenderet. Item audita. credita & confessa diuinitate
saluatoris dñi: qua patri & spiritui sancto cōsubstantialis
semper & coeternus perseverat: sperem⁹ nos per huma-
nitatis eius sacramēta: quibus imbuti sumus: usq; ad cō-
templandā diuinitatis eiusdē gloriā posse perungere:
quā ipse contemplationē suis fidelibus seruīs fidei pieta-
te pollicetur dicens. Qui habet mādata mea & seruat ea
ille est qui diligit me. qui autē diligit me: diligitur a p̄e
meo. & ego diligā eū. & manifestabo ei meipm. Meipm
inquit manifestabo. idest nō qualem omnes conspiciere.
qualē etiā infideles uidere possunt: & crucifigere: sed
qualem in decore suo regem cœlorū solī uidere possūt
oculi mundi sanctorū: talem me ad rependendā uicem
dilectionis ijs qui me diligunt: ostendā. Igitur sperem⁹
ut nos diximus per humanitatis eius sacramēta ad uidē-
dā diuinitatis speciem posse conscēdere: si tñ eadem sa-
cramēta digno iustitiæ & sanctitatis & ueritatis hono-
re ut accepimus illibata seruamus. si humanæ cōuersati-
onis eius exempla si doctrinæ: quam per hominē nobis
ministrauit: humiliter dicta sequamur. Nam qui humi-
litis ei⁹ uestigia sequi dedignatur: qua temeritate spe-
rat se ad tuenda claritatis eius gaudia posse penetrare?
Quod ergo dñs per oēs annos cū parentibus in pascha
hierosolymā uenit &c. quæ supra posita sunt.

Joannis. xliij

¶ Dominica secunda.

¶ Ex euangelio Ioānis capite secundo.



In illo tēpore. Nuptiæ factæ sunt in Chana Galileæ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus autē est iesus & discipuli eius ad nuptias. & deficiente uīno dicit mater iesu ad eum. Vinum nō habent. Et dicit ei iesus. Quid mihi & tibi mulier? nōdū uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunq; dixerit uobis facite. Erant autē ibi lapideę hydrie sex positæ secundū purificationē iudeorū capientes singulæ metretas binas uł ternas. Dicit eis iesus: implete hydrias aque. Et impleuerunt eas usq; ad summū. Et dicit eis iesus. Haurite nunc: & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autē gustauit architriclinus aquam uinum factum: & nō sciebat unde esset: ministri autē sciebant: qui hauserāt aquā uocat spōsum architriclinus: & dicit ei. Omnis homo primū bonum uinum ponit. & quum inebriati fuerint tunc id quod deterius est: tu autē seruaisti bonum uinū usq; adhuc. Hoc fecit initium signorum iesus in Chana Galileæ. & manifestauit gloriā suā. & crediderunt in eum discipuli eius.

¶ Homelia uenerabilis Bedæ præsbyteri.



Quod dñs noster atq; saluator ad nuptias uocatus non solum uenire: sed etiam miraculū ibidē: quo conuiuas letificaret: facere dignatus est: exceptis cælestium sacramentorū figuris: etiam iuxta litteram fidem recte credentiū confirmat. Porro Taciani & Martiani cæterorūq; qui nuptiis detrahūt:

perfidia quam sit damnabilis insinuat. Si enim thoro immaculato & nuptiis debita castitate celebratis culpa in esset: nequaquam dominus ad has ueniret. & nequaquam eas signorum suorum initiis consecrare uoluisset. Nunc autem quia bona est castitas coniugalís. Melior continetia uidualis. Optima perfectio uirginalis: ad comprobandam omnium relationem graduum & discernendum meritum singulorum ex intemerato utero nasci dignatus est. A propheta Annae uiduae ore mox natus benedicitur. A nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatus & hos suae praesentia uirtutis honorat. Sed hoc est ad altiorē celestium letitiam figuratum. Facturus namque miraculum in terra dei filius uenit ad nuptias: ut ipsum se esse doceret: de quo sub typo solis psalmista praecinit. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit ut gigas ad currendam uiam. a summo caelo egressio eius. & occursum eius usque ad summum eius. Qui & ipse quodam loco de se suisque fidelibus ait. Nunquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum ipsis est sponsus? Venient autem dies quando auferetur ab eis sponsus. & tunc ieiunabunt. Quia nimirum incarnatio nostri saluatoris ex quo patribus cepit promitti: multis sanctorum est lachrymis & luctu semper expectata donec ueniret. Similiter ex quo post resurrectionem ascendit in caelum: omnis sanctorum spes ad eius pendet reditum. Solo autem quo cum hominibus conuersatus est tempore: flere ac lugere nequiverunt: quia iam secum etiam corporaliter eum: quem spiritualiter dilexerunt: habebant. Sponsus ergo Christus. Sponsa eius est ecclesia. Filii sponsi uel nuptiarum singuli quique fideles eius sunt. Tempus nuptiarum est tempus

ps. xviii.

Matth. ix.

illud quando per incarnatiōis eius myſteriū ſanctā ſibi
eccleſiā ſociauit. Nō igitur caſu: ſed cæleſti gratia my-
ſterii uenit ad nuptias in terra carnali more celebratas:
qui ad copulandā ſibi ſpirituāli amore eccleſiā de cœlo
deſcendit ad terrā. Cuius quidē thalamus incorruptæ
genitricis uterus fuit. in quo deus humanæ naturæ cō-
iunctus eſt. & ex quo ad ſociandā ſibi eccleſiā tanquam
ſponſus proceſſit. Primus nuptiarū locus iudea extitit:
in qua filius dei homo fieri: & eccleſiā ſui corporis parti-
cipatione conſecrare ſuiq; ſpūs pignore in fide cōfirmare
dignatus eſt. Sed uocatis ad fidem gētibus uſq; ad fi-
nem orbis terræ earundē nuptiæ: uotiuā gaudia perue-
nerūt. Neq; uacat a myſterio q; die tertiā poſt ea quæ ſu-
perior euangelii ſermo deſcripſerat: nuptiæ factæ refe-
rūtur. Sic tertio tēpore ſæculi dñs ad optādā ſibi eccle-
ſiam ueniſſe deſignat. Primū quippe ſæculi tēpus ante
legem patriarcharū exemplo. Secundū ſub lege prophe-
tarū ſcriptis. Tertiū ſub gratiā præconiis euangelīſtarū
quāſi tertiæ diei luce mundo refulſit: in quo dñs & ſalua-
tor noſter pro redēptione generis humani incarnat⁹ ap-
paruit. Sed & hoc q; in chana Galileæ. ideſt in zelo trāſ-
migrationis perpetratæ eēdem nuptiæ eſſe perhibētur
typice denūciat eos maxime xpī gratiā dignos exiſtere:
qui zelo feruere pię deuotiōis & emulari chariſmata ma-
iora: ac de uitiis ad uirtutes bona operando. de terrenis
ad eternorū gaudia ſperando & amando ſciunt tranſmi-
grare. Diſcubente autē dño ad nuptias uinū deſicit: ut ui-
no meliore per ipm mirabili ordine facto manifeſtaret
gloria latentis in hoīe dei. & credetiū in eum fides aucta

proficeret. Quod si mysterium quærimus: apparere in
 carne dño merāca illa legalis sensus suauitas paulatim
 ceperat ob carnalem phariseorū interpretationē a prisca
 sua uirtute deficere: quia mox ea quæ carnalia uidebant
 mandata ad spūalem conuertit doctrinā. cunctamq; lit-
 teræ legalis superficiem cælesti gratia uirtutis euange-
 licæ mutauit. quod est uinum fecisse de aqua. Sed pri-
 mū studeamus indagare quid sit q; deficiente uino quū
 diceret mater iesu ad eum. Vinum nō habent: respōdit. *Textus.*
 Quid mihi & tibi mulier? Nōdum uenit hora mea. Ne
 q; enim ut matrem suam inhonoraret hoc ait: qui nobis
 iubet honorare patrem & matrem: aut eam sibi matrem
 esse negaret: ex cui⁹ carne uirginea carnem suscipere nō
 despexit: etiam apostolo testante: qui ait. Qui factus est *Romano. f.*
 ei ex semine Dauid secundū carnem. Quomodo ex femi-
 ne est Dauid secundū carnem: si non ex corpore Mariæ
 secundū carnem: quæ ex semine Dauid descendit? Sed
 in eo q; miraculum factur⁹ ait. Quid mihi & tibi mu-
 lier significat se nō diuinitatis: qua miraculum erat pa-
 trandum: principium temporaliter accepisse de matre:
 sed per æternitatem habuisse de patre. Erant ergo lapi-
 deæ hydriæ sex positæ secundū purificationē iudeorum *Textus.*
 capiētes singulæ metretas binas uel ternas. Hydriæ uo-
 cantur uasa aquarum receptui parata. Græce nāq; aqua
 hydor dicitur. Aqua autē scripturæ sacre scientiam de-
 signat: quæ suos auditores & a peccatorū sorde ablueret:
 & diuinæ cognitionis solet fonte potare. Vasa sex: qui-
 bus continebatur: corda sunt deuota sanctorum: quorū
 perfectio. uitæ & fidei exemplum recte uiuendi ac cre-

dendi proposita est generi humano per sex sæculi laben-
tis ætates. idest usq; ad tempus dñice predicationis. Et be-
ne lapidea sunt uasa: quia fortia sunt præcordia iustorū
utpote illius fide & dilectione solidata lapidis: quē uidit
Daniel precissum de mōte sine manibus factūq; in mō-
tem magnū & implese omnē terram. Vnde & zachari-
as. In lapide uno septem oculi sunt. idest in xpo uniuersū
tas scientiæ spūalis inhabitat. Cuius & apostolus Petr⁹
meminit dicens. Ad quem accedētes lapidē uiuū & ipi
tanquā lapides uiui superedificamini. Bene secundū pu-
rificationē iudeorum tantū posite erant hydriæ: quia iu-
deorū tm̄ populo lex per Moysen data est. Nam gratia
& ueritas euangelii nō min⁹ gentibus q̄ iudeis per iesū
xpm̄ facta est. Capientes inquit singule metretas binas
uel ternas. quia scripturæ factæ auctores. ministri. pro-
phete modo de patre tm̄ loquuntur. & filio ut est illud.
Omnia in sapientia fecisti. Virtus enim & sapientia dei
xpus est. modo etiam spiritus sancti faciunt mentionem
Iuxta illud psalmographi. Verbo dñi cœli firmati sunt:
& spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Verbum dñi &
spūm totam: quæ unus est deus: intellige trinitatē. Sed
quantū inter aquā & uinū: tantū distat inter sensum illū
quo scripturæ ante aduentū saluatoris intelligebantur:
& eum quem ueniens ipse reuelauit apostolis: eorūq; di-
scipulis perpetuo sequendū reliquit. Et quidem potuit
dñs uacuas implere hydrias uino: qui in exordio mūda-
næ creatiōis cūcta creauit ex nihilo. sed maluit de aqua
facere uinū: quo typice doceret nō se ad soluēdū impro-
badūq;: sed ad implendū potius legem prophetasq; ue-

zacharia, iij.

i. petri, ij.

ps, c. lvi.

ps, xxxij.

nisse. neq; alia se per euangelicā grām facere & docere q̄
quæ legalis & pphetica scriptura eum facturū doctū-
rumq; signauit. Videamus ergo fratres sex hydrias scri-
pturarū aqua salutarī repletas. Videam⁹ eandē aquā in
suauissimū uīni odorem gustumq; cōuersam. In prima
ætate sæculi. Abel iustum frater inuidens occidit. & ob
hoc ip̄e perpetuā martyrii gloriā beatus: etiā in euāgeli-
cis & apostolicis litteris iustitiæ laudē accepit. Fratricida
impius eterne maledictiōis pœnas luit. Quicūq; hīs
auditis metuunt cum impiis damnari cupientes bene-
dici cum piis omniū odiorum & inuidie fomitem abiici-
unt. deo placere per sacrificiū iustitiæ. modestiæ. inno-
centiæ ac patientiæ curāt: uas plenum aqua in scriptura
inueniunt: unde salubriter abluti potatq; gaudeāt. Sed
si intellexerint Caym homicidam iudeorum esse perfidi-
am. occisionē Abel passionē esse domini saluatoris. ter-
ram quæ apperuit os suum: & suscepit eius sanguinē de
manu Caym: ecclesiam esse quæ effusum a iudeis christi
sanguinem in mysteriū suæ renouatiōis accepit: nimirū
aquam in uinum mutatam reperiunt: quia sacræ dicta
legis sacratius intelligūt. Secūda etate sæculi inchoante
deletus est aquis diluuii mūdus ob p̄ctōrū magnitudinē
sed sol⁹ Noe est p̄pter iustitiā cū domo liberat⁹ in arca.
Hui⁹ plage audita uastatiōe horribili: paucorūq; libera-
tiōe mirabili: quisq; emēdat⁹ uiuere ceperit: liberari de-
siderās: cū electis: timēs exterminari cū reprobis hydriā
p̄fecto: qua mundaret aqua uel reficeret accepit. Atue-
ro dum altius aspicere ceperit: & in arca ecclesiam. & in
Noe christū. & i aqua delēte peccatores aquam baptis-

mi quæ peccata diluit. IN NOMINIBVS uel in ani-
malibus quæ arca cõtinebat: multifariã baptizatorũ dif-
ferentiã, in colũba quæ post diluuiũ ramũ oliue intulit
in arcam: unctionẽ spũs sancti: qua baptizati imbuuntur
intellexerit: iam in ueteris historia facti suam ablutionẽ
sanctificationẽ. iustificationẽ pphetari contẽplatur: quæ
utiq; contẽplatio dulcior est omni ualerno. Tertiã æta-
te sæculi deus tentans obedientiã Abraę filium unicum
eius eum quẽ dilexit: in holocaustũ sibi offerri præcepit
Nõ differt Abraam facere quæ iubetur: sed pro filio im-
molatur aries. ipse tñ pro obedientiæ uirtute eximia per-
petue benedictiõis hereditate donatur. Ecce habes hydriã
tertiã. Audiẽs enĩ quanta uirtus obedientie quãta mer-
cede remuneretur: & ipse obedientiã discere atq; habere sa-
tagis. Quod si imolationẽ filii unici dilecti passionẽ ei⁹
intelligis: de quo dicit pater. Hic est filius meus dilect⁹
in quo mihi bene cõplacui. In qua quia diuinitate ipassi-
bilis permanet: sola humanitas mortem passa est. & do-
lorẽ attēderis: quo quasi filius offertur: sed aries macta-
tur. si intelligis benedictionẽ: quæ promissa est Abraę
in te & ceteris gẽtibus credẽtis munus esse cõpletũ: ni-
mirũ tibi de aqua uinũ fecit. quia spũalẽ sensum: cuius
noua fragrantia debriaris aperuit. Quartæ ætatis initiis
Dauid pro Saule regnũ israhelice gẽtis sortitur: humi-
lis. innocens & mitis. exul pro illo: cuius iniusta diu per-
secutione cruciabat. Ecce hydria quarta fõte salutari re-
pleta. Quisquis hæc audiens humanitati atq; innocẽtie
studere. & superbiã atq; inuidiã ceperit de suo corde re-
pellere: quasi haustũ aquæ limpidissime: quo reficiatur

inuenit. At si in Saule psequētes iudeos. in David xpm
& ecclesiā significari cognouerit: illoꝝ ob perfidiam &
carnale simul imperiū & spūale simul destructū: christi
aut & ecclesie regnum esse mansurū: poculū utiq; uini
de qua factum sentiet: quia se suamq; uitam & regnum
sed & se ipm regem ibi scriptum legere nouit. ubi quasi
de aliis ueterem legebat hīstoriā. Quinta etate seculi
populus peccans captiuitate Nabuchodonosor Babilo
niā transmigrauit: sed post septuaginta annos poenitēs
& correctus in patriam per iesum sacerdotē magnū re
ducitur. ubi domum dei: quę incensa est: & ciuitatē san
ctam: quę destructa est: reedificat. Hec audiens siue le
gens quisq; peccandī metum arripit. Ad poenitendī re
mediū confugit. Aqua hydrīe purificantis ablut⁹ est.
Si uero intelligere didicerit hierusalem & templū eccle
siam xpi: Babilonē confusionē peccatorū. Nabuchodo
nosor diabolum: Iesum sacerdotē magnū uerum eternū
q; pontificem esse iesum xpm: septuaginta annos bono
rum plenitudinē operum: quę per spiritus sancti dona
largiuntur: uidelicet propter decalogum & septiformē
eiusdem spūs gratiā: uideritq; hoc quotidie fieri: aliis ni
mirum a diabolo de ecclesia peccādo raptis. aliis grā spi
ritus sancti per christū resipiscendo ac poenitendo reco
ciliatis: uinum de aqua factum habet: quia ad se pertine
re quę scripta sunt intelligens: magno mox cōpunctio
nis ardore quasi musto incalescēs quicquid sibi peccati
captiuitatis inesse deprehenderit: per xpi grām liberari
deposcit. Sexta inchoāte seculi ætate dñs in carne appa
rēs octaua die natiuitatis iuxta legem circūcisus est. tri

gestimatertia post hæc delatus ad templū. & legalia sūt
pro eo munera oblata. Hæc intuentes ad litterā aperte
discimus quanta nobis diligentia sunt euangelicæ fidei
subeunda mysteria: quando ipse benedictionem græ affe-
rēs: qui legem litteræ dedit. ueterū primo ceremoniarū
ritu consecrari: qui cuncta diuinitus consecrat. & sic no-
ue gratiæ sacramēta suscipere simul & tradere curauit.
Ecce hydria sexta ad obeunda peccati contagia & potan-
da uitæ gaudia mūdiorē cæteris afferens undam. Ve-
rum si in octauī diē circūcisione baptisma: quod in my-
steriū dñice resurrectionis a peccatorū nos morte rede-
mit: intelligis: in inductione in templum & oblatiōe ho-
stie purificantis cognoscis fideles quosq; de baptisterio
ad altare sanctum ingredi: ad dñici corporis & sangui-
nis uictima singulari debere consecrari: uino quidem de
aqua factō & quidem meracissimo donatus es. Porro si
circūcisionis diē ad generalem humani generis resur-
rectionē quando mortalis propago cessabit: & mortali-
tas tota immortalitate mutabitur iterpretaris. & circūci-
sos includi in templū cū hostiis intellexeris: quādo post
resurrectionē uniuersali expleto iudicio sancti incorru-
ptibiles iā facti ad contēplandū perpetuo speciem diui-
ne maiestatis cum bonorū operū muneribus intrabūt:
mirandū pfecto uinū de aqua fieri uidebis: cuius condi-
tori recte ptestearis. & dicas. Et poculū tuū inebrians q̄
præclarū est. Ergo dñs uinū in gaudia nuptiarū non de
nihilō facere uoluit: sed hydrias sex repleri aqua p̄cipiēs
hāc mirabile cōuertit in uinū: q̄a sex mūdī etates sapien-
tie salutaris largitate donauit. quā tñ ipse ueniēs sublimi

oris sensus uirtute fecūdauit. Nā quæ carnales carnali-
ter tm̄ sapiebāt: ip̄e spūaliter sentiēda reserauit. Vultis
audire fratres qualiter de aqua fecerit uinum? Apparuit
post resurrectionē suā duob⁹ discipulis ambulātib⁹ in
uia: ibatq; cum illis: & incipiēs a moyse & oīb⁹ pphetis
interpretabāt in oībus scripturis quæ de ip̄o erāt. Vul-
tis itē audire quō eodē uino sunt inebriati? Postmodū
cognoscētes quis esset: quī eis uerbū uitæ pp̄inabat: di-
cebāt adinuicē. Nōne cor n̄m ardēs erat in nobis: quū
loqueret in uia: & aperiret nobis scripturas? Dicit ergo
ministris implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas usq;
ad summū. Quid per ministros: quī hac iubētur face-
re: nisi xp̄i signātur discipuli? Qui impleuerunt hydrias
aqua: nō quidē ip̄i præteritas mundi ætates legalib⁹ ac
pp̄heticis iplēdo scriptis: sed ip̄as intelligēdo prudēter
& aperiēdo fideliter: quia scriptura que a pphetis minis-
trata est: & salubris est ad hauustum sapiētiae cælestis: &
ad operum castigationē utilis. Impleuerunt eas usq; ad
sūmū: quia recte intellexerūt nullum fuisse tēpus sæcu-
li a sanctis alienum doctoribus: quī siue uerbis. siue exē-
plis. siue etiam scriptis uiam uitæ mortalib⁹ pāderent.
Et dicit eis. Haurite nunc: & ferte architriclino. Et tule-
runt. Architriclinus aliquis legisperitus illius t̄pis est.
Fortasse Nicodemus. uel Gamaliel. uel discipulus tunc
eius Saulus: nunc autē magister totius ecclesiæ Paulus
apostolus. Et quū talibus uerbum euāgelii creditur: qđ
in littera legis & prophetiæ latebat occultum: uinū uti-
q; architriclino de aqua factum propinat. Vnde cōueni-
enter phibetur q; architriclinus uocato sponso dixerit.

Luce, xxiij

Textus.

Textus.

Tertus.

Omnis homo primū bonum uinū ponit. & quū inebriati fuerint: tūc id quod deterius est. tu autē seruasti uinū bonū usq; adhuc. Quia doctorū est cognoscere distantia legis & euāgelii ueritatis & umbrę: cūctisq; ueterib⁹ institutis. cunctis terreni regni pmissis nouā euāgelicę fidei grām perpetuę patrię cęlestis dona pferre. Hoc

Tertus.

fecit initium signorū iesus in Chana Galileę. & manifestauit gloriā suam. Manifestauit hoc signo q̄a ip̄e esset rex glorię. & ideo sponsus ecclesię: qui ut homo cōmunis ueniret ad nuptias. sed quasi dñs cęli & terrę elemēta prout uoluisset cōuerteret. Pulchra autē rerum cōuenientia: qui initio signorū: quę mortalis adhuc mortalibus erat ostēsurus aquam cōuertit in uinum. ip̄o utiq; initio signorum: quę immortalis iam per resurrectionem effectus immortalis uitę studia sola sectantibus ostenderet: carnalem prius & quasi insipidam mentem eorū sapore scientię cęlestis imbuir. Nam & primo cōsistēs in terra sui sp̄itus munere aperuit illis sensum ut inteligerēt scripturis. & postmodū misso eodem sp̄itu de cęlis maiorem superni amoris simul & sapientię sp̄italis fragrantia eorum cordibus infudit. Data insuper oīum cognitione linguarū: quibus uniuerso orbi eā quā perceperāt uitę grām ppinare sufficerēt. Has ergo xp̄i & ecclesię nuptias fratres charissimī: quę & tunc una in ciuitate figurabātur. & nunc uniuerso celebrātur in orbe terrarū: diligam⁹ rotā mēte. harū gaudiis cęlestib⁹ indefessa bonorū operū intētione iūgamur has qdē perfidē uocati iūtem⁹. & mūdo dilectiōis habitu celebrare curem⁹. nēq; actionis simul & cogitatiōes maculas atē

diem extremi discriminis ipsi sollicitius examinando diluamus: ne forte tunc ingrediens rex: qui has filio suo nuptias fecit: si uiderit nos nuptiale charitatis ueste non habere eiiciat nos. & ligatis a bene agendi facultate pedibus nostris ac manibus exteriores mittat in tenebras. Mundemus fide fortia cordium nostrorum uascula secundum purificationem preceptorum celestium. Impleamus hac aqua scientiae salutaris: sacrae lectioni crebrius attendendo. Rogemus deum ut ipsam quam nobis scientiae gratiam contulit: ne forte instet charitatis suae feruore calefaciat: & ad superna quaerenda sola hac sapientia conuertat: quatenus spiritaliter inebriati possimus & ipsi cum propheta cantare. Potasti nos uino compunctionis. Sicque fit ut nobis quoque bene proficietibus & nunc ex parte prout capere sufficimus. & in futuro perfecte iesus manifestet gloriam suam. in qua uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum amen.

¶ Dominica tertia.

¶ Ex euangelio Matthei octauo capite.

In illo tempore. Quando descendisset iesus de monte secutae sunt eum turbae multae. Et ecce leprosus ueniens rogabat eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et extendens iesus manum tetigit eum dicens. Volo mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi iesus. Vide. nemini dixeris: sed uade. ostende te sacerdoti & offer munus tuum: quod praecepit Moyses in testimonium illis. Quando autem introisset dominus iesus Capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum & dicens.

Dñe puer meus iacet in domo paralyticus: & male torquetur. Et ait illi iesus. Ego ueniam & curabo eum. Et respondens Centurio ait. Dñe nō sum dign⁹ ut intres sub tectum meū: sed tm̄ dic uerbo: & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitut⁹ habēs sub me milites. Et dico huic uade: & uadit. & alio uenit: & uenit. & seruo meo fac hoc: & facit. Audiens autē iesus miratus est: & sequentibus se dixit. Amē dico uobis nō inueni tantam fidem in israhel. Dico autē uobis q̄ multi ab oriente & occidente uenient: & recumbēt cū Abraham & Isaac & Iacob in regno ccelorū. Filii autē huius regni eiciēti in tenebras exteriores. Ibi erit flet⁹ & stridor dētiū. Et dixit iesus centurioni. Vade. & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

¶ Homelia Origenis.

Nocente in monte dñs discipuli uenerunt ad eum sicut alacres. sicut domestici. sicut proximi. sicut amici. uel fratres. Ideo ait dñs ad eos. Vos estis sal terre. & uos estis lux mundi. Nunc uero descendente eo de mōte turbæ secutæ sunt eum: quæ in montem ascendere nō potuerunt ut pigri populi. ut negligentes. ut imperfecti. Ita & filii israhel primitus in montem Sinai ascendere nō ualuerunt. ad obuiandum deo pergere nō potuerunt propter suam irreligiositatē & impietatē. sed solus moyses ascendit & pauci seniorū filiorum israhel. Ita & cum dñs discipuli soli in mōtem ascenderunt & tardiores deorsum steterunt. Sic & modo uigilantes & alacres & fideles animæ domini timen-

tes & dominū diligentes. regna cælestia desiderātes do-
minū semper sequentes post dñm in illum cælestē mon-
tem ascenderunt audientes apostolum dicentem. Quæ
sursum sunt sapite: ubi christus est in dextera dei sedēs.
Descendente nunc domino. hoc est inclinante se ad infir-
mitatem & impotentiā cæterorum misertus imperfe-
ctioni eorum uel infirmitati secutæ sunt eū turbæ mul-
tæ. Aliquantū propter charitatem. Aliquātī propter do-
ctrinam. Aliquantū propter admirationem & curationē
Et Ecce homo leprosus unus ex illis: qui curari quære-
bant. qui leuamen desiderabant. Et ecce leprosus ueni-
ens adorabat eum dicens. Domine si uis: potes me mun-
dare. Deorsum currens rogas o homo. & in monte ni-
hil dicis. Quare sic? Quia tempus & tempora omni rei
sub cælo. Tempus doctrinæ & tempus curationis. In
mōte docuit. illuminauit. monuit. animas curauit. cor-
da sanauit. Propterea ergo ego illa maiora tentare nolui.
illa summa tardare passus sum. Ip̄is ergo ab illo comple-
tis deorsum eo de monte ad curandum descēdente sicut
de cælo. sicuti de cælestibus montibus ad sanādos car-
nales descendente. Venit ergo ad eum homo leprosus
adorans eum. Anteq̃ peteret: adorare cepit. Anteq̃ ro-
garet: culturam ostendit. Adorauit autem pro hoc ip̄o
dominum. & deum inuocans adorabat eum. Sic & il-
li beati magi prius adorauerunt eum: & ita demum mu-
nera obtulerunt. Eodem modo & nunc iste cadens ado-
rabat & sic supplicem obtulit postulationem. Domine
deus tu qui digne adoraris. qui merito coleris: te ego ut
dominum adoro. Ideoq; & dominum dico opera prius

Colossēsis, iij.

Textus.

contestans & sic uerba loquēs . Per te enim omnia facta
sunt. tu ergo dñe si uis: potes me mundare. Voluisti er-
go dñe ut hæc imundissima lepra superueniret. siue pro-
pter mea peccata ut correptus pœnituissem. siue ppter
tuā prudētiā ut miserabiliter me mundās magnificeris
Omnia dispēsanter & prudēter facis. & salutem largiter
tribuis. Siue hæc ergo lepram propter mea peccata por-
taui: dimittens culpas meas mūda me. siue propter pro-
uidētiā tuam mirabiliter me mūda: ut ab oībus ma-
gnificeris. Dñe si uis: potes me mundare. Voluntas tua
opus est: quia & opa uoluntati tuæ obediūt. Ideo si uis:
potes me mundare. Nō dubito. nō fallor. nō dico: sicut
ille qui filii salutē deprecabatur. Si quid potes: adiuua
nos. sed scio quia omnia potes. ideo nō potentiā peto. nō
fortitudinē quæro: has enim scio indeficiētes: sed tantū
uoluntatē tuam deprecor. & sequens uirtus statim hæc
gratiā adimplebit. Dñe si uis: potes me mundare. Mihi ad
beneficiū. tibi ad laudem. uidētibus aut ad miraculū &
proficiendi doctrinā. Dñe si uis: potes me mundare. Tu
prius Naaman ait principē Syriæ per Heliseum in Ior-
dane tingens a lepra mundaſti. tu & modo si uis: potes
me mundare. Cui respōdens dñs ait. Confiteris quia ego
possum? Profiteris quia si ego uolo fit. Ideo uolo mun-
dare. Voluntatē precaris. potentiā confiteris. Volo mū-
dare. Magnifice credis. magnifice & mūdaris. Plenissi-
me confiteris. plenissime lētificaris. Volo mūdare. Nō
dubitaſti credere. nō tardo sanare. Nō distulisti cōfessio-
nē. non differam te mundare. Volo mundare. Vt & ma-
gnam gratiam tibi ostendā manū ad te porrigo. Exten-

dens manum itaq; iēsus tetigit eum dicens. Volo mundare. Et quare tetigit eum dñs: quū lex prohibuisset leprosum tangere: Propter hoc enī tetigit: ut ostenderet quia oīa munda mundis. quia aliorū aliis nō adherēt inquinamēta. quia extranea imūditia imaculatōs nō coinquinat. Sed adhuc ppter quid tetigit: Vt humilitatem demonstraret. ut nos doceret nullum spernere. nullū horrere. nullū contēptibilē ducere ppter corporis lesionē. aut maculationē. quæ a deo mittitur. pro qua ipse scit ratione. Extendit ergo manum iēsus & tetigit eum. Medicus ait sum cælestis. corpora cum aīabus curare possū. ppterea omnes tango: nō ut infirmitas mīhī adhereat: sed ideo ut ab ijs quieam habent: expellam. Sol sum ait incorruptibilis & luna iustitiæ. Ideoq; ad oēs appropinquo. & omnes meis splēdoribus ad salutem irradio. Ipse uero sicut fui permaneo in singulari meę sãctitatis pulchritudine. Extēdēs manū tetigit eum. Nō sperno legē sed curo uulnus. Nō destruo mādātū: sed fugo atq; mūdo leprā. Ideoq; quū extēdo manū: mox effugit hæc cōtaminatio. Meæ uirtutī proximare. uel resistere meę potentię nō poterit. Dico mundare. & manum ad tangendum extendens effugo illico lepram. & inuenta est manus dñi nō lepram: sed mundum tetigisse corpus. Consideremus & nunc dilectissimi ut nullus peccati leprā in sua habeat anima. ut nullus contaminationē delictorum in suo retineat corde. & si habeat: instāter dominū orans dicat ad eum. Domine si uīs: potes me mundare. Tu illum prius multa delicta cōmittentē mūdasti. Manassen. Tu innumerabilibus aliis a sæculo peccantibus

miseratus es. Tu ergo si uis potes me mundare. Et dñs
mox misericordiæ porrigens manū dicit. Volo munda
re. At iesus ait illi mundato a lepra. huic: cui miseratus ē.
huic credenti dño: qui confisus est in uirtute eius. huic
ergo dixit iesus. Credidisti. Sanus es. Speraſti. mundus
effectus es. Noli obliuisci qualis fueris. & qualis factus
sis. Nō cesses gratias agere. Nō taceas confiteri. Hoc &
nos debemus facere charissimi quando a dño de aliquo
periculo liberamur. quando ab aliquo dolore sanamur.
siue infirmitatis. siue uulneris. siue de qualibet necessi
tate. nō efficiamur ingrati. nō relinquamus liberatorem
nrm. Sed alacriter grarum actiones ei reddam⁹ scilicet
munera sancta substantiā nrām ad honorificandū eum
exhibeamus. Hoc enim & illi mādauit dñs. Vade ait ad
sacerdotē. & offer munus tuum. Dixit ergo ei iesus. Va
de. nemini dixeris. Et quare o dulcissime dñe nunc dicis
Nemini dixeris? Propter meā ait humilitatē. ppter me
am dulcedinē: ut & uos doceamini quādo aliqd boni fa
citis: non gloriari. nō extollī. nō inaniter placere uelle in
cōspectu hominum. sicut cōsuetudo est aliquātis. siue
quū aliquid boni fecerint. siue quū ieiunauerint. siue in
pauperū elemosynis & largitatib⁹. siue in altaris honore
siue in sanctorū honorificētia. Etenī ipī ante homīes uo
lunt gloriari & sibi placere ante dñm mercedē perdētes
Vide nemini dixeris. Te enī tacente hoc mirabiliter cla
mabit. Te enī os nō aperiēte omnis tui corpis substantiā
iubilabit. Hesternā die imūdus. & hodie mūd⁹: ante pu
illus. horribilis. & nunc decorus. Vide ergo nemini di
xeris. sed uade. ostende te sacerdoti. AMBVLANTE

te ad templū uidentes mirabūtur. & sacerdos uidens ex-
pauescet: quoniā secundū legem ab eo ablutus; & osten-
dens ipse mundari nō potuisti. Vade ergo ostēde te sacer-
doti; & uidens cognoscat: quia nō per legis cōsuetudinē
mundatus es: sed per gratiæ operationē nō per terreno-
rum sacerdotū imaginem; sed per caelestem sūmi sacer-
dotis splendorē. Vade ostende te sacerdoti. Sacerdoti te
ostende a sūmo sacerdote dei patris mūdatus. sed nō ui-
dearis in cōspectu dñi inanis. Nō uidearis sacerdoti ma-
nu uacua ad eum uenire. nō uenies in conspectu sancti
templi infructuosus; sed offeres mun⁹ tuum. Ad illum
enim tunc hoc dictum nos amonet oēs. Ad illū loquēs
nobis oībus dicit ut & nos dona & munera nra nō tenea-
mus apud nos; sed reddam⁹ deo. maxime quū de aliqua
liberamur tribulatiōe. Offeres inqt mun⁹ tuū. Quare? Textus.
ut oēs qui uidēt te portare & offerre: credant his mira-
bilibus & magnificēt deū: qui misertus est tui. & infide-
libus per hoc increpatio & testimonium duritiæ cordis
iporū fiet. Sic & illū triginta & octo annis iacentē in in-
firmitate erigēs a languore iussit portare grabatū & ire
in domū suā: ut hūc ipm lectū portatū ab eo p mediā ci-
uitatē clamasset saluantē se iuocādo & laudādo. Sic & il-
lū cecū in natatoriā Syloe misit: ut uidētes ābulare illuc
cundē cecū & iterū remanentē mirati & obstupescētes
crederent huic talia miracula facienti. Post hac quæ su-
perius dicta sūt: quū introisset Capharnaū ciuitatē Gali-
leg. Sic cognominata ē capharnaū: in qua dñs sepi⁹ uirtu-
tis suæ magnificētiā mōstrauit. Ingridiēte eo capharna-
um. Cur ibi ingress⁹ ē? Propt̃ hoc qđ & iuenit: & statim

Tertius.

manifestum est. Accessit ad eum centurio. Accessit uere
nō dimidiū: sed totus. nō aspectu corpīs tm̃: sed & aīa
plenitudine. nō facie tm̃: sed & imaculato corde. Acces-
sit centurio alienus generatione: sed domesticus corde.
Alienus natione: sed alacer fide. militū princeps: sed pl⁹
angelorū gaudiū. Accessit ad eum centurio. Increpatio
illorū: qui quondā ad Heliam in Carmelo ascēdētes quī
quagenarii mox in infidelitate sua igne cōbusti sūt: & iste
in fide mox in sinu deputatus est Abraę. Accessit ad eū
centurio rogās eum & dicēs. Dñe puer meus iacet i do-
mo paralyticus: & male torquet. Multi in illo tpe pro di-
uersis rogabāt infirmitatibus. Alius pro filio. Ali⁹ pro
aliquo alio. Sed nullus pro seruo: nisi iste solus. & hoc ei
in augmentū beatitudinis ad coronā gloriæ erat. Quid
enim cogitabat iste beatus? Quid estimabat in oīb⁹ bo-
nis plenus cēturio? Iste aiebat mihi seruus est. & ego ser-
uus creatoris sum. Iste me habet super terram dñm &
hūc ego magnum in celis habeo dñm. Si ergo ei nō mi-
sereor: quomō mihi ille miserebit? Si ego huic nō sub-
uenio: quomō mihi ille subueniet? Sic debent oēs qui
famulos habent & famulas cogitare. sic misereri. sic cō-
dolere eis. sic supplicare. sic curam habere de seruis suis.
uel de ancillis suis: sicut & ille beatus centurio. Puer me-
us inquit iacet in domo. nō in una re tm̃ miserabilis q³ ia-
cet: sed in alia q³ paralytic⁹: tertia q³ male torquetur. Oīa
enim ista dolore cōgeminauit. & iacentem. & paralyticū
& dure detentum. Ideo ut suæ animæ angustias demon-
straret: & dñm cōmouisset: quatenus & illius cruciatū
demonstraret: & dominī beniuolētiā inuicaret. Puer

Tertius

meus iacet in domo. Et huc quare nō attulisti eum: sicut illi illū paraliticū in lecto portauerūt. Ideo ait: quia non opus est ostendere illi omnia uidentī. Nō opus est in cōspectu eius afferi: cuius potentia nō terminatur. nec includitur. neq; excludit̃. Iacet in domo paraliticus & male torquetur. Quid ergo uis? Quid cupis? Quid desideras? Nō multum loquor ait. scio enī quia ad oīa cognoscētē loquor. Nō uerbo for. scio enī quia ad oīa prae sciētē respōdeo. Ideoq; iste cognoscens corda respondens dicit. Ego ueniam & curabo eum. Ego ad Abraam ueniens senilē Sarraē uterū sanauī: in senectute eis Isaac filiū donās. ego & nunc ueniens ad te curabo eum. Et quō dñe promittis aduentū tuū huic? Neq; petit: neq; quaerit: sciens q; nō acceptabile sit ei: ut uenias in domū eius propter quid oīno hoc profers? Ob hoc: ut & uos praeualeatis. & eius fidei similetis. uel cognoscatis quis sit iste. uel qualis in eo fidei thesaurus habetur occult⁹. Iā enim & primitus Abraam tentauī: nō pro hoc ut cognoscerem quem ante sciebam: sed ut uos ei similes ī omni tētatione & fortissimi inueniamini. Et Iob probauī. Nō propter hoc probauī: quem iuste testificatus sum: sed ut uobis spem & fiduciā. uel confidentiā demonstrarem. Ideo & huic dico. Ego ueniam & curabo eum: ut & ip̃e magnam suam fidem proferens dicat. Domine tenuisti me de hoc promisso. conturbasti me de hoc dicto interfecisti fortitudinem animę meę in hoc uerbo. Nō sum dignus aspectu. Nō sum dignus appropinquatiōe. Nō sum dignus accessu. uel introitu tuo. Domine non

Tertus.

Tertus

sum dignus ut itres sub tectum meum. Moy ses primi

tus ille magnus & tuus cōfabulator. ille mirabilis nar-
rator operū tuorū. ille fidelis in tota domo tua nimum
se humiliavit dicēs. Nō sum dign⁹ ante hesternū & ter-
tium diem. Quanto magis ego dicam. Dñe nō sum di-
gnus ut sub tectum meū intres. Alienigena sum. gen-
tilis sum. miles sum. gladio accinctus. sanguinē fundēs
ad prelium exiens. ideoq; nō sum dign⁹ ut intres sub te-
ctum meum: sed tm̄ dic uerbo. Sed tm̄ ueni uerbo. Ver-
bum tuum aspectus tuus est. Verbū tuum opus cōsu-
matū est. Ideoq; dic uerbo. ostende absens corpore: qđ
præsens spiritu consumare potens es. Vbiq; indeficiēs
tua præsētia. ubiq; præsens tuus aspect⁹. Idcirco ego
accessu & introitu tuo indign⁹ sū. & iste infirm⁹ uerbi
tui uisitatiōe indiget. Et ideo dic uerbo: & sanabit puer
meus. Sed & hoc nullū nīm pertranseat sicut pusillum
aliquid quod dixit ille beatus. Nō sum dignus ut sub te-
ctum meū intres. Intrat & nunc dñs sub tectum credē-
tium duplici figura. uel more. Nunc enim quando san-
cti & religiosi & deo acceptabiles ecclesiarum antistites
sub tectum tuum intrant: tunc ibidē dñs per eos ingre-
ditur. & tu sic estimes. tanquā dñm fuscipias. Et aliud
Quādo sanctū sumis cibum. qñō illud incorruptū acci-
pis epulum: quādo uitæ pane & poculo frueris: quādo
manducas & bibis carnem & sanguinē dñi: tūc dñs sub
tectum tuū ingreditur. Et tu ergo humiliās temetipm
imitare hūcceturionē & dicito. Dñe nō sum dign⁹ ut i-
tres sub tectū meū. Vbi enī indigne igredit⁹: ibi ad iudi-
ciū ingredit⁹ illi accipiētī. Sed adhuc qđ adiecit ille bea-
tus in sequētib⁹: Nā & ego hō sum sub ptāte cōstitut⁹.

& habeo sub me milites. & dico huic uade. & uadit. & alio ueni. & uenit. & seruo meo fac hoc. & facit. O prudentia. o intellectus animæ. o munditia cordis. Prior omnium manifeste ueritatis confessionem reuelauit. & noui testamenti mysterium declarauit. & ecclesiæ in sese monstrauit imaginem. primitiæque ex gentibus domino credentium factus est. Ego ait homo sum sub potestate regis. uel principis indignus. ego habeo sub potestate mea milites & seruos. & tu habes sub potestate tua angelos sicut milites. & omnes sanctos seruos. ego mando unicuique. & facit secundum preceptum meum. & tu mandas. quod & statim complet. Quod enim mandas & dicis fit. Mandas & sine mora perficitur. Omnis enim creatura seruit tibi. & ideo dic uerbo. & perficitur uelociter. & sanabitur puer meus. O fides uiri. o religiositas militis. Quam te magnificemur o dulcissime amice ueritatis. Te admiratur dominus. & tuam indeficientem magnificat fidem. Quomodo de tenebris gentium tantum lumen processit. Quomodo de errore eorum deum non cognoscentium tanta manifesta iustitia. Quomodo ex ore stultorum idolis seruientium tam limpida effulsit fides. Audiens ergo dominus admirabatur eum. Ecquid deus unigenitus miratur. quantum sit & quale & quatenus enarrabile & inestimabile. Percipe sensu charissime quia deo nihil est mirabile. nec aurum. nec diuitie. nec regna nec principatus. Ista omnia sunt in conspectu eius tanquam umbra. & sicut nihil. sicut flos decidens. Nihil ergo in conspectu dei mirabile est. nihil magnum. nihil preciosum. nisi tantum una fides. Hanc miratur. hanc honorificat. hanc acceptabilem sibi estimat. Ideoque conuertens se ad sequentes turbas dixit. Amen dico uobis. hoc est uere dico uobis non iue.

Textus

nī tantam fidem in israel. Nō in illo priore Israel beato
Iacob tantā abnegat se dñs fidem inuenisse; ille enī non
tantū credidit dñm; sed & prophetauit de eo. & aperti-
us eius iustitiam demonstrauit. & manifestū in carne ad-
uentum eius prolocutus est. Nisi enī credidisset ei; quo
modo de eodem prophetasset? Sic & ij qui de israel pro-
cesserūt. Israel etenim & ipī nominati sunt prophetae &
iusti. Dauid. Esaias. & Hieremias. Hi oēs clare & mani-
feste ei⁹ aduentū prānūciauerūt. Oēs nāq; hi habuerūt
fidem. habebant etiā & prophetiā. Et iste beatus centu-
rio fidem habuit; sed prophetiā nō habuit. ideoq; dñs ad-
mirans magnificat fidem eius super illum; qui tunc fuit
Israel. hoc est super omnes qui tunc fuerunt trib⁹ israel
& nō super eos; qui postea prophete & iusti inuenti sūt
in israel. Amen dico uobis. nec in israel tantā fidē inueni
sicut in gentibus. sicut in barbaris. sicut in alienigenis.
Gentes filium dei inuocant. oīpōtē. unigenitum cō-
fitentur. dñm asserunt. & sicut dñm diligūt. & sicut be-
ne omnia dispensantē adorant. & israel me nō cognouit.
& populus meus hic me nō intellexit. ideoq; Beelzebub
& Samaritanū appellāt & peccatorē estimāt. Iairus isra-
el princeps pro filia sua me petēs nō dixit dic uerbo; sed
ueni ait uelociter anteq̃ moriatur; filia mea. Nicodemus
doct⁹ israel de fidei sacramento audiens ait. Quomodo
potest hoc fieri? Maria & Martha me nimīū diligentes
dicunt. Dñe si fuisses hic; nō esset mortuus frater meus
tanquā dubitantes q; ubiq; nō uelox scit adesse mea po-
tentia. Ideoq; non inueni tantam fidem in israel; sicut in
isto alienigena. Dico autē uobis q; multi ab oriēte & oc-

Joannis. iij.

Joannis. xi.

Textus.

cidente uenient. & recumbēt cum Abraam. Isaac & Iacob in regno cœlorum. Dico uobis. testor uobis. annūcio uobis: prædico uobis q̄ multi uenient: de quibus iā propheta locutus est dicēs. Et uenient gentes multæ & dicent. Venite ascendamus in montē dñi. & in domum dei Iacob īgrediamur. & ostēdat nobis uias suas. & ambulemus in eis. Multi uenient: de quibus ait dñs. Et alias oues habeo: quæ nō sunt de hoc ouili: & illas adducā & erit unus grex et unus pastor. Multi uenient: de quibus dictum est. Ut et filii dei: qui dispersi sunt: congregētur in unum. Isti ergo omnes uenient. Vnde ueniet? Ab oriente et occidente. hoc est ex omni gente quæ sub cœlo est ab oriēte usq; ad occidentē. Sicut enim per omnes gentes debet hoc euangelium prædicari: sic ex omnibus gentibus uenturi sunt ad regnum cœlorū. Vel adhuc ab oriente ij qui statim illuminati trāseunt. et ab occidente ij qui passiones et persecutiōes usq; ad mortē tolerarunt pro fide. Multi ergo uenient. Et quomodo alibi dicis o dulcissime dñe multi uocati: pauci uero electi? Multi ait uocati. Omnes enī trib⁹ hominū ab initio sæculi uocati sunt. et pauci electi. Simul uero ueniētes et simul cōgregati in tpe uisitatiōis multi inueniētur nūmūmq; innumerabiles. Multi enī ueniēt ab oriēte & occidēte: et recūbēt nō carnaliter iacētes: sed spūaliter requiescētes. nō tēporaliter potātes: sed eterne epulantes. Recumbēt in regno dei. ubi lux est et spes. ubi letitia et exultatio. Vbi est gloria et benedictio. ubi lux oculorū. & longeuitas uitæ æternæ. ubi oēs iucūdātur. ubi oēs gaudent: ubi p̄s illi beati recūbunt. ubi oēs prophete requi-

Joānis. 3.

escunt. ubi apostoli & euangeliste super gloriosos sedent
thronos. ubi multitudo martyrum in aeterna gloria glori
atur. ubi copiositas uirginum in saecula exultat portas co
ronam immaculatam uirginitatis. O dulcissimi fratres unani
mis conuenticio. hilaris congregatio. fulgens coniunctio ista est
a saeculo bene praedicata & annuntiata. ista est exultatio.
ista est ab initio narrata requies. In istam festinauerunt
omnes dominum diligentes. ad istam colliguntur omnes ex gentibus domino
credentes. religiositate seruantes. In eam & nos omnes perga
mus o religiosi filii dei. ad istam omni uirtute nostra festi
nemus. Nihil nos reuocet. nihil nos retardet. nihil nos
impediat ad hoc desiderabile properare conuiuium. Oem
negligentiam a nobis pellamus. oemque desidia ab animo
& corpis impedimenta a nobis proiciamus ut huius be
atitudinis & requiei domestici efficiamur: quatenus sancte
huius ut dictum est epulationis digni inueniamur. Va
de. sicut credidisti: fiat tibi. Sic fiet uere unicuique homi
ni: sicut crediderit. secundum mensuram fidei metietur ei &
ista a domino gratia. Ideoque dixit ad illum dominus. Sicut credidisti
fiat tibi. Credidisti quia oia possum. Credidisti quia ego
sum dominus oium. sicut credidisti: ita & fiat tibi. Credamus
& nos fratres charissimi iesum christum deum ac dominum nostrum
oia posse. ubique praesentem esse. remissionem nobis cunctorum
peccatorum eius indulgentiam (si tantum eius praecepta serue
mus) largiri: ut & unusquisque nostrum cum centurio
ne isto audire mereatur. Vade: & sicut credidisti: fiat ti
bi. Adiuuante ipso domino nostro iesu christo: qui cum deo
patre in unitate spiritus sancti uiuit & regnat in saecu
la saeculorum amen.

¶ Dominica quarta.

¶ Ex euangelio Matthei capite octauo.

IN illo tpe. Ascendēte iesu in nauiculā secuti sunt eum discipuli ei⁹. Et ecce motus magn⁹ factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserūt ad eū discipuli eius: & suscitauerunt eum dicentes. Dñe salua nos. perimus. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis pusillæ fidei? Tunc surgens imperauit uentis & mari. & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic: quia uenti & mari obediunt ei?

¶ Homelia Origenis de eadem lectione.

INgrediente domino in nauiculam secuti sūt eum discipuli eius. & non imbecilles: sed firmi & stabiles in fide. mansueti & pii. spernētes mundum. non duplici corde: sed simplici. Hi ergo secuti sunt eum. non tm̄ gressus eius sequētes: sed magis sanctitatem comitantes. & iustitiam eius confectantes. Et ecce tempestas magna facta est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus. Quū enī multa & magna & miranda ostēdisset in terra: trāsīit in mare: ut ibidem adhuc excellētiora & maiora opa demonstraret quatenus terræ marisq; dñm se esse cūctis ostēderet. In gressus ergo in nauiculam fecit turbari mare: cōmouit uētos. cōcitauit fluct⁹. Cur hec? Ideo ut discipulos mitteret in timorē. & suū auxiliū postularēt: suāq; potētia rogātibus manifestaret. Illa tempestas nō ex se orta est: sed p̄tātati paruī imperātis ei⁹: qui educit uētos de the

Textus

sauris suis. qui terminū mari arenam constituit. Dixit enim ei usq; huc uenies. & nō egredieris super: sed in te metīpo cōfringētur fluctus tui. Huius ergo iussionem & praecepto orta est tempestas in mari propter occasiones super⁹ memoratas. Facta est tempestas magna: ut nō pusillū miraculū ostēderetur. Et quanto fluctus nauiculae irruebant: tanto magis timor discipulos cōturbabat: ut plus magis desiderarēt ad liberandū se mirabilia saluatoris. Dominus uero dormiebat. O res mirabilis & stupenda. Is qui nūquā obdormit: dormit. Is qui cœlum & terram gubernat: dormit. Is qui nunquā dormit nec dormitat: ipse dormire dicitur. Dormiebat quidem corpore: sed uigilabat deitate. Dormiebat corpore sed conturbabat mare. Erigebatq; fluctus: & apostolos conterrebat suam ostēsurus potētiam. Dormiebat corpore sicuti ad puteum lassus de itinere. uel fatigatus se debat: demonstrans quia uere humanū portabat corp⁹ quod corruptibile induerat: ipso corpore dormiebat: deitate uero cōcitabat mare: & iterum deplacabat. Dormiebat itaq; corpore: ut apostolos suscitaret & uigilare faceret. Præcipue autē oēs nos ne unquā animo dormiamus. ne uel intellectu aut prudentia dormire: sed uigilare in omni tempore & iubilare dño. & salutem ab eo postulare studeamus. Nam ipse qui dormiebat corpe: illud sanctū uerbum dicit. Ego dormio & cor meū uigilat. Ad quem accedētes discipuli suscitabāt eū dicentes. Dñe salua nos perimus. O beati & ueraces dei discipuli dñm saluatōrē uobiscū habetis: & piculū timetis: Vita uobiscū est: & de morte solliciti estis maris turbinē tre-

Textus

Laticorū. v.

Textus,

mētes: Creatorem eius ita suscitatis præsente: quasi nō
possit dormiens corpe fluctus sedare uel mitigare: Sed
quid respōdeant hi dilectissimi discipuli: Paruuli inqui
unt sumus: adhuc infirmi. & nōdum robusti. ideoq; ti
memus. Ideoq; trepidamus. Necdū uidimus crucē dñi
necdū nos cōfirmauit passio dñi. & resurrectio. Nō ascē
sio in cœlos. nec missi descenko spirit⁹ sancti paracliti.
Propterea fragilitate mutamur. Propterea & sepius au
diuimus a dño increpationē pusillæ fidei. Supportam⁹
toleramus libēter. uoluntarie sustinemus. Vnde & nūc
dicente dño audiuius. Quare turbati estis pusillæ fi
dei: & nō habetis fortitudinē: Cur confidentiā & fidu
ciam apud uos nō tenetis: Et si mōrs irrueret: nōne eam
deuissetis cōstātissime sustinere: Ad omne enim quic
quid euenit: fortitudo necessaria est. & ad omne peri
culum uel tribulationem usq; ad animæ exitum Simili
ter & contra delitias & diuitias & amores terrenos ani
mæ fortitudo tenenda est: ut neq; extollaris o homo. ne
q; in superbiam erigaris. Nō despicias inimicos. nec hu
miles spernas. nec obliuiscaris dñm. neq; dereliquas cre
atorem. nec existas ingratus. Si ergo in necessitate & in
periculis fortitudo necessaria est: ut uiriliter cum fide to
leres uniuersa: multo magis contra delitias: ut dictū est
& luxurias fortitudo necessaria est: ne in muscipulā inci
das diaboli. Quare ergo turbati estis pusillæ fidei: Si
potentem me super terram cognouistis: quare nō credi
tis q; & in mari potens sum: Si deū me uere esse & crea
torem onanum suscepistis: quare nō creditis q; ea quæ
a me facta sunt: in mea habēā potestate: Quare ergo du

Textus.

bitatis pusillæ fidei: Qui pusillum credit: arguet. & qui
nihil credit: contēnetur. Fragiles in fide corripietur. &
alieni oīno a fide punietur. Tales fuerunt iudei & paga-
ni. Ideoq; in malis suis euauerunt. Tales etiam heretici
Ideoq; in die iudicii dānabūtur. Tunc surgens impera-
uit uentis & mari: & facta est tranquillitas magna. Scri-
ptum fuit. Et surrexit tanquā dormiens dñs: tanquā po-
tens crapulatus a uino. & percussit omnes inimicos su-
os in posteriora. Et nunc surgens imperat uentis & ma-
ri. & facta est trāquillitas magna. Decet enim hunc ma-
gnū magna facere. Imperauit uentis & mari sicut cre-
ator. sicut suis. ut potens. ut dñs imperauit uētis & ma-
ri. Primitus ante discipulos ut audientes firmarētur in
fide. Et potentia deitatis occulta imperabat: & cōmina-
batur. Magis autē regebat & placabat illud: secundū q;
quidam dicit. Potentia mitigauit mare. Imperauit ergo
uentis & mari. & facta est tranquillitas magna. De ma-
gno uento & magna tempestate. mari conturbato & tu-
menti facta est tranquillitas magna. Ideoq; paulo ante
magna accinctus potentia magnifice conturbauit pro-
fundum maris. Et nunc iterum in eo ipso ostendens suæ
magnificentia potestatis tranquillitatem magnam fieri
iussit. Hæc ideo ut nimirum cōturbati apostoli magni-
fice exhilarati letarentur. Dedit per hæc omnia enim no-
bis dñs figuram & doctrine imaginem: ut & nos in om-
ni conturbatione & contumelia patientiā teneamus. Sta-
biles simus in fide. & nō discedam⁹. & si omnis iste mū-
dus tanquā mare ebulliat: atq; in furorem consurgat: &
si omnes uenti & uestigines demonum undiq; seuiant.

Textus.

ps. lxxij.

& si omnes ut diximus; tempestates. idest omnes princi-
parius & potestates mūdi huius concitentur & in tumo-
rem iracundiæ spument & furiant super sanctos. & si ad
huc usq; ad cœlos sese extollant; ut tēpestatis maris ma-
lignantes & dolos & fremitus concitantes aduersus ali-
quem uestrum: nolite timere. nolite turbari. nolite con-
tremiscere. nolite deficere. Omnes enim quotquot in fi-
dei nauicula cū dño nauigatis. Omnes quotquot in hac
sanctæ ecclesiæ nauicula cum dño per hunc undosum
mundū supernatatis; & si ipse dñs dormiat pio somno no-
strā patientiā & tolerantiam expectans uel impiorū pec-
nitentiā & conuersionē sustinēs: alacriter accedite ad eū
orationibus instantes atq; cum propheta dicētes. Exur-
ge. quare obdormis dñe: Exurge. & ne repellas nos in fi-
nem. Et iterū. Exurge dñe adiuua nos. & libera nos pro-
pter nomen tuum. Et ipse surgens imperauit uētis. idest
acris demonū spiritibus. Ipse enim maris tempestates cō-
mouent. hoc est amaros & elatos concitāt fluct⁹ huius
principes mūdi ad persecutiōes sanctis oībus imitten-
das. ad contumelias fidelib⁹ ingerēdas. Oībus dñs im-
perat. Oībus cōminatur. omnia mitīgat. facitq; trāquil-
litatē magnā circa corpus & spūm. pacē ecclesiæ & sere-
nitatē mūdo. Quomō nāq; sæpius cōcilia ifidelīū cōmo-
ta sunt aduersus ueram ecclesiā & firmā aliquotiēs pa-
ganorū. aliquotiēs hereticorū. Quēadmodū sepi⁹ sicut
maris fluctus irruebant cōminātes & cōterentes huius
principes mūdi per oīa perdere se ecclesiæ filios arbitra-
tes. sed surgēs dñs iperauit demonū uētis. & oēs euane-
scere fecit audaces aduersarios fidei. magnāq; pacem &

ps. xliij.

ibidem.

Tertus.

tranquillitatē dedit ecclesiæ suæ. Homines autē illi in
nauicula mirati sunt. Qui homines? Scilicet hanc habē
tes nauiculam. & ei intendētes nauiculæ. Nō putes hic
per homines apostolos significatos. nusquā enim inue
nimus præter honorē cognominari discipulos. sed sem
per aut apostoli. aut discipuli nominātur. Mirabantur
ergo illi homines ii qui cum eo nauigabant. ij quorum
erat nauicula. ij qui in ea nauicula sese transigebāt. hi mi
rabantur. Et admiratione dignum fuit mare a profun
do cōmotū mitigari: eiusq; elatos deplacari fluctus. uen
tos furentes compesci. Mirabātur ergo dicentes. Qua
lis est iste: quia uenti & mare obediunt ei. Nō interrogā
tes dicunt. Qualis est iste? sed asserentes q; hic talis est:
cui mare & uenti obediūt. Qualis est iste? Hoc est quā
tus. q; fortis. q; potens. q; magn⁹. Qualis est iste? Maior
Moyse. Potentior Helia. Illi enim ambo. ex quib⁹ unus
ligno mari percusso cum labore discidit. Alius ictu me
toræ Iordanem pertransiit. Iste uero uno uerbo mādāt
illis: qui nō habent uerba: & obediunt ei. Hi qui nō hnt
auditū obtēperāt. Hi qui prudētiæ & intellectus exper
tes sunt: inclinātur iubenti: quibus nec loquela. nec ut
diximus sermo est: obediūt. In eadem autē substantia in
qua sunt: & sua natura mouentur. & iussioni deseruiūt:
ad confusionem mortaliū. ad condemnationē corrupti
bilitum. Iubet mari & nō contēnit. Dicit uentis & tēpe
statibus. & mox cōpescunt. Iubet omni creaturæ: & nō
supgredit iussione ei⁹. Et unū hominū gen⁹. & unū qd
secundū similitudinē dei honorificatū est. cui uerbū &
prudētiā data est: hi soli homines resistunt. hi tantū in

Tertus

Erod. iij.

rote

obedientes sunt. hi soli contemnunt. ideoq; & hi soli in iudicio damnabuntur. & a iustitia punientur uel ut de teriores mutis animalibus. uel iis qui sine spiritu sunt & sine anima in hoc mundo. Mirabatur ergo illi: quia mare compescuit. & uenti mitigati sunt. Admiremur & nos quando benignitates & beniuolentias ostendit circa nos dominus. quando de periculis nos saluare dignatur. quando de tumultibus & tribulationibus multis nos liberat quando ab inimicis in sequentibus eruit nos. Miremur & mirantes gratias agamus. gratiae obaudiamus. obaudientes timeamus. timentes diligamus: ut aeternae charitatis ab eodem heredes efficiamur. Mirabantur dicentes. Qualis est iste: qui sicut homo uidetur: & sicut deus potentiam ostendit: Sicut unus carnalium putatur esse. & super omnia carnalia magna ostendit mirabilia: Dormit sicut homo. & imperat mari & uentis sicut deus. In nauicula sedet: & omnem creaturam iussione inclinatur ubi uult Iesus christus dominus noster: qui cum deo patre & spiritu sancto uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

¶ Dominica quinta.

¶ Ex euangelio Matthei capite. xi.

In illo tempore respondens dominus Iesus dixit. Confiteor tibi domine pater coeli & terre: quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Ita pater. quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium: nisi pater. Neque patrem quis nouit: nisi filius. & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me

omnes: qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos
Tollite iugum meū super uos. Et discite a me: quia mi-
tis sum & humilis corde. & inuenietis requiem anima-
bus uestris. Iugum enim meum suaue est: & onus meū
leue.

¶ Homelia beati Augustini de
eadem lectione.



Textus,

Anctum euangelium quum legeretur fra-
tres: audiuius exultasse dominum Iesum
in spiritu & dixisse. Confiteor tibi domine
pater coeli & terræ: quia abscondisti hæc a sapientibus.
Hucusq; uerba domini si digne. Si diligenter. Si quod
primum est pie consideremus: inuenimus primitusq;
non semper quum in scripturis legimus confessionem:
debemus intelligere uocem peccatoris. Maxime autem
hoc dicendum fuit. & hinc ammonenda charitas uestra
quia mox ut hoc uerbū sonuit lectionis: secutus est etiā
uox tunctionis pectoris uestri. Audito scilicet quod do-
minus ait. Confiteor tibi pater. In hoc quod sonuit. Cō-
fiteor pectora tute distis. Tundere autē pectus quid est
nisi arguere quod latet in pectore & euidenti pulsu oc-
cultum castigare peccatum? Quare hoc fecistis: nisi quia
audistis. Confiteor tibi pater? Confiteor audistis. quid
confitetur non attendistis. Nunc igitur aduertite. Si cō-
fiteor christus prædixit: a quo longe est omne peccatū:
non solius est confiteri peccatoris: sed aliquando etiam
laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes deum. siue
accusantes nosipsos. Pia est utraq; confessio siue quum

te reprehēdis: qui non es sine peccato. siue quum illum
 laudas: qui non potest habere peccatum. Si autem bene
 cogitemus: reprehensio tua laus est ipsius. Quare enim
 iam confiteris in accusatione peccati in accusatione ipsi?
 Quare confiteris: nisi quia ex mortuo uiuus es fa-
 ctus? Scriptura quippe ait. A mortuo quasi qui non sit: Eccle. xvij.
 perit confessio. Si perit a mortuo confessio: qui confite-
 tur uiuit. Et si peccatum confitetur: utiq; a morte reui-
 xit. Si peccati confessor reuixit a morte: quis eum susci-
 tauit? Nullus mortuus est sui ipsius resuscitator. Ille se
 potuit suscitare: qui mortua carne non mortuus est. Ete-
 nim hoc quod mortuum fuerat: suscitauit. Ille suscita-
 uit: qui uiuebat in se. In carne autem suscitanda mortu-
 erat. Non enim pater solus filium suscitauit. de quo di-
 ctum est ab apostolo. Propter quod deus illum exaltauit 1^a Thim. ij.
 sed etiam dominus se ipsum. idest corpus suum. Vnde
 dicit. Soluite templum hoc: & in triduo suscitabo illud. Joan. ij.
 Mortuus est autem peccator. maxime ille: quem moles
 consuetudinis premit: quasi sepultus est Lazarus. Pa-
 rum enim erat quia mortuus: nisi etiam sepultus esset.
 Quisquis igitur malæ consuetudinis. malæ uitæ terre-
 narum scilicet cupiditatum mole premitur: ita ut in il-
 lo iam factum sit: quod in quodam psalmo miserabili-
 ter dicitur. Dixit stultus in corde suo non est deus: fit ta- ps. lxx.
 lis: de quali dictum est. A mortuo uelut qui non sit: pe- Eccle. xvij.
 rit cōfessio. Ecquis eū suscitauit: nisi q̄ remoto lapide cla-
 mauit dicēs. Lazare ueni foras? Quid ē autē p̄dire foras:
 nisi qđ occultū erat: foras prodire? Qui cōfiteť: foras p̄- Joan. xi.
 dit. Foras p̄dire nō posset: nisi uiueret. Viuere nō posset

nisi resuscitatus eēt. Ergo in confessiōe sui accusatio dei
laudatio est. Dicet ergo aliquis. Quia prodest ecclesia: si
iam confessor uoce dominica resuscitat⁹ prodit? Quid
prodest ecclesia confitenti? Cui dominus ait. Quæ sol-
ueris in terra: soluta erunt & in cœlo? Ipsum Lazarum
attende. Quum uinculis prodit: iam uiuebat confiten-
do: sed nondū liber ambulabat uinculis irretitus. Quid
ergo fecit ecclesia: cui dictum est. Quæ solueris: soluta
erunt: nisi quod ait dominus cōtinuo ad discipulos. Sol-
uite illum & sinite abire? Siue ergo nos accusamus. siue
deum laudamus: bis deum laudamus. Quando deū lau-
dam⁹: tanq̃ eum: qui sine peccato est: prædicam⁹. Quā-
do autem nos ipsos accusam⁹: ei per quem resurrexim⁹
gloriam damus. Hoc si fecerimus: nullam occasionem
inueniet inimicus: qua circumueniat apud iudicē. Quū
enim tu ipse fueris accusator: & dominus liberator: quid
erit ille: nisi calumniator? Merito ille hinc sibi tutelam
preuidit aduersus inimicos non conspicuos carnem &
sanguinem miserandam potiusq̃ cauendam: sed aduer-
sus illos inimicos: contra quos apostolus nos hortat^r ar-
mari. Non est inquit uobis colluctatio aduersus carnē
& sanguinem. idest aduersus homines: quos uidetis sa-
uīre in uos. VASA SVNT. alius utitur. Organa sunt.
alius tangit. Immisit se inquit diabolus in cor iudæ: ut
traderet dominum. Ait aliquis. Quid ergo ego feci? Au-
di apostolum. Neq; detis locum diabolo. Tu malæ uo-
luntati locum dedisti. intrauit. possedit. utitur. Locum
si non dares: non possideret. Ergo nos amonens ait. Nō
est nobis colluctatio aduers⁹ carnem & sanguinem: sed

Matth. xvi.

Joan. xi.

Ephe. viij.

Ephe. vi.

aduersus principes & potestates . Possiet quisq; putare
aduersus reges terræ . aduersus potentes sæculi . Quare ?
Ip̃i non caro & sanguis . Semel dictum est . Non aduer-
sus carnē & sanguinem . Auerte ab omni homine . Qui
ergo restant : inimici . Aduersus principes & potestates
spirituales nequitiaē rectores mundi . Quasi plus dedit
diabolo & angelis eius . Plus dedit quos rectores mundi
appellauit . Sed ne male intelligas : exponit quid sit mun-
dus . cuius sunt illi rectores . Rectores mundi tenebrarū
harum . Quid est mundus tenebrarum harum : quibus
est rector ? Dilectoribus suis & infidelibus plen⁹ est mū-
dus . Hos appellat apostolus tenebras . Harum rectores
diabolus & angeli eius . Hæ tenebræ nō naturales sunt .
nō incōmutabiles sunt . Mutantur : & lux efficiunt̃ . cre-
dunt : & credendo illuminantur . Quod quum in eis fa-
ctum fuerit : audient . Fuiſtis enim aliquando tenebræ .
nunc autem lux in domino . Nam quando tenebræ in te
non in domino . Iterum quādo lux sed non in te : sed in
domino . Quid enim habes : quod nō accepisti ? Quia er-
go sunt inuisibiles inimici : inuisibiliter sunt expugnādi
quippe hostem uisibilem uincis feriendo . inuisibilē uin-
cis credendo . Visibilis est hostis homo . uisibile est & fe-
rire . Inuisibilis est hostis diabolus . inuisibile est & cre-
dere . Ergo est pugna inuisibilis aduersus inuisibiles in-
micos . Ab his enim inimicis quomodo se tutum dicet
quidam ? Hoc enim cceperam dicere . & necesse habebā
de istis inimicis aliquantū mora tractare . Iam ergo co-
gnitis inimicis uideamus tutelam . Laudans inuocabo
dominum ; & ab inimicis meis saluus ero . Habes quid

Ep̃c. v.

ps. xlii.

ps. xviij.

ps. cxxxi.

Tertius.

agas. Laudans inuoca: sed dominum inuoca. Si enim te
laudaueris: ab inimicis tuis saluus non eris. Laudans in
uoca dominum: & ab inimicis tuis saluus eris. quia qd
ait ipse dominus. Sacrificium laudis honorificabit me
& ibi uia est: ubi ostendam tibi salutare meum. Vbi uia:
In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc uiam mitte
re. in uia esto. noli recedere a laude domini. nec unguem
nedum pedem. Si enim uolueris ab hac uia deuiare: &
pro domino te laudare: non eris saluus ab illis inimicis:
quia de ipsis dictum est. Iuxta semitam scandalum po
suerunt mihi. Quicquid ergo putaueris boni habere te
abs te: deuiastis a laude dei. Quid iam miraris: si te sedu
cit inimicus: quando tu tuipfius seductor es? Audi apo
stolum. Qui enim putat se esse aliquid quum nihil sit:
ipse se seducit. Dominum ergo attende confitentem. Confi
teor tibi pater domine celi & terrae. Confiteor tibi. Lau
do te. Laudo te. non accuso me. Quantum autem perti
net ad ipsius hominis susceptionem: tota gratia. singu
laris: gratia. perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui
christus est: si tollas gratiam: & tantam gratiam: qua unum
oportebat esse christum. & ipsum esse: quem nouimus?
Tolle istam gratiam? Quid est christus: nisi homo? Quid
nisi quod tu? Suscepit animam. suscepit & corpus. su
scepit plenum hominem. coaptatam sibi unam facit do
minum cum seruo personam. Quanta est ista gra? Christ? i coe
lo. xps in terra. xps simul in caelo & i terra. xps apud pa
tre. xpus in utero uirginis. christus in cruce. xpus apud
inferos subueniens quibusdam. Eo autem ipso die chri
st? in paradiso cum latrone confitente. Et ibi quid latro

meruit: nisi quia illam uiam tenuit: ubi ostendit salutare
suum. A qua tibi pes non exeat. In eo enim q. se accusa-
uit: deum laudauit: & uitam suam beatam fecit. Præsu-
psit quidem de domino: & ait illi. Domine memeto mei
dum ueneris in regnum tuum. Considerabat enim faci-
nora sua. & pro magno habebat si ei uel in fine parceretur.
Dominus autem continuo quum diceret. Memento
mei. Sed quando? Quum ueneris in regnum tuum.
Amen dico tibi inquit. hodie mecum eris in paradiso.
Misericordia obtulit quod miseria distulit. Audi ergo
dominum cōfitemem. Confiteor tibi pater domine cœ-
li & terræ. Quid confiteor? In quo te laudo? Hæc enim
confessio ut dixi laudem habet. Quia abscondisti hæc a
sapientibus & prudētib⁹. & reuelasti ea paruulis. Quid
est hoc fratres? A contrario sensu intelligite. Abscondi-
sti hæc inquit a sapientibus & prudentibus. & non dixit
Reuelasti ea stultis & imprudentibus: sed dixit. Abscon-
disti a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paru-
lis. Sapientibus & prudentibus. irridendis. arrogantib⁹
falso gaudentibus. uere autem tumentibus opposuit nō
sapientes. non prudentes: sed paruulos. Qui sunt paruuli?
Humiles. Ergo abscondisti hæc a sapientibus & pru-
dentibus. Nomine sapientiū & prudentium supbos in-
telligi posse ipse exposuit quum ait. Reuelasti ea paruulis
Ergo abscondisti nō paruulis. Quid est nō paruulis? Nō
hūilib⁹. Quid ē nō humilib⁹: nisi supbis? Hæc uia dñi.
aut nō erat. aut latebat: ut reuelaret nobis. Vnde dñs ex-
ultauit: q. reuelatū est paruulis. Debem⁹ eē paruuli. Nā
si uoluimus eē magni: quasi sapiētes & prudentes: nō

Luce. xxiij.

Textus.

nobis illud reuelatur. Qui sunt magni? Sapiētes & prudentes. dicentes se sapientes stulti facti sunt. Habes remedium a contrario. Si dicendo te sapientem stultus factus es; dic te stultum; & sapiens eris. Sed dic. dic. Sed intus dic: quia sic est ut dicis. Si dicis: noli coram hominibus dicere; & coram deo non dicere. Prorsus quod ad te ipsum pertinet. quod ad tua tenebrosus es. Quid est enim aliud esse stultum: nisi esse tenebrosus in corde? Denique de illis sic ait. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Antequam hoc diceret: quid rursum? Et obscuratum est in sapientia eorum. Dic: quia tu tibi lumen non es. Ut multum. oculus es. lumen non es. Quid prodest patēs ac sanus oculus: si lumen desit? Ergo dic a te tibi lumen non esse. & clama quod dictum est. Tu illuminabis lucernam meam domine. lumine tuo domine illuminabis tenebras meas. Mea enim nihil nisi tenebrae. tu autem lumen fugas tenebras. illuminas me non a me mihi lumen existens: sed lumen non participans nisi in te. Et Ioānes amicus sponsi christi putabatur lumen. Non erat ille lumen: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Quod autem erat lumen: erat lumen uerum. Quid est uerum? Quod illuminat omnem hominem. Si uerum lumen est quod illuminat omnem hominem: ergo audi & Ioannē recte dicentem. recte confitentem. Nos autem de plenitudine eius accepimus. Vide si aliud dixit quia tu illuminabis lucernam meam domine. Denique iam illuminatus testimonium perhibebat propter cecos. lucerna dici testimonium perhibebat. Vide quoniam lucerna est. Vos inquit misistis ad ioannem: & uoluistis exultare ad horā

in lumine zius. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ille lucerna. hoc est res illuminata. accensa ut luceret: quæ accendi potest & extingui. Sed ut non extinguatur: uentū superbæ non patiatur. Ergo confiteor tibi pater domine celi & terræ: quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus lumen se putantibus & tenebræ erant. Et pro eoq; tenebræ erant & lumen se putabant: nec illuminare potuerunt. Illi autem: qui tenebræ erant: & tenebras se esse confitebantur paruuli erant & non magni. humiles erant & non superbi. Recte ergo dicebant tu illuminas lucernam meam domine. Et agnoscebāt. dominum laudabant. a uia salutari non recedebant. Laudantes dominum inuocabant. & ab inimicis suis salui erant. Postremo aperit cæleste mysterium. quod si placuerit deo ut paruulis magis q̃ prudentibus istius mundi gratiam suam reuelaret. Quod apostolus paulus stilo pleniore digessit dicens. Nōne stultam facit deus sapientiam huius mundi? Nam quoniam dei sapientiam nō cognouit hic mundus per sapientiam: placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credētes. Ait ergo. Ita pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Cælestium enim uerborum archana atq; uirtutes sapientibus absconduntur & paruulis reuelantur. Paruulis malicia non sensu. sapientibus uero stultitiæ præsumptione non prudentiæ causis. Factiq; huius æquitatem dominus paternæ uoluntatis iudicio confirmat: ut qui dedignantur paruuli in deum fieri: stulti deinceps in sapientia sua fiant. Vides q̃ terribilis in consiliis dominus. Disce ueræ humilitatis exempla nec temere discutias supernæ dispensationis cō-

i. Corin. i.

Tertus.

filia. Quum enim intulisset utrunq; scilicet q; aliis adue-
tus sui sacramenta reuelauerit. ab alijs uero absconderit:
non mox rationem reddidit: sed sic deo placitū dixit hoc
ostendens manifeste quia iniustum esse nō potest quod
placuit iusto. Ac nequid in illo minus q̄ quod in deo est:
æstimaretur: statim subdidit. Omnia mihi tradita sunt
a patre meo. Pulcherrimus cōnectit de fide locus: quā
do omnia sibi tradita dicit a patre suo. Quum omnia le-
gis: omnipotētem agnoscis: non decorem, non dege-
nerem patris. Quum tradita legis: filium confiteris: cui
per naturam omnia unius substantiæ iuræ sunt propria:
non dono collata per gratiam. Tradita autem sibi dicit
omnia. non cœlum & terram. uel cætera: quæ ipse con-
didit ac fecit elementa: sed hoc qui per filium accessum
habent ad patrem & ante rebelles: deum postea per fidē
sentire cœperunt. Vnde & alio loco dixit. Omne quod
dat mihi pater: ad me ueniet. Et nemo nouit filium nisi
pater. neq; patrem quis nouit: nisi filius, & cui uoluerit
filius reuelare. Quum diceret. Nemo nouit filium nisi
pater: non dixit. Et cui uoluerit pater reuelare: quemad-
modum quum dixerit. Nemo nouit patrem nisi filius
addidit. Et cui uoluerit filius reuelare. Quod non ita in-
telligendum est: quasi a nullo possit cognosci nisi a so-
lo patre. Pater autem non solum a filio: sed etiam ab ijs:
quibus reuelauerit fili⁹. Sic enim potius dictum est ut
intelligamus & patrem & ipsum filium per filium reue-
lari: quia ipse est mentis nostræ lumen: ut quod postea
intulit. Et cui uoluerit filius reuelare: non patrem tan-
tum: sed etiam filium accipias. Ad totum enim: quod dī

Textus,

Joan. vi.

Textus,

xit: illatum est. Verbo enim suo se pater declarat. Verbū
 enim non solū id quod per uerbū declaratur: sed etiā se.
 ipsum declarat. Vt scias aut quia sicut filius patrem qui
 bus uult reuelat ipsum: audi dicentem ipsum dominum le-
 sum quum laudaret Petrumque eum filium dei esse con-
 fessus sit. Beatus es Symō Bariona: quia caro & sanguis *Matth. xvi.*
 nō reuelauit tibi: sed pater me⁹: qui ē ī cōclis. Audiamus
 ergo eū: qui sequit⁹ & dicit. Venite ad me omnes: qui la- *Textus.*
 boratis & onerati estis: Mirū quibusdā uidet⁹ frēs charif-
 simi: quū audiūt dñm dicentem. Venite ad me oēs: q la-
 boratis & onerati estis: & ego reficiam uos. Tollite iugū
 meū super uos: & discite qa mitis sum & hūilis corde. &
 inuenietis requiē aīabus uestris. Iugū enim meum sua-
 ue est: & on⁹ meū leue: & nō cōsideraret eos: qui iugum
 ipsum intrepida ceruice subierūt. & illā sarcinā mansue-
 tissimis humeris acceperūt: rātis agitari & exerceri diffi-
 cultatibus hui⁹ sēculi. & nō a laborib⁹ ad quietē: sed a
 quiete ad laborē uocati uideāt⁹. Quū apl⁹ dicat. Oēs q *ij. Th. i.*
 uolūt pie uiuere in xpō Iesu: psecutionē patiēt⁹. Ait ergo
 aliq. Quomodo iugū ei⁹ suaue est: & sarcina leuis: qñq
 dē illud iugū & sarcinā ferre nihil est aliud q pie uiuere
 in xpō. Et qñ dicit⁹. Venite ad me oēs: q laboratis & one-
 ratī estis: & ego reficiā uos: & nō poti⁹ dicit⁹. Venite q ua-
 cati & laborati. Nā & uacātes inuenit: quos cōducit ī
 uineā ut ferrēt aestū diei. Et sub illo iugo leui & sarcina *hen.*
 leui audiam⁹ apostolū dicētē. In oībus cōmendātes nos *ij. Cor. iij.*
 metipsos sicut dei ministros in multa patientia. in tribu-
 lationib⁹. in necessitatib⁹. in angustis. in plagis &c. Et
 alio loco in eadem epistola. A iudæis quinquies quadra *j. Cor. iij.*

genis una minus accepi. ter uirgis cæsus sum. Semel lapidatus sum. ter naufragium feci. nocte & die in profundo maris fui. & cætera pericula quæ numerari quidem possunt: sed tolerari nisi spiritu sancto iuuante non possunt. **C**Omnia ergo illa: quæ commemorauit: aspera & grauius frequentius & abundantius sustinebat: sed profecto aderat ei spiritus sanctus: qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diem. & gustata requie spirituali in affluentia deliciarum dei in spe futuræ beatitudinis. omnia præsentia deliniret: aspera & grauius omnia releuaret. Ecce quæ suaue iugum christi portabat & quæ leuem sarcinam: ut omnia illa: quæ superius enumerata dura & immania: omnis auditor horrescit: leuem tribulationem diceret: intuens interioribus & fidelibus oculis. quanto præcio temporalium emenda sit futura uita: non pati labores externos impiorum: & sine ulla sollicitudine perfrui æterna felicitate iustorum.

Secari & uri se homines patiuntur: ut dolores non æterni sed aliquanto diuturnioris ulceris acriorum dolorum præcio redimantur. In languida & incertæ uacationis breuissima atque ultima uita. immanissimis bellis malus homo atteritur. pluribus fortasse annis in laboribus in quietus quam in ocio quieturus. Quibus tempestatibus & procellis quam horribili & tremenda sæuicia cœli & maris importuni sunt mercatores: ut diuitias uenturas acquirant: maioribus quam quibus acquisitæ sunt: periculis & tempestatibus plenas. Quos æstus. quæ frigora. quæ pericula. ab equis. a fossis. a præcipitiis. a fluminibus. a feris præferunt uenatores. Quem laborem esuriendi

& sitiendi. quantas uilissimi & sordidissimi cibi & pot⁹
angustias: ut bestiam capiant. Et interdum nec ipsius
bestiae carnes: propter quam haec tanta sustinent: epu-
lis necessariae: quamq̃ & si aper ceruusq; capitur: magis
suauis sit uenantis animo quia captus est: q̃ comedentis
palato quia coctus est. Quantis cruciatibus prope quo-
tidianarum plagarum tenera aetas puerorum subditur.
Quantis etiam scholis uigiliarum & abstinentiae mole-
stis exercentur: non propter discendam sapientiam: sed
propter opes honorisq; uanitates: ut numeros & litteras
& disertas fallacias eloqui discant. Sed in his omnibus q̃
haec non amant: eade grauia patiunt. qui uero amant: ea-
dem quidem: sed non grauia pati uidentur. Omnia enim
saeva & immania prorsus facilia: & prope nulla efficit a-
mor. Quanto ergo certius ac facilius ad ueram beatitu-
dinem charitas facit: quod ad miseriam quantum potu-
it cupiditas fecit. Quam facile tolerat quaelibet aduersi-
tas temporaliter: ut aeterna poena uites: aeterna requies
comparetur: non immerito ille uas electionis cum inge-
ti latitia dixit. Non sunt condignae passionibus huius te-
poris ad futuram gloriam: que reuelabitur in nobis. Ec-
ce unde iugum illud suaue est: & sarcina leuis. Et si angu-
sta est paucis eligentibus. facilis tamen omnibus dilige-
tib⁹. Dicit psalmista. Propter uerba labiorum tuorum Roma. viij.
ego custodiui uias duras. Sed quae dura sunt laboranti-
bus: iisdem ipsis mitescunt amantibus. Propter quod ita
diuinae pietatis dispensatione actum est ut interior ho-
mo: qui renouatur de die in diem: non adhuc sub lege po-
situs: sed iam sub gratia exoneratus sarcinis innumera-

ps. xvi.

bilium obseruationum: quod erat re uera graue iugum
sed duræ ceruici conuenienter impositum: facilitatem
simplicis fidei. & bonæ spei. & sanctæ charitatis quic-
quid molestiarum exteriori homini forinsecus intulisset:
ille princeps qui missus est foras: interiore gaudio le-
ue fieret. Nihil enim tam facile est bonæ uoluntati quā ipsa
sibi. & hæc sufficit deo. Quantumlibet ergo seuiat iste
mundus uerissime angeli nato in carne domino clama-
uerūt. Gloria in excelsis deo. & in terra pax hominibus
bonæ uolūtatis. Quia qui natus erat: suaue iugum eius
est: & sarcina leuis: sicut dicit apostolus. Fidelis deus: qui
non sinit tentari nos super id: quod possumus ferre: sed
facit cum tentatione etiam exitum: ut possimus sustine-
re. Conuersi ad dominum deum patrem omnipotentem
puro corde ei in quantum potest paruitas nostra maxi-
mas atque ueras gratias agamus: precātes toto animo sin-
gularem mansuetudinem eius: ut preces nostras in be-
neplacito suo exaudire dignetur. inimicum quoque a no-
stris actibus & cogitationibus sua uirtute expellat. no-
bis multiplicet fidem. mentem gubernet. spirituales co-
gitationes concedat. & ad beatitudinem suam perducatur
Per Iesum christum dominum nostrum filium suum:
qui cum eo uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus
Per omnia sæcula sæculorum.

¶ Ecclesiæ Romanæ cōsuetudo in Dñica. v. supradicta
hoc euangeliū habet ex Mattheo tertio decimo capite.



N illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Si-
mile factum est regnum cælorum homini:
qui seminauit bonū semen in agro suo. Quā

Luce. ij.

1. Corin. x.

autem dormirent homines: uenit inimicus eius: & supereminauit zizania in medio tritici: & abiit. Quum autem creuisset herba & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo zizania habet? Et ait ad illos. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis? Imus & colligimus ea. Et ait. Non: ne forte colligentes zizania erradicetis simul & triticum. Sinite utraq; crescere usque ad messem. & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania: & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

¶ Homelia beati Augustini episcopi.



Vm negligenter agerent prepositi ecclesie aut dormitione mortis acciperent apostoli: uenit diabolus: & supereminauit eos: quos malos filios dominus interpretatur. Sed recte querit utrum heretici sint: an male uiuentes catholici. Possunt etenim dici filii mali etiam heretici: qui ex eodem euangelii semine & christi nomine procreati prauis opinionibus ad falsa dogmata conuertunt. Sed quod dicite eos in medio tritici seminatos: quasi uidentur illi significari: quod unius comunione sunt. Verumtamen quod dominus agrum illum non ecclesiam: sed hunc mundum interpretatus est: bene intelliguntur heretici: quia non societate unius ecclesie uel unius fidei: sed societate solius nominis christiani in hoc mundo permiscetur bonis: ut illi: qui in eadem fide mali sunt: paleis potius quam zizaniis deputentur: quia palea etiam frumentum habet cum frumento radicemque communem. In illa plane

sagena: qua' concluduntur & boni & mali pisces: nō ab-
surde mali catholici intelliguntur. Aliud est enim mare
quod magis istum mundum significat. Aliud sagena: q̄
unius fidei. uel unius fidei cōmunionem uidetur osten-
dere. Inter hereticos & malos catholicos hoc interest.
Quod heretici falso credunt. illi autem falso non creden-
tes non uiuunt ita ut credunt. Solet autem quærietiam
scismatici quid ab hereticis distent. & hoc ideo inueniri
q̄ scismaticos fides diuersa non faciat: sed cōmunionis di-
rupta societas. Sed utrum inter zizanīa numerandi sint
dubitari potest. Magis enim uidentur spicis corruptis
esse similiores. sicut scriptum est. Vento autem corrup-
petur filius iniquitatis. uel paleis aristarum fractis. uel
scissis & de segete arreptis. Quo enim altiores. idest sup-
biores: eo fragiliores leuioresq̄ sunt. Nec tamen conse-
quens est ut omnis hereticus aut scismaticus ab ecclesia
corporaliter separetur. Si enim falsa de deo credit: uel de
aliqua partæ doctrinæ: quæ ad fidei pertinet ædificatio-
nem: ita ut non quærentis cūctatione temperat⁹ sit: sed
inconcusse credentis: nec omnino scientis opinione atq̄
errore discordans: hereticus est. & foris est animo: q̄uis
corporaliter intus esse uideatur. Multos enim tales por-
tat ecclesia: qui ita non defendunt falsitatem sententiæ
suæ: ut intentam multitudinem faciāt. quod si fecerint
tunc pelluntur. Regnum cœlorum per diuersas sacræ
scripturæ paginas multifarie sentitur. Aliquādo anima
sancta. Non nūq̄ agiographa. Interdum filius hominis
cuius exempla assiduo lectori uolumina perscrutātī nō
ignobiliter patent. Ad hæc prout cœpimus regnum cæ

leste nō simpliciter intelligitur: ut sat euidenter liquet:
quum hoc dei filius per speciem hoīs frumēto agrum
ferentis: cui illud cōparatur. alias anima iusti figuretur.
ut est illud. Cœlum mihi sedes est. Bene ut dictum est *Isa. lvi.*
per satorem tritici: qui in luce peruigil laborat: de⁹ qui
uera lux est: animaduertitur Ipō dicēte. Ego sum lux mū *Joānis, v.*
di. Qui sequitur me: non ambulat in tenebris: sed habet
hic lumē uitæ. Vigilare proprium est diei: & in bonam
partē accipitur. Dormire noctis: & ad sinistrā pertinet.
Et cōgrue uigilare diei est. sub quo dies diei. idest xpūs
typice figuratur. Cuius psalmista meminit dicens. Di. *ps. xviij.*
es diei eructat uerbum. Quem rursus uociferans uigilā
tem indicat aiens. Nō dormitabit neq; dormiet: qui cu- *ps. cxli.*
stodit israel. Cuius diei uestigia uigilātes. idest in bonis
operibus uocantes charissimi sectari pro uiribus stude
amus: ut uigilantes christo deo nos aduocante inuenia
mur: sicut euangelista ait. Beati serui illi: quos quum ue *Luce, xij.*
nerit dñs: inuenerit uigilantes. Econtrario zizaniorum
fator leuiatan: qui inimicus dei & hominū necessario in
telligendus est: qui omnibus dormientibus nocte ueni
ens lolium tritico superfeminauit & abiit. Semen tritici
filios dei figurat. Lolium uero filios iniquitatis. Ager
autē mundum. Quid est enim intempestiuo noctis dor
mientibus mortalibus inimicum uenire: zizaniam in a
gro disseminare: nisi antiquum serpentem humani ge
neris insidiatorem: qui nox noctis dicitur: homines cir
cuire qua hora sanctæ matris ecclesiæ prelatos uel quos
q; corde rectos dormientes. idest negligentes. uel illicita
cogitatione hebetatos inueniet: seu quia fantastica

machinatione minus armatos animos latenter surripiat: & ad incentiua uana carnis præcipitet: & cum lolii nigredine tritici candorem perfuset. idest per membra sua simplicitatem iustorum discindere tenter: qualiter eos a ueritate quæ est deus: recedere faciat? Ager in quo zizanium cum tritico creuit: mystice mundi globus prout diximus accipitur. in quo diuersa genera hereticorum seu cæterorum peruerforum cum bonis inhabitant. qui obstinata pertinacia erroris: ac nefando dogmate heresum ecclesiam catholicam dilacerare præsumunt. & se-ducere contendunt. Contra quos nimirum multiplices ecclesiæ rectores constituti sunt: qui statum ipsius ecclesiastico iure ordinent: atque defendant: & Arrianis. Sabelianis. Acephalis. cæterisque prauis obiectoribus norma ueritatis resistent. Adhuc de fatoribus. idest christo & aduersario eius restat quiddam: quod logice intelligat. qui in quantum diuersi: in tantum diuersa seminant. Quorum uterque usque hodie semen proprium spargere non cessat. Hic charitatem. ille discordiam. Iste obedientiam. ille inobedientiam. Iste humilitatem. ille superbiam. per quam quidem omne humanum genus in morte iacebat nisi christus erigeret. Omne enim peccatum prout sacre pagine tradunt: ex superbia est: quæ totius mali radix poenitus comprobatur. Primum namque christus in prothoplasto. idest primo parente Adam omnem pulchritudinem eternitatis omneque delectamentum sapientie infixerat: unde teterrimus draco arbiter inuidie emarcuerat: deceptionis elationisque schemate sparso adeo supradictum patrem uerbis suis superbire fecerat: & credulum uelut deum

Luce. vi.

Matth. xi.

Ecclesiasti. i.

Genesis. iij.

Gen. iij.

^{rephacret}
fieri ex gustu pomi effecerat: ut superbía qua ipse corru-
erat: primum hominē transgressorē conditoris præce-
pti sibi fraudulenter persuadendo compelleret. Quum
autē creuisset herba & fructum fecisset: apparuerunt &
zizania. Sunt quidē nonnulli intra sanctam ecclesiā
degentes habitu scilicet forinsecus quasi digni: intrin-
secus autē omni dolo & malicia cordis occulta pessimi:
quorum iniquitas a parua scintilla primitus inchoās
& in modum edacis ignis: cui strues lignorum large su-
perponitur: in dies ampliatur. quæ ad tempus latēs nō
ilico propalatur: sed quando crescendo ad maturitatem
messis peruenerit: succidenda manifestabitur. Et tunc
ipse arbores ex fructu: qui iniquitas & peccatum est: fa-
cili ^{et aliquid in} erectione cognoscuntur ipsa ueritate dicente. A fru-
ctibus eorū cognoscetis eos. Hi profecto hypocritæ di-
cuntur. & alienā culpā acriter increpant: & grauiter di-
iudicant: propria autē quīs flagiciosissima uilipendunt
& scelus quasi nō scelus in semetipsis conspiciūt. Hi er-
go dñica uoce redarguūtur dicēte. Hypocrita euice pri-
mū trabem de oculo tuo: & tūc perspicies ut educaš fe-
stucā de oculo fratris tui.

Matth. vii.
Luce. vi.

CDñica in septuagesima.

CEuangelio Matthei uigesimo capite.



^{anyparadice}
Nillo tēpore. Dixit iesus discipulis suis pa-
rabolam hāc. Simile est regnum cœlorum
homini patrifamilias: qui exiit primo mane
cōducere operarios in uineā suā. ^{auocis} Couentione autē facta
cū operariis ex denario diurno misit eos in uineā suam.

aduentu

Et egressus circa horam tertiam inuenit alios stantes in foro ociosos; & dixit illis. Ite & uos in uineam meam, & quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autē abierunt. Ite; autē exiit circa sextam & nonam horā; & fecit similiter. Circa undecimā uero exiit; & inuenit alios stantes. & dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & uos in uineam meā. Quum sero autē factum esset; dixit dñs uineæ procuratori suo. Voca operarios; & redde illis mercedem incipiens a nouissimis usq; ad primos. Quum uenissent ergo qui circa undecimā horam uenerant; acceperunt singulos denarios. Veniētes autem & primi arbitrati sunt q̄ plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias dicētes. Hī nouissimi una hora fecerūt & pares nobis illos fecisti; qui portauimus pondus diei & estus? At ille respondens uni eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriā. Nōne ex denario conuenisti mecū? Tolle quod tuū est & uade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. aut nō licet mihi quod uolo facere. An oculus tuus nequam est; quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi. & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati. pauci uero electi.

¶ Homelia beati Gregorii pape.



In explanatione sua multa alloquenda sancti euangelii lectio postulat. quam uolo si possum sub breuitate perstringere; ne uos & ex tesa processio & proluxa expositio. uideatur onerare. Re-

gnum coelorum patrifamilias simile dicitur: qui ad ex-
colendam uineam suam operarios conducit. Quis uero
patrifamilias similitudine rectius tenet: q̄ conditor no-
ster: qui regit quos condidit: & electos suos sic in hoc
mundo possidet: quasi subiectos domin⁹ in domo? Qui
habet uineā uniuersam scilicet ecclesiam: quā ab Abel
iusto usq; ad ultimum electum: qui in fine mundi nasci-
turus est: quot sanctos protulit: quasi tot palmītes mi-
sit. Hic itaq; paterfamilias ad excolendā uineam suā ma-
ne. hora tertia. sexta. nona. & undecima operarios con- 35
duxit. quia a mundi huius initio usq; ad finem ad erudi-
endam plebem fidelium prædicatores mittere nō desti-
tit. Mane etenim fuit ab Adam usq; ad Noe. Hora uero
tertia a Noe usq; ad Abraā. Sexta quoq; ab Abraam usq;
ad Moysen. Nona autem a Moysē usq; ad aduentum do-
mini. Undecima uero ab aduentu domini usq; ad finem
mundi. In qua prædicatores sancti apostoli missi sunt:
qui mercedem plenam & tarde ^{uenientes} acceperunt.
Ad erudiendam ergo dominus plebem suā quasi ad ex-
colendam uineam suam nullo tempore destitit operari-
os mittere: qui & prius per patres. & postmodū per le-
gis doctores & per prophetas. ad extremū uero per apo-
stolos dum plebis suæ mores excoluit: quasi per opera-
rios in uineæ cultura laborauit. Quāuis i quolibet mo-
dulo uel mensura quisquis cū fide recta bonæ prædica-
tor actionis extitit: huius uineæ operarius fuit. Opera-
tor ergo mane. hora tertia. Sexta & nona antiqu⁹ ille. &
hebraic⁹ populus designatur: qui in electis suis ab ipso
mundi exordio dum recta fide deū studuit colere: quasi

nō destitit in uineæ cultura laborare. Ad undecimā uero gētiles uocantur: quibus & dicitur. Quid hic statis tota die ociosi? Qui enim transacto tam longo tempore mundi pro uita sua laborare neglexerant: quasi tota die ociosi stabant. Pensate fratres quid inquisiti respondeant. Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Nullus quippe ad eos patriarcha. nullus propheta uenerat. Ecquid est dicere ad laborem nemo nos conduxit: nisi quia uite nobis uias null⁹ prædicauit? Quid ergo nos a bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus: qui pene a matris utero ad fidem uenimus? Qui uerba uitæ ab ip̄is incunabulis audiuiimus? Qui ab uberibus sanctæ ecclesiæ potum supernæ prædicationis suscepim⁹ cum lacte matris? Possumus uero & easdem diuersitates horarum etiam ad unūquēq; hominē per etatū momenta distinguere. Mane quippe intellectus nostri puericia est. Hora aut̄ tertiā adolescentia intelligi potest: quæ quasi sol in altum proficit: dum calor etatis crescit. Sexta uero iuuentus est: quia uelut in centro figitur: dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autē senect⁹ intelligitur: in qua sol uelut ab alto axe descendit: quia ea ætas a calore deficit. Undecima uero ē ea ætas: quæ decrepita uel ueterana dicitur. unde græci ualde seniores nō gerētes: sed presbyteros appellant: ut plusquā senes esse insinuent: quos prouectiores uocāt. Quia ergo ad uitam bonam alius in puericiā. alius in adolescētia. ali⁹ in iuuentute. alius in senectute. alius in decrepita ætate perducitur: quasi diuersis horis operarii ad uineam uocantur. Mores ergo uestros fratres aspiciēte. & si iā dei

Tertius

Tertius.

operariū estis uidete. Penſet unusquiſq; quid agat. & cō
ſideret ſi in domini uinea laborat. Qui enim in hac uita
ea quæ ſunt huius mundi quærit: adhuc ad domini ui
neam nō uenit. Illi nāq; deo laborant: qui nō ſua: ſed lu
cra dominica quærunt. Qui zelo charitatis. ſtudio pie
tatis inferuiunt: animabus lucrandis inuigilant. Perdu
cere & alios ſecum ad uitam feſtinant. **NAM QVISI**
BI uiuit. qui carnis ſuæ uoluptatibus paſcitur: recte oci
oſus redarguitur. qui fructum diuini operis non ſecta
tur. Qui uero & uſq; ad ætatem ultimam deo uiuere ne
glexit: quaſi uſq; ad undecimam ocioſus ſtetit. Vnde re
cte uſq; ad undecimam torpentibus dicitur. Quid hic
ſtatis tota die ocioſi? Ac ſi aperte dicatur. Et ſi deo uiue
re in puericia & in iuuentute noluiſtis: ſaltem in ultima
ætate reſipiſcite: & ad uitæ uías quū iam multum labo
raturi non eſtis: uel ſero uenite. Et tales ergo paterfamī
lias uocat. & plærumq; ante remunerantur: quia prius
ad regnum de corpore exeūt q̄ ij qui iam in puericia uo
cati eſſe uidebantur. An nō ad undecimam uenit latro:
qui & ſi nō habuit per ætatem: habuit tamē ſero per pœ
nam. qui deum in cruce conſeſſus eſt. & pene cum uo
ce ſententiæ ſpīritum exalauit uitæ. A nouiſſimo autē
reddere denarium pater familias cepit: quia ad paradīſi
requiem prius latronem q̄ Petrum perduxit. Quāti pa
tres ante legem. quantī ſub lege fuerunt: & tñ ij qui in
domini aduentu uocati ſunt: ad cœlorum regnum ſine
aliqua tarditate peruenerunt. Eundē ergo denariū acci
piūt: qui laborauerūt ad undecimā: quē expectauerūt to
to deſiderio: q̄ laborauerūt ad primā: q̄ equalē uitę eter

Textus.

ne retributionem sortiti sunt cum ijs qui a mundi initio uocati fuerant ij: qui in mundi termino ad fidem uenerunt. Vnde & ij qui in labore præcesserunt: murmurantes dicunt. Hi nouissimi una hora fecerunt: & pares nobis illos fecisti: qui portauimus pondus diei & æstus. Pondus enim diei & æstus portauerunt ij: quos a mundi initio quia diu hic contigit uiuere: necesse etiam fuerat longiora carnis tentamenta tolerare. Vnicuique enim pondus diei & æstus ferre est: per longioris uitæ tempora carnis suæ calore fatigari. Sed quæri potest quomodo murmurasse dicti sunt: qui saltem sero ad regnū uocantur. Cælorum enim regnum nullus murmurans accipit. nullus qui accipit: murmurare potest. Sed quia antiqui patres usque ad aduentū dñi quilibet iuste uixerunt: ducti ad regnum nō sunt: nisi ille descenderet: qui paradisi claustra hoībus interpositiōe suæ mortis aperiret. Eorum ergo hoc ipm murmurasse est: q̄ & recte pro percipiēdo regno uixerunt: & tamdiu a percipiēdo dilati sunt. Quos enim post peractam iustitiam inferni loca quāuis tranquilla susceperunt: eis profecto & laborasse fuit in uinea & murmurasse. Quasi ergo post murmuratiōē denarium accipiunt: qui post longa inferni tēpora ad gaudia regni peruenerūt. Nos autē qui ad undecimā uenimus: post laborem nō murmuramus: & denariū accipimus: quia post mediatoris aduentū in hoc mundo uenientes ad regnum ducimur: mox ut de corpore eximus. & illud sine mora percipimus: quod antiqui patres cū magna percipere delectatione meruerūt. Vnde & idem paterfamilias dicit. Volo & huic nouissi.

Textus.

mo dare: sicut & tibi. Et quia ipsa regni perceptio eius est
bonitas uoluntatis: recte subiungit. Aut non licet mihi *Textus*
quod uolo facere. Stulta enim est questio hominis contra beni-
gnitatem dei. Conquerendum quippe esset non si daret: quod
deberet: sed si non daret: quod debuerit. Vnde aperte sub-
ditur. An oculus tuus nequa est: quia ego bonus sum? *Textus.*
Nemo autem se de opere, nemo de tempore extollat: quum
hac expleta sententia subsequenter ueritas clamet. Sic erunt
nouissimi primi & primi nouissimi. Ecce enim & si iam *Textus.*
scimus quae uel quanta bona egimus: adhuc supernus iu-
dex qua subtilitate haec examinet ignoramus. Et quidem
gaudendum cuique summo opere est in regno dei esse se uel ul-
timum. Sed post haec terribile est ualde quod sequitur.
Multi enim sunt uocati: pauci uero electi. quia & ad fi- *Textus.*
dem multi ueniunt: & ad caeleste regnum pauci perdu-
cuntur. Etenim ad hodiernam festiuitatem quam multi conue-
nimus. ecclesiae parietes implemus. sed tamen quis sciat quam
pauci sunt: qui in illo electorum dei grege numerentur?
Ecce uox omnium christum clamat: sed uita omnium non cla-
mat. Plerique deum uocibus sequuntur. moribus fugiunt.
Hinc etenim ad Titum Paulus dicit. Qui confitetur se *Thimo. i.*
nosse deum: factis autem negat. Hinc Iacobus ait. Fides si-
ne operibus mortua est. Hinc per psalmistam dominus dicit. *Jacobi. ij.*
Annunciaui & locutus sum: multiplicati sunt super nu- *ps. xxxij.*
merum. Vocante autem domino super numerum multiplicatur
fideles: quia non nunquam etiam in ad fidem ueniunt: qui ad ele-
ctorum numerum non pertingunt. Hic enim fidelibus per con-
fessionem admixti sunt: sed propter uitam reprobam illic
numerari in sorte fidelium non merentur. Hoc ouile san-

et ecclesiæ hædos cū agnis recipit. Sed attestante euā-
gelio quū iudex uenerit; bonos a malis separat; sicut pa-
stor segregat oues ab hædis. Neque etenim possunt qui
hic carnis suæ uoluptatibus seruiunt; illic in ouīū gre-
ge numerari. Illic eos a sorte humiliū iudex separat qui
se hic in superbæ cornibus exaltant. Regnum cœlorū
percipere nequeunt; qui hic & in cœlesti fide positi toto
desiderio terrena quærunt. Et multos tales intra ecclesi-
am fratres charissimi cernitis; sed eos neque imitari neque
despicere debetis. Quid enī sit hodie aspicitis; sed quid
cras futurū sit unusquisque nescitis. Plarūque & qui post
nos uenire cernitur; per agilitatem nos boni operis ante
cedit; & uix eum cras sequimur; quē hodie perire uide-
bam. Ecce quum Stephanus pro fide moreretur; Sau-
lus lapidantiū uestimenta seruabat. Omnīū ergo mani-
bus ipse lapidauit; qui ad lapidandū omnes exertos reddi-
dit; & tñ eundem ipm in sancta ecclesia laboribus ante-
cessit; quem persequēdo martyrem fecit. Duo ergo sūt;
quæ pensare sollicitē debemus. Quia enim multi uoca-
ti; sed pauci electi sunt; primū est ut de se quisque minime
præsumat. quia & si iam ad fidē uocatus sit; utrū perē-
ni regno dignatus sit nescit. Secundū uero est ut unus-
quisque proximū; quem fortasse iacere in uitis conspiciat
desperare nō audeat; quia diuinæ misericordiæ diuitias
ignorat. Rem fratres quæ nuper contigit; refero; ut si
uos peccatores ex corde esse cōspicitis; oīpotētis dei mi-
sericordiā amplius ametis. Pñti anno in monasterio meo
quod iuxta beatorum martyrum Ioannis & Pauli ecclesiā
situm est; frater quidam ad cōuersionē uenit. Deuote su

sceptus est: sed ipse deuotius conuersatus. Hunc ad monasteriū frater eius corpore nō corde secutus est. nā ualde conuersatiōis uitam & habitum detestans: in monasterio ut hospes habitabat. & monachorū uitam moribus fugiens recedere a monasteriū habitatione nō poterat: quia uel quid ageret. uel unde uiueret non habebat. Erat prauitas eius cūctis onerosa: sed hunc omnes equanimiter pro fratris eius amore tolerabant. Nam superbus & lubricus siqua post hoc sæculum uita sequeretur nesciebat. Irridebat enim: si quis illi hanc prædicare uoluisset. Itaq; cum habitu sæculari uiuebat in monasterio. uerbis leuis. nutibus instabilis. mente tumidus. uelut compositus. actione dissipatus. Mense autē Iulio nuper elapso huius: quam nostis: pestilentiaē clade percussus est. Qui adueniēs urgeri cepit ut animam redderet. & ultima iam corporis parte præmorta uitalis uirtus in solo pectore & lingua remanserat. Fratres aderant: eiusq; exitum in quantum deo largiente poterant: oratione tuebantur. At ille subito ad deuorandum se draconem uenire conspiciens magnis cepit uocibus clamare dicens. Ecce draconi ad deuorandum datus sum. propter uestram autem præsentiam deuorare me non potest. Quid mihi moras facitis? Date locum ut ei deuorare me liceat. Quumq; hunc fratres ut sibi signum crucis imprimeret admonerent: Respondebat uirtute qua poterat dicens. Volo me signare: sed non possum: quia a Dracone premor. *Suma* ergo oris eius *fallit* faciem meam liniunt. guttur meum ore eius suffocatur. Ecce ab eo brachia mea cōprimuntur: qui & caput

meum in suo ore absorbit. Quūq; hæc pallens & tre-
 mens & moriens diceret: ceperunt fratres uehementi-
 us orationi insistere: & oppressum draconis præsentia
 suis precibus adiuuare. Tum repente liberatus magnis
 cepit uocibus clamare dicens. Deo ^{facto} gratias. Ecce disces-
 sit, ecce exiit, ante orationes uestras fugit draco: qui me
 acceperat. Mox autem seruiturum se deo & monachū
 fore deuouit. atq; a tempore illo nunc usq; febribus pre-
 mitur, dolore fatigatur. Morti quidem subtractus est:
 sed adhuc plenius uitæ restitutus non est. Quia enim
 longis & diuturnis iniquitatibus pressus est: longo lan-
 guore fatigatur. & durum cor ignis purgationis duri-
 us concremat: quia diuina dispensatione agitur ut pro-
 lixiora uitia egritudo prolixior exurat. Quis unquam il-
 lum seruari ad conuersationem crederet? Quis tantum
 dei misericordiam considerare sufficiat? Ecce iuuenis
 prau⁹ draconem uidit in morte: cui seruauit in uita, nec
 uidit ut uitam funditus perderet: sed ut cui seruierat sci-
 ret, sciendo resisteret, ipmque resistendo superaret. & eū:
 quoniam prius tenebatur: uidit: postea ne teneretur. Que
 ergo lingua narrare uiscera diuinæ misericordiæ suffi-
 ciat? Quis spiritus ad tantæ pietatis diuitias non obstu-
 pescat? Has diuinæ pietatis diuitias cōsiderauit. Psal-
 mista quum diceret. Adiutor meus tibi psallam: quia
 tu deus susceptor meus, deus meus, misericordia mea.
 Ecce perpendens in quibus laboribus humana sit uita
 constituta deum appellat adiutorem. Et quia a tribula-
 tione præsentī in requiem æternā nos suscipit: appellat
 etiam susceptorē. Sed considerans q̄ mala nostra aspi-

cit & portat culpas nostras tolerat; & in nos per patientiam ad præmia reservat: noluit deum misericordem dicere: sed hunc ipsam misericordiam uocauit dicens. Deus meus. misericordia mea. Reuocemus ergo ante oculos mala quæ fecimus. Pensemus ex quanta dei benigntate toleramur. consideremus quæ sunt pietatis eius uiscera: ut non solum culpas indulgeat: sed cæleste regnum penitentibus etiam post culpas promittat. atque ex omnibus medullis cordium dicamus singuli, dicamus omnes Deus meus. misericordia mea. Tu autem domine miserere nostri.

¶ Dominica in sexagesima.

¶ Ex euangelio lucæ octauo capite.

In illo tempore. ^{dominica} Quum turba conueniret: & de ciuitatibus ^{dominica} properaret ad iesum: dixit per similitudinē. Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat: aliud cecidit secus uiam: & conculcatum est: & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit: quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul ^{dominica} exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplū. Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabant autē eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei. cæteris autē in parabolis: ut uidentes non uideant. & audientes non intelligant. Est autē hæc parabola. Semen est uerbum dei. Qui autē secus uiam hi sunt: qui audiūt:

medulla. c.

deinde uenit diabolus & tollit uerbum de corde eorum
ut credentes salui fiant. Nam qui supra petram, qui quā
audierint: cum gaudio suscipiunt uerbum, & hi radices
nō habent: quia ad tempus credunt: & in tempore tenta
tionis recedunt. Quod autē in spinas cecidit: hi sunt qui
audierint: & a sollicitudinibus & diuitiis & uoluptatibus
uitae euntes suffocantur, & nō referunt fructum. Quod
autē in bonam terram: hi sunt: qui in corde bono & opti
mo audientes uerbum retinent: & fructum afferunt in
patientia.

¶ Homelia beati Gregorii pape.



Lectio sancti euangelii: quā modo fratres cha
rissimi audistis: expositione non indiget: sed
āmonitione. Quam enim per semetip̄am ue
ritas exposuit: hanc discutere humana fragilitas nō prae
sumit. Sed est quod sollicite in hac ip̄a expositione dñi
ca pensare debeat. Quia si nos uobis semen uerbum.
Agrum mundum. Volucres demonia. spinas diuitias
significare diceremus: ad credendum nobis mens uestra
forsitan dubitaret. Vnde & idem dñs per semetip̄m di
gnatus est exponere quod dicebat: ut discatis rerum si
gnificationes quærere in ijs etiā quæ per semetip̄m uo
luit explanare. Exponēdo ergo quod dixit figurate se lo
qui innotuit: quatinus certos uos redderet: quum uobis
nostra fragilitas uerborum illi⁹ figuras aperiret. Quis
enim mihi unquam crederet: si spinas diuitias interpre
tari uoluissē: maxime quum ille pungat: & iste dele
ctent. Et tamen spinæ sunt: quia cogitationum suarum

punctionibus mentem lacerant. & quum usq; ad peccatū pertrahunt: quasi inflicto uulnere cruentant. Quas bene hoc in loco alio euangelista testante nequaquā dominus diuitias: sed fallaces diuitias appellat. Fallaces sūt quæ mentis nostræ inopiam nō expellunt. Sole autē diuitiæ ueræ sunt: que nos diuites uirtutibus faciunt. Si ergo fratres charissimī diuites esse cupitis: ueras diuitias amate. Si culmen uerī honoris quæritis: ad cæleste regnum tendite. Si gloriā dignitatum diligitis: in illa superna angelorum curia ascribi festinate. Verba dei: quæ aure percipitis: mente retinete. Cibus enim mentis sermo dei est. & quasi acceptus cibus stomacho languente reicitur: quando auditus sermo in uentre memoriæ non tenetur. Sed quisquīs alimenta non retinet huius uita profecto desperatur. Eternæ ergo mortis periculum formidate: si cibum quidem sanctæ exhortationis accipitis: sed uerba uitæ. idest alimenta iustitiæ in memoria non tenetis. Ecce transit omne quod agitis. & ad extremum iudiciū sine ulla momenti interpositione quotidie uolētes nolētesq; properatis. Cur ergo amatur: quod reliquitur? Cur negligitur quo peruenitur? Memētote quod dicit. Si quis habet aures audiēdi audiāt. Oēs enī qui illī caderant: aures corpīs hēbant. Sed qui cūctis aures habētibus. Siquis habet aures audiēdi audiāt dicit: aures proculdubio cordis requirit. Curate ergo ut acceptus sermo in cordis aure remaneat. Curate ne semen iuxta uiam cadat: ne malignus spūs ueniat: & a memoria uerbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat: & fructum boni operis sine radicibus perseuerā-

Matthæi, xij.

Tertius

^{placet}
tiae mittat. Multis enim libet quod audiunt. boni operis
initia praeposunt: sed mox ut fatigari aduersitatibus ce-
perint: inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humo-
rem non habuit quae hoc quod germinauerat: ad fructum
perseuerantiae non perduxit. Multi namque quum uerbum
contra auariciam audiunt: eandem auariciam detestantur
rerum omnium contemptum laudant: sed mox ut uiderit ani-
mus quod concupiscat: obliuiscitur quod laudabat. Mul-
ti quum uerbum contra luxuriam audiunt: pollutiones car-
nis non solum perpetrare non appetunt: sed etiam perpetra-
tas erubescunt. Sed mox ut carnis species eorum oculis ap-
pareat: sic mens ad desiderium rapitur: ac si ab ea nihil sit
contra haec eadem desideria deliberatum. Et dannada egit:
quae (quicquid egisse se meminit) iam & ipsa dannauit.
Saepe etiam contra culpas compungimur: & tamen post fletum
ad culpas redimus. Sic Balaam Israelitici populi taber-
nacula contemplantur fleuit: eisque se similem fieri in morte
depoposcit dicens. Moriatur anima mea morte iusto-
rum. & fiant nouissima mea istorum similia. Sed mox:
ut hora compunctionis transiit: in auaritiae nequiciam
exarsit. nam propter promissa munera in eius populi mor-
tem consilium dedit: cuius morti in morte se fieri simi-
lem optauit. Et oblitus est quod planxerat: quum extin-
guere noluit quod per auariciam ardebat. Notandum ue-
ro est quod exponens dominus dicit. quia sollicitudines & uo-
luptates & diuitiae suffocant. Suffocant enim: quia importunis
cogitationibus suis guttur mentis strangulant. & dum
bonum desiderium intrare ad cor non sinunt. quasi adi-
tum flatus uitalis necant. Notandum etiam quod duo sunt

quæ diuitiis iungit sollicitudines uidelicet & uolupta^{res delina}tes. quia profecto & per curam mentem opprimunt. & per affluentiam resoluunt. Res enim contrariæ possessio^{res abundantes} res suos afflictos & lubricos faciunt. Sed quia uoluptas conuenire non potest cum afflictione: aliquo quidem tempore per custodiæ suæ sollicitudinem affligunt. atque alio per abundantiam ad uoluptates emolliunt. Terra autem bona fructum per patientiam reddit: quia scilicet nulla sunt bona quæ agimus: si non æquanimiter etiam proximorum mala toleramus. Quanto enim quisque altius profecerit: tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet. Quia quum a præsentis sæculi mentis nostræ delectatio deficit: eiusdem sæculi aduersitas crescit. Hinc est enim quod pluresque cernimus & bona agere: & tamen sub graui tribulationum fasce desudare. Terrena namque iam desideria fugiunt: & tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta uocem domini fructum per patientiam reddunt: quia quum humiliter flagella sustinet: ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic uua calcibus tunditur: & in uini saporem liquatur. Sic oliua contusionibus expressa amurcam suam deferit: & in olei liquorem pinguescit. ^{liquor p. olæ} Sic per trituram areæ a paleis grana separantur: & ad horreum purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plene uitia uincere: studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare: ut tanto post ad iudicium mundior ueniat: quanto nunc eius rubiginem durior ignis tribulationis purgat. **IN EA PORTICV**: qua euntibus ad ecclesiam beati Clementis est uia: fuit quidam Seruulus nomine: quem multi uestrum mecum nouerunt: rebus

pauper. meritis diues. quem longa ægritudo dissolue-
rat. nam a primæ uæ ætate usq; ad finem uitæ paraliticus <sup>interpres
dissoluitur</sup>
iacebat. Quid dicam? quia stare nō poterat. qui nūquā
in lecto suo surgere uel ad sedendum ualebat. nunquā
manum suam ad os suum ducere. nunquā se potuit in
latus aliud declinare. Huic ad seruiendū mater cū fra-
tre aderat. & quicquid ex elemosyna potuisset accipere:
hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquā lit-
teras nouerat: sed scripturæ sacræ sibi met codices eme-
rat. & religiosos quosq; in hospitalitatē suscipiens: hos
coram se legere sine intermissiōe faciebat. Factumq; est
ut quantum ad ^{memorantes} mensuram propriā plene scripturam sa-
cram disceret: quū (sicut dixi) litteras fundit⁹ ignora-
ret. Studebat ī dolore semper gratias agere. hymnis &
laudibus diebus ac noctibus uacare. Sed quū tempus
esset ut tanta eius patientia remunerari debuisset: mem-
brorū dolor ad uitālia rediit. Quūq; se morti proximū
agnouit: peregrinos atq; in hospitalitatē receptos amo-
nuīt ut surgerent: & cū eo psalmos pro expectatione sui
exitus decantarent. Quūq; cum eis & ipse moriens psal-
leret: uoces psallentium repente cōpescuit cum terrore
magno clamoris dicens. Tacete. tacete. nunquid non au-
ditis quātæ resonant laudes in cœlo? Quūq; ad easdem
laudes: quas intus audierat: aurem cordis intēderet: san-
cta illa anima carne soluta est. Sed exeunte illa tanta illic
fragrantia odoris aspersa est: ut omnes qui illic aderant
inextimabili suauitate replerentur: ita ut per hoc paten-
ter agnoscerēt q; eam laudes in cœlum suscepissent. Cui
rei monachus noster interfuit: qui nūc usq; uiuit. & cū

magno fletu attestari solet: quia quousque corpus eius sepultura tradent: ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit. Ecce quo fine ex hac uita migrabit: qui hic æquanimitè flagella tolerauit. Iuxta uocem ergo dominicam bona terra fructum per patientiam reddit quæ ex arata disciplinæ uomere ad remunerationis segetem peruenit. Sed uos rogo attendite fratres quod exultationis argumentum in illo districto iudicio habituri sumus nos: quia a bono opere torpentes & res & manus accepimus: si præcepta domini egenus & sine manibus impleuit. Non contra nos dominus apostolos ostendat: qui ad regnum secum fidelium turbas prædicando traxerunt. non contra nos martyres exhibeat: qui ad celestem patriam sanguinem fundendo peruenerunt. Quid tunc dicturi sumus quum hunc de quo locuti sumus: Seruulum uiderimus? Cui longus languor brachia tenuit: sed tamen hæc a bono opere non ligauit. Hæc uobiscum fratres agite. Sic uos ad studium boni operis instigate: ut quum uobis modo bonos ad imitandum proponitis: eorum tunc cōsortes esse ualeatis. Tu autem domine.

¶ Dominica in quinquagesima.

¶ Ex euangelio Lucæ uigesimo octauo capì.

In illo tpe. Assumpsit iesus duodecim discipulos suos: & ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam. & consumabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus: & illudetur. & flagellabitur & conspuetur. Et postquam flagellauerint: occident eum: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat enim uerbum istud abscon-

ditum ab eis. & non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem quum appropinquaret Hierico: cæcus quidam sedebat secus uiam mendicans. Et quum audisset turbam prætereuntem; interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei q̄ Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibant; increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat. Fili Dauid miserere mei. Stans autē Iesus iussit cæcum adduci ad se. Et quum appropinquaret; interrogauit eum dicēs. Quid tibi uis faciam. At ille dixit. Domine ut uideam. Et dixit illi; respice. fides tua te saluū fecit. Et confestim uidit; & sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit dedit laudē deo.

¶ Homelia beati Gregorii pape.

Redemptor noster præuidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos eis ^{et} longe ante eiusdem passionis poenā & resurrectionis suæ gloriā prædicat: ut quum morientem sicut predictum est cernerent; etiam resurrecturum ^{esset} nō dubitarent. Sed quia ^{v. poterant} carnales adhuc discipuli nullo modo ualebant capere uerba mysteriū; uenitur ad miraculum. Ante oculos cæcus lumen recepit: ut qui cælestis mysteriū uerba non caperent; eos ad fidem cælestia facta ^{et facta} solidarent. Sed miracula domini & saluatoris nostri sic accipienda sunt fratres mei: ut & in ueritate credantur ^{et} facta; & tñ per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe eius & per potentiam aliud ostendunt; & per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta hīstoriam cæcus iste fuerit ignoramus; sed tamē quid per

myſterium ſignificet nouimus. Cætuſ quippe eſt ge-
nuſ humanũ: quod in parẽte primo a paradifiſ gaudiis
expulſum claritatẽ ſupernæ lucis ignorans dānationis
ſuæ tenebras patitur, ſed tamẽ per redẽptoriſ ſui præſẽ-
tiã illuminatur: ut æternæ lucis gaudia iam per deſide-
riũ uideat: atq; in uiam boni operis grefſuſ ponat. Notã-
dum uero eſt q; quũ ieſuſ Hierico appropinquare dicit̃
cæcuſ illuminatur. Hierico quippe interpretatur luna.
Luna autẽ in ſacro eloquio pro defectu ponitur carniſ.
quia dum menſtruĩſ momentis decreſcit: defectum no-
ſtre mortalitatis deſignat. Dum igitur conditor noſter
appropinquat Hierico: cæcuſ ad lumen redit, quia dũ
diuinitaſ defectum noſtræ carniſ ſuſcepit: humanũ ge-
nuſ lumen: quod amiſerat: recepit. Vnde enim deuſ hu-
mana patitur: inde homo ad diuina ſubleuat̃. Qui uide-
licet cæcuſ recte & iuxta uiam ſedere: & mendicans eſſe
deſcribit̃. Ipſa enim ueritaſ dixit, Ego ſum uia. Qui ergo Joãniſ, xliij,
æternæ lucis claritatẽ nescit: cæcuſ eſt. Sed ſi iam in re-
demptorẽ credidit: ſed ut æternũ lumẽ recipiat rogate
diſſimulat: atq; a precibꝰ ceſſat: cæcuſ equidẽ iuxta uia
ſedet: ſed minime mēdicat. Si uero & credidit & exorat:
& iuxta uiam ſedet cæcuſ: & mēdicat. Quiſquĩſ ergo cẽ-
citatiſ ſuæ tenebras agnoſcit. quiſq; hoc: qđ ſibi deeſt:
lumẽ æternitatis intelligit: clamet medullis cordiſ. cla-
met uocibꝰ mēciſ ieſu fili dauid miſerere mei. Sed quid
clamati cæco ſubiungit̃ audiamꝰ. Et qui præibāt incre-
pabāt eum ut taceret. Quid autẽ ſignificāt iſti: qui ieſum
uenientẽ præcedũt: niſi deſiderioꝝ carnaliũ turbati:
multuſq; uitiorũ. Qui priuſ q̃ ieſuſ ad cor nřm ueniat:

Textus,

tentationibus suis cogitationē nostram dissipant. & uoces cordis in oratione perturbant. Sepe namq; dum conuertit ad dñm post perpetrata uitia uolum⁹. dum cōtra hęc eadem exorare uitia: quæ perpetrauim⁹: conamur: occurrunt cordi nro phantasmata peccatorū quæ fecimus. mētis nostræ aciem reuerberāt. cōfundūt animū: & uocem nostræ deprecationis premunt. Qui pręibat ergo increpabāt eū ut taceret. Quia priusq; iesus ad cor nrm ueniat: mala quæ fecimus: cogitationi nostræ suis imaginibus illisa in ipsa nostra nos orōne cōturbant. Sed quid ad hæc illumināndus cæcus fecit audiam⁹. Sequit⁹. Ipse uero multo magis clamabat. Fili Dauid miserere mei. Ecce quem turba increpat ut taceat: magis ac magis clamabat. quia quanto grauiori tumultu cogitationū carnaliū premimur: tanto orationi insistere ardēt⁹ debemus. Contradicit turba ne clamemus. quia peccatorū nostros phantasmata plerūq; in oratiōe patimur. Sed nimirū necesse est ut uox cordis nostri quo durius repellitur: ualentius insistat: quatinus cogitationis illi- cite tumultum superet: atq; ad pias aures dñi uimietate suæ importunitatis erūpat. In se: ut suspicor: recognos- cit unusquisq; quod dicimus. quia dum ab hoc mūdo animū ad deum mittimus: dum ad orōnis opus cōuertimur: ipsa quæ prius delectabilia gessim⁹: iportuna post & grauiā in orōne toleramus. Vix eorū cogitatio manu sancti desiderii ab oculis cordis abiicitur. uix eorū phantasmata per poenitentia lamenta superātur. Sed quum in oratione nostra uehementer insistimus: transeuntem. Iesum figimus. Vnde illic subditur. Stans autem iesus

Tertus.

Tertus

iussit illum adduci ad se. Ecce stat qui ante transibat. quia
dum adhuc turbas fantasmatum in oratione patimur: lesum
aliquatenus transire sentimus. Quum uero orationi uehe-
menter insistimus: stat iesus ut lucem restituat. quia de-
us in corde figitur: & lux amissa reparatur. Quia tamen in re
& aliud aliquid nobis dominus inuit: quod intelligi de huma-
nitate ac diuinitate illius subtiliter potest. Clamant etenim
caecum transiens audiuit: sed stans miraculum illumina-
tionis exhibuit. Transire namque humanitatis est. stare di-
uinitatis. Per humanitatem quippe habuit nasci. crescere
mori. resurgere. de loco ad locum uenire. Quia ergo in
diuinitate mutabilis non est: atque hoc ipsum mutare transi-
re est: profecto iste transitus ex carne est: non ex diuinitate
Per diuinitatem uero stare est: quia ubique praesens nec per
motum uenit. nec per motum recedit. Caecum igitur cla-
mantem dominus transiens audit. stans illuminat: quia non solum
per humanitatem suam uocibus nostrae caecitatis compatiendo
misertus est: sed & lumen gratiae nobis per diuinitatis po-
tentiam infudit. Et notandum quid caeco uenienti dicat.
Quid tibi uis faciam? Numquid qui lumen reddere poterat:
quid uellet caecus ignorabat. Sed peti uult hoc quod & nos
petere & se concedere praenoscat. Importune namque ad orati-
onem nos ammonet: & tamen dicit. Scit namque pater ueliter quid
opus sit uobis antequam petatis eum. Ad hoc requirit: ut
petatur: ad hoc requirit: ut cor ad orationem excitet. Unde
& caecus protinus adiungit. Domine ut uideam. Ecce caecus
a domino non aurum: sed lucem querit. Parui petit extra lucem ali-
quid petere: quia & si habere caecus quodlibet potest: sine luce tamen
non potest uidere quod habet. Imitemur igitur fratres charissimi etiam

Textus.

Textus.

quem & corpore audiuimus & mente saluatum. Non
falsas diuitias. nō terrena dona. non fugitiuos honores a
dñō: sed lucem quæramus. Nec lucem: quæ loco clau-
ditur: quæ tēpore finitur. quæ noctium interruptione
uariatur. quæ a nobis cōmuniter cum pecoribus cer-
nitur: sed lucem quæramus: quā uidere cum solis ange-
lis possimus. quā nec initium inchoat. nec finis angu-
stat. Ad quā profecto lucem uia fides est. Vnde recte &
illuminādo cæco protinus respondetur. Respice. fides
tua te saluum fecit. Sed ad hæc cogitatio carnalis dicit.
Quomodo possum lucem spūalem quærere: quā uide-
re nō possum? Vnde mihi certum est si sit: quæ corpo-
reis oculis nō infulget? Cui scilicet cogitatiōi est: quod
breuiter quisq; respondeat dicens. quia & hæc ipa quæ
sentit: nō per corpus: sed per aīam cogitat. Et nemo suā
animā uidet: nec tñ se dubitat habere animā quā non ui-
det. Ex inuisibili anima uisibile regitur corpus. Si aufe-
ratur quod est inuisibile: protinus corruiat hoc quod ui-
sibile stare uidebat. Ex inuisibili ergo substantia in hac
uita uisibili uiuitur: & esse uita inuisibilis dubitat. Sed
iam petenti cæco quid factū est. uel quid ipse fecit audia-
mus. Sequit. Et cōfestim uidit: & sequebat eum. Videt
& sequitur qui bonū quod itelligit operatur. Videt autē:
sed nō sequit: qui bonū quidē itelligit: sed bona opari cō-
tēnit. Si ergo fratres charissimi cæcitātē iam nræ pere-
grinationis agnoscimus. si credēdo in redēptoris nostri
mysteriū iuxta uiam sedemus. si exorando quotidie ab
auctore nostro lucem petimus. si eandē lucem iam per
itellēctū uidēdo: illuminati post cæcitātē sumus: Iesum

Textus.

Textus

quem mēte cernimus: opere sequamur. Aspiciam⁹ quo
graditur: & eius uestigia imitādo teneamus. Iesum enī
sequitur: qui imitatur. Hinc nāq; dicit. Sequere me: & *Mathei, viij.*
dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Sequere enī di
citur imitare. Hinc rursus amonet dicens. Si quis mihi
ministrat: me sequatur. Cōsideremus quo graditur: ut *Joānis, xij.*
sequi mereamur. Ecce quum sit dñs & creator angelo
rū: suscepturus naturā nostrā quā condidit: in uterum
uīrginis uenit. Nasci tñ in hoc mundo per diuītes no
luit. parētes pauperes elegit. Vnde & agnus: qui illo of
feretur: defuit. colūbarū pullos & par turturū ad sacri
ficiū mater inuenit. Prosperari in mundo noluit. op
probria. irrisionesq; tolerauit. Sputa. flagella. alapas: spi
neam coronam. crucem sustinuit. Et qui rerum corpo
ralium delectatione a gaudio interno cecidimus: cū qua
amaritudine illuc redeatur ostendit. Quid itaq; homo
pro se pati debet: si tanta deus pro hominibus pertulit?
Qui ergo in xpm iam credit: si adhuc avariciæ lucra se
ctatur. in superbiam honoris extollitur. inuidiæ facib⁹
inardescit. libidinis imundicia polluitur. prospera quæ
in mūdo sunt: concupiscit: Iesum: in quem credit: sequi
contemnit. Diuerso quippe itinere ambulat. si gaudia
delectationesq; appetit: cui dux suus uiam amaritudinis
ostendit. Reuocemus ergo ante oculos peccata quæ fe
cimus. Consideremus q̄ terribilis iudex hæc punitur⁹
adueniat. Mentem formemus ad lamenta. uita nostra
ad tempus amarescat in poenitentia: ne æternam amari
tudinem sentiat in uindicta. Per fletus quippe ad gau
dia perducimur ueritate pollicente: quæ ait. Beati qui *Mathei, v.*

ludent: quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum uero per
gaudia perducimur ueritate pollicente quæ ait. Ve uo-
bis: qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Si ergo re-
tributionis gaudium in ^{peruentione} peruentione querimus: poeni-
tentiae amaritudinem in uia teneamus. Sicq; fit ut nō so-
lum nostra in deum uita proficiat: sed hæc ipsa nostra cō-
uersatio ad laudem dei & alios accendat. Vnde illic sub-
ditur. Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo.

¶ Dominica prima in quadragesima.

Ex euangelio Matthei quarto capite.



In illo tempore. Duct⁹ est iesus in desertum
a spiritu: ut tentaretur a diabo. Et quum ie-
iunasset quadraginta diebus & quadraginta
noctibus: postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei. Si
filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Qui respon-
dens dixit. Scriptum est. Non in solo pane uiuit homo:
sed in omni uerbo quod procedit ex ore dei. Tūc assump-
sit eum diabolus in sanctam ciuitatem. & statuit eum
supra pinnaculum templi: & dixit ei. Si filius dei es: mīt-
te te deorsum. Scriptum est enim: quia angelis suis mā-
dauit de te. & in manibus tollēt te: ne forte offendas ad
lapidem pedem tuum. At illi iesus rursum. Scriptū est
Non tentabis dominū deum tuum. Iterum assumpsit
eum diabolus in montem excelsum ualde: & ostendit ei
omnia regna mundi & gloriam eorum: & dixit ei. Hæc
omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei
iesus. Vade Sathana. Scriptum est enim dñm deū tuū
adorabis. & illi soli seruiēs. Tunc reliquit eum diabolus

& ecce angeli accesserunt & ministrabant ei.

¶ Homelia beati Gregorii pape.

Vbitari a quibusdam solet: a quo spiritu sit iesus ductus in desertum propter hoc quod subditur. Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Et rursus assumpsit eum in montem excelsum. Sed uere & absque ulla quaestione conuenienter accipitur: ut a sancto spiritu in desertum ductus credatur ut illuc eum suus spiritus duceret: ubi hunc ad tentandum spiritus malignus inueniret. Sed ecce quum dicitur deus homo uel in excelsum montem uel in sanctam ciuitatem a diabolo assumptus: mens refugit. humanæ hoc audire aures expauescunt. Qui tamen non incredulitas ista cognoscimus: si in illo & alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium diabolus caput est. & huius capitis membra sunt omnes iniqui. An non diaboli membra fuit Pilatus? An non diaboli membra iudei persequentes & milites crucifigentes fuerunt? Quid ergo mirum si se ab illo permisit in montem duci: qui se pertulit etiam & a membris illius crucifigi? Non est ergo indignum redemptori nostro quod tentari uoluisset: qui uenerat occidi. Iustum quippe erat ut sic tentationes nostras suis tentationibus uinceret: sicut mortem nostram uenerat sua morte superare. Sed sciendum nobis est quod tribus modis tentatio agitur. suggestione. delectatione. consensu. Et nos quum tentamur: plerumque in delectationem. aut etiam in consensum labimur: quia ex carnis peccato perpagati in nobis etiam ipsis gerimus: unde certa-

mina toleramus. Deus uero: qui in utero uirginis incar-
 natus in mundum sine peccato uenerat: nihil contradi-
 ctionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per sugge-
 stionem potuit: sed eius mentem peccati delectatio non
 momordit, atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris,
 non intus fuit. Sed si ipsum ordinem tentationis eius aspi-
 cimus: pensemus quanta magnitudine nos a tentatione
 liberamur. Antiquus hostis contra primum hominem pa-
 rentem nostrum in tribus se tentationibus erexit. quia hunc
 uidelicet gula, uana gloria & auaricia tentauit: sed tenta-
 do superauit: quia sibi eum per consensum subdidit. Ex
 gula quippe tentauit: quum cibum ligni uetitum ostē-
 dit atque ad comedendum suafit. Ex uana gloria tentauit:
 quum diceret. Eritis sicut dii. Et ex profectu auariciae
 tentauit quum diceret. Sciētes bonum & malum. Aua-
 ricia enim non solum pecuniae est: sed etiam altitudinis.
 Recte enim auaricia dicitur: quum supra modum subli-
 mitas ambitur. Si enim non ad auariciam honoris rapi-
 na pertineret: nequaquam Paulus de unigenito filio di-
 ceret. Non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo.
 In hoc ergo diabolus ^{p. adas} parentem nostrum ad superbiam tra-
 xit: quod eum ad auariciam ^{p. aduipidit} sublimitatis excitauit. Sed qui-
 bus modis primum hominem strauit: eisdem modis secu-
 do homini tentato succubuit. Per gulam quippe tentat
 quum dicit. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Per
 uanam gloriam tentauit: quum dicit. Si filius dei es: mitte te
 deorsum. Per sublimitatis auariciam tetat: quum omnia regna
 mundi ostēdit dicens. Haec omnia tibi dabo: si proinde adoraue-
 ris me. Sed eisdem modis a secundo homine uincit: quod pri-

mum se uicisse gloriabatur: ut a nostris cordibus ipso
aditu captus exeat: quo nos aditu intromissus tenebat.
Sed aliud est fratres charissimi: quod in hac tentatione
dominica considerare debeamus. quia tentatus a diabo
lo dominus sacri eloqui precepta respondit. Et qui eo
uerbo quod erat: tentatorem suum mergere in abyssum
poterat: uirtutem suae potentiae non ostendit. Sola diui
nae scripturae precepta edidit: quatinus suae nobis patien
tiae praeberet exemplum: ut quotiens a prauis homini
bus aliquid patimur: ad doctrinam excitemur potius quam
ad uindictam. Pensate quanta est patientia dei. quanta est
impatientia nostra. Nos si iniuriis. aut aliqua lesione pro
uocamur: furore permoti quantum possumus nos met
ipso ulciscimur. aut quod non possumus facere. mina
mur. Ecce aduersitatem diaboli dominus pertulit: & ni
hil ei nisi mansuetudinis uerba respondit. Portat quem
punire poterat: ut hoc in laudem eius altius cresceret: si
hostem suum non extinguendo: si interim patiendo su
peraret. Notandum uero quod subditur: quia receden
te diabolo angeli ministrabant ei. Ex qua re quid aliud quam
unius personae utraque natura ostenditur? Quia & ho
mo est: quem diabolus tentat. & idem ipse deus est: cui
ab angelis ministratur. Cognoscamus in eo igitur natu
ram nostram. quia nisi hunc diabolus hominem cerneret
non tentaret. Veneremur in illo diuinitatem suam. quia
nisi super omnia deus existeret: ei nullo modo angeli mi
nistrarent. Sed quia his diebus quadragesimae lectio con
gruit: nam quadraginta dierum abstinentiam nostri re
demptoris audiui: qui quadragesimae tempore incho

amus: discutiendum nobis est cur hæc ipsa abstinētia
per quadraginta dierum numerum custoditur. Moyses
ut legem acciperet secundo: diebus quadraginta ieiuna
uit. Helias in deserto quadraginta diebus abstīnuīt. Ipe
actor hominū ad homines ueniens in quadraginta die
bus omnino nullum cibum sumpsit. Nos quoq; in quā
tū possumus: annuo quadagesimę tempore carnem
nostram per abstinētiā affligere conemur. Cur ergo
in abstinētia quadragenarius numerus custoditur: ni
si quia uirtus decalogi per libros quattuor sancti euan
gelii adimpletur? Denarius etenim numerus quater du
ctus in quadragenarium surgit: quia tunc decalogi mā
data perficimus: quum profecto quattuor libros san
cti euangelii custodimus. Ex qua re sentiri & aliud po
test. In hoc enim mortali corpore ex quattuor elemen
tis subsistim⁹: & per uoluptates eiuldem corporis præ
ceptis dominicis contrahimus. Præcepta enim domi
nica per decalogum sunt accepta. Quia ergo per carnis
desideria decalogi mandata contempsimus: dignum est
ut eandem carnem quater decies affligamus. Quamuis
de hoc quadagesimæ tempore est adhuc aliud: quod
possit intelligi. A præsentī enim die usq; ad paschalis so
lennitatis gaudia sex hebdomadæ ueniunt: quarum uide
licet dies quadraginta duo fiunt. ex quibus dum sex di
es dominici abstinētiæ subtrahuntur: non plus in ab
stinētia q̄ triginta & sex dies remanent. Dum uero per
trecentos & sexagintaquinq; dies annus ducitur. nos
autem per triginta & sex dies affligimur: quasi anni no
stri decimas deo damus: ut qui nobismetipis per acce

ptum annum uiuimus: auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Vnde fratres charissimi sicut offerre in lege iubemini decimas rerum: ita offerre contendite & decimas dierum. Vnusquisque in quantum uirtus suppetit: carnem maceret: eiusque desideria affligat. concupiscentias turpes interficiat: ut iuxta Pauli uocem hostia uiua fiat. Hostia quippe & immolatur & uiua est: quando & ab hac uita homo non deficit: & tamen se a carnalibus desideriis occidit. Caro nos læta traxit ad culpam. afflicta reducat ad ueniam. Auctor etenim mortis nostræ per fructum ligni uetiti uitæ præcepta transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudiis per cibum cecidimus: ad hæc in quātum possumus per abstinentiam resurgamus. Sed nemo sibi eandem abstinentiam solam credat posse sufficere: quum per prophetam dominus dicat. Nonne hoc est maius ieiunium quod elegi: Subiiciens. Frange esurienti panem tuum: & egenos uagosque induc in domum tuam. Quū uideris nudum: operi eum: & carnem tuam ne despexeris. Illud ergo ieiuniū deo approbat: quod ad eius oculos manus elemosynarum leuat: quod cum proximi dilectioni agitur. quod ex pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis: alteri largire: ut unde tua caro affligitur: inde egentis caro reparetur. Hinc enim per prophetam dominus dicit. Quum ieiunaretis & plangeretis: nunquid ieiunium ieiunastis mihi: & quum comedistis & bibistis: nunquid nō uobis comedistis: & uobismetipsis bibistis: Sibi enim comedit & bibit: qui alimēta corporis quæ sūt cōmunia dona conditoris: sine indigētib⁹ per-

Romano. xij.

Esa. lviij.

Iob. s.

Esa. lviij.

capit. Et sibi quisq; ieiunat: si ea quæ sibi ad tempus subtrahit: non pauperibus tribuit: sed uentri postmodum offerenda custodit. Hinc per Iohelem dicitur. Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est adiunctis bonis aliis dignam deo abstinentiam ostendere. Cesset ira. Sopiantur iurgia. Incassum enim caro atteritur: si a prauis suis uoluptatibus animus non frenatur. quum per prophetam dominus dicat. Ecce in die ieiunii uestri inuenitur uoluntas uestra: & omnes debitores uestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis. & percutitis pugno impie. Neque enim qui a debitori suo hoc quod dedit repetit: aliquid iniustum facit: sed dignum est: ut quisquis se in penitentia macerat: etiam hoc quod iuste sibi competit: interdicat. Sic nobis afflictis & penitentibus a deo dimittitur quod iniuste egimus: si pro amore illius & hoc quod iuste competit: relaxamus.

CDominica secunda.

CEx euangelio Matthei quintodecimo capite.



In illo tempore. Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananea a finibus illis egressa clamauit dicens ei. Misere rere mei domine fili Dauid. Filia mea male a demonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus: nisi ad oues: quæ perierunt domus israel. At illa uenit: & adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bo-

num sumere panem filiorum & mittere canibus. Ad illa dixit. Etiam domine. nā & catelli edunt de micis: quæ cadunt de mensa dominorū suorum. Tunc respondens Ies⁹ ait illi. O mulier magna est fides tua. fiat tibi: sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

¶ Homelia uenerabilis Bedæ p̄sbyteri.

IV diuit uestra dilectio in præsentī sancti euangelii lectione de domini nostri mirabilibus enū-
ciantem atq; canentem euangelistam. Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sydonis. Omnis enim lex diuinitus inspirata semper utilis est ad docendū ad intelligendū. ad audiendū. Ergo si oīs lex diuinitus inspirata: a qua pphetæ & apostoli fuerunt per spiritū sanctum locuti: in omnibus animæ nostræ utilis est: quantum magis quod ipse dominus noster per seipm nobis ostēdit: Ergo egressus inde Iesus abiit in partes Tyri & Sydonis. idest reliquit iudæos & uenit ad gentes. Quos reliquit: remanserunt in perditione. Ad quos uenit: de perditione salui facti sunt. Egressa mulier clamauit dicens. Miserere mei domine fili Dauid. O magnum mysterium. Dominus egressus est a iudæis. & mulier egressa ē a finib⁹ suis. Ille reliquit iudæos. & illa mulier reliquit idolatriam & conuersationem pessimam. Quod illi perdidērunt: ista inuenit. Quem illi in lege negauerant: ista per fidem confessa est. Mulier hæc mater est gentium: quæ ex fide christum cognouit. Pro filia itaq; sua. idest pro populo gentium dominum deprecatur: quia errando per idolatrias & peccata diuersa male a dæmonio ue-

Textus.

xabatur. Ergo hæc mulier pro filia. idest pro ecclesia gē-
tium rogat. Qui non respondit ei uerbum. Nō quia no-
lebat domin⁹ curare eam: sed ut maiorem fidē & humi-
litate eius ostenderet. Nam & discipuli cōmoti mise-
ricordia rogauerunt dominū dicentes. Dimitte eam: quia
clamat post nos. Quibus respondit. Non sum missus:
nisi ad oues perditas domus Israel. Hinc iam ad cumu-
lum iudæorū: ut nulla sit eis in die iudicii excusatio dicē-
tibus quia plus ad gentes q̄ ad nos uoluit uenire. Ecce
iudæis negantibus mulier gentilis rogat sanitatem filiae
suae. Sed dominus excusat. Et iterum procidit & adora-
uit dicens. Domine adiuua me. Cui iterum dñs ait. Nō
est bonum sumere panē filiorū & mittere canib⁹. Quid
ad hæc dicturi sunt iudæi? Ecce illos filios dixit: & gen-
tes canes appellauit. Et iterum mulier consentiens sal-
uatori ait. Etiam domine. Hoc est. Scio domine quia po-
pulus gentium canes sunt idolis seruiendo. & cōtra deū
latrando. Sed & catelli edunt de micis: quæ cadūt de mē-
sa dominorū suorum. Idest uenisti ad iudæos: & te ipm
eis exhibuisti: & non te excipere uoluerūt. Certe uel qđ
illī repulerunt: hoc nobis petentibus dona. Cuius domi-
nus noster importunam fidem cognoscēs ait. O mulier
magna ē fides tua. fiat tibi: sicut uis. Accepit fides quod
opera non merentur. Gentes per fidem de canibus sunt
filii effecti dicente domino per prophetam. Vocabo non
plebem meam plebem meam. & non dilectam meam di-
lectam meam. Erit enim i loco: ubi uocabuntur filii dei
uui. Econtrario nō recipiētes iudæi de filiis canes odi-
biles effecti sunt: sicut ipse dñs in passione sua loquitur

Tertus.

Tertus.

Tertus.

Tertus.

Tertus.

Tertus.

Tertus.

per prophetā dicens. Circūdederūt me canes multi: tauri pingues obsederūt me. Vñ dilectissimi nobis cognouimus de quo ad quid puenim⁹. Nō aliud sapiamus: sed semp & sine cessatione dñm timeamus. Nam si peccauerimus: quia naturalibus ramis nō pepercit: ne forte nec nobis parcat: dicente domino. Ecce sanus effectus es: iā noli peccare: nequid deterius tibi aliqd contingat. Quia oēs nos manifestari oportet ante tribunal christi: ut recipiat unusquisq; secundum q; gessit siue bona siue etiam mala.

¶ Dominica tertia.

¶ Ex euangelio Lucae undecimo capite.



Nillo tpe. Erat Ies⁹ eiiciēs dæmoniū: & illud erat mutū. Et quum eiecisset dæmoniū locus est mutus. & admiratæ sunt turbæ. Quīdam aut̃ ex eis dixerūt. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alii tentantes signum de cœlo q̃rebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum dixit eis. Omne regnū in seipsum diuisū desolabitur. & domus supra domum cadet. Si autē & Sathanas in seipm diuisus est: quomodo stabit regnum eius: quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia? Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia: filii uestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porro si in digito dei eiicio dæmonia: profecto peruenit in uos regnum dei. Quum fortis armat⁹ custodit atrium suum: in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens uicerit eum: uniuersa arma eius auferet: in quibus cōfidebat: & spolia eius distribuet. Qui nō est mecū: contra me est. Quū

immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa quærens requiem. & non inueniens dicit. Reuertar in domum meam: unde exiui. & quum uenerit: inuenit eam scopis mundatam & ornatam. Tunc uadit: & assumit septem alios spiritus nequiores se: & ingressi habitant in eo. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem quum hæc diceret: extollens uocem quædam mulier de turba dixit illi. Beat⁹ uenter: qui te portauit: & ubera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiunt uerbum dei: & custodiunt illud.

¶ Homelia uenerabilis Bedæ presbyteri.

Memoniacus iste apud Mattheum non solum mutus: sed & cæcus fuisse narrat. Curatusque dicitur a domino: ita ut loqueretur & uideret. Tria generalia signa simul in uno homine perpetrata sunt. Cæcus uidet. mutus loquitur. possessus a dæmone liberatur. Quod & tunc quidē carnaliter factum est: sed & quotidie completur in conuersatione credentium: ut expulso primum dæmone fidei lumen aspiciat deinde ad laudes dei tacentia prius ora laxentur. Quidā autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dæmonia. Non hoc aliqui de turba: sed pharisei calumniabantur & scribæ: sicut alij euangelistæ testantur. Turbis quippe: quæ minus eruditæ uidebantur: domini semper facta mirantibus: illi contra uel negare hæc. uel quæ negare nequuerant: sinistra interpretatione peruertere laborabant: quasi hæc non diuinitatis

sed imundi spūs opera fuissent. id est Beelzebub: qui deus
 erat Acharon. Nam Beel quidē ipse est Baal. zebub autē
 musca uocatur. Nec iuxta quædā mendosa exēplaria. L.
 littera. uel. d. i fine est noīs legenda: sed. b. Beelzebub er-
 go Baal muscarum. id est deus muscarū. siue habēs mus-
 cas interpretatur ob sordes uidelicet imolaticii cruoris. ex
 cuius expurcissimo ritu. uel nomine principem dæmo-
 niōz cognominabant. Et alii tentantes signū de cœlo q̄
 rebant ab eo. uel in morem Heliae ignem de sublimi ue-
 nire cupiebant. uel in similitudinem Samuelis tempo-
 rā æstiuo mugire tonitrua. coruscare fulgura. imbres
 ruere. quasi non possent & illa calumniari & dicere ex oc-
 cultis & uariis aeris passionibus accidisse. At tu qui ca-
 lūniaris ea: quæ oculis uides. manu tenēs. utilitate sen-
 tis: quid facies de iis: quæ de cœlo uenerint. Vtiq; respō-
 debis & magos in Egypto multa signa fecisse de cœlo.
 Ipse autem ut uidit cogitationes eorū: dixit eis. Omne re-
 gnum in seipm diuisum desolabitur: & domus supra do-
 mum cadet. Non ad dicta: sed ad cogitata respondit: ut
 uel sic compellerentur credere potentiam eius: qui cor-
 dis uidebat occulta. Si autem omne regnum in seipsum
 diuisum desolatur. ergo patris & filii & spiritus sancti re-
 gnum non est diuisum: quod sine ulla contradiciōe nō
 aliquo unq̄ poterit labefactari impulsu. Si uero sanctæ
 & indiuiduæ trinitatis indiuiduum: immo quia indiui-
 duum manet regnum: desistant Arriani minorem patre
 filiū minorem filio sanctum dicere spiritum. quia quo-
 rum unū est regnum: horum est & una maiestas. Si au-
 tem & Sathanas in seipm diuisus est: quomodo stabit re-

Textus.

Textus.

Textus.

gnum ipsi? quia dicitis in Beelzebub eicere me daemo-
nia? Hæc dicens ex ipsorum confessione uolebat intelli-
gi q̄ in eū non credendo in regno diaboli esse dilexissent
quod utiq; aduersum se diuisum stare non possit. Eligāt
ergo pharisæi quod uoluerint. Si Sathanas Sathanā nō
potest eicere: nihil contra dominum quod dicerent: in-
uenire poterunt. Si autem potest: multo enim magis si-
bi prospiciant: & recedant de regno eius: quod aduersū
se diuisum stare non potest. In quo autē dominus eiiciat
dæmones: ne dæmoniorum principem existimēt: atten-
dant quod sequitur. Si autē ego in Beelzebub eiicio dæ-
monia: filii uestri in quo eiiciunt. Ideo ipsi iudices uestri
erunt. Dixit hoc utique de discipulis suis illius populi
filiis: qui recte domini discipuli Iesu christi bene sibi cō-
sci fuerant nihil se malarum artium a bono magistro
didicisse: ut in principe dæmoniorum eicerent dæmo-
nes. Ideo inquit ipsi iudices uestri erunt. Ipsi inquit ipsi
ignobilia & contemptibilia huius mundi. in quibus
non artificiosa malignitas: sed sancta simplicitas meæ
uirtutis apparet. Ipsi testes mei iudices uestri erunt. Ali-
ter filios iudæorū exorzistas gentis illius ex more signi-
ficat: qui ad inuocationē dei eiiciebant dæmones. Et co-
artat eos interrogatione prudenti: ut confiteantur spiri-
tus sancti esse opus. Quod si expulsio inquit dæmonum
in filiis uestris deo non dæmonibus deputat: quare idē
omne opus non eandem habeat causam? Ergo ipsi iudi-
ces uestri erunt non potestate: sed comparatione: dum il-
li expulsionem dæmonū deo assignant: uos Beelzebub
principi dæmoniorū. Porro si in digito dei eiicio dæmo-

Textus.

Textus.

Textus.

nia: profecto peruenit in uos regnū dei. **ISTE EST** di-
 gitus: quem & confitentur magi: qui contra Moysen &
 Aaron signa faciebat dicentes. **Digitus dei est iste.** quo Exodi, viij.
 & tabulæ lapideæ scriptæ sunt in monte Sinai. Igitur ma-
 nus & brachium dei filius est. & digitus eius spiritus san-
 ctus. Patris & filii & spiritus sancti una substantia est. Nō
 te scandalizet membrorum inæqualitas quum ædificet
 corporis unitas. Aliter. **Digitus dei** uocatur spiritus san-
 ctus propter partitionem donorum: quæ in eo dantur
 unicuique propria siue hominum. siue angelorū. In nul-
 lis enim membris nostris magis apparet partitio quā in di-
 gitis. Quod autem dixit. **Peruenit in uos regnū dei:** re-
 gnum dei nunc dicit: quo damnantur impii. & a fideli-
 bus de peccatis suis poenitentiam nunc agentibus secer-
 nuntur. Quum fortis armatus custodit atrium suum: Tertius.
 in pace sunt ea quæ possidet. Fortem diabolus. atrium
 uero eius mundum: qui in maligno positus est: appellat
 in quo usque ad saluatoris aduentū malo parto potiebat
 imperio: quia in cordibus infidelium sine ulla cōtradictiōe
 quiescebat. Vnde & alibi princeps mūdi uocat dicēte dño
 Venit enī princeps mūdi huius: & in me nihil inuenit. Et Joan. xiiij.
Joan. xij.
 iter. Nūc princeps huius mūdi eiiciet foras. De quā hic ei-
 ctiōe subiūgit. Si autē fortior illo supueniens uicerit eū:
Tertius.
 uniuersa arma ei⁹ auferet: in quibus cōfidebat. & spolia ei⁹
 distribuet. De ipso quippe loquitur: qui nō cōcordi fallax opatio-
 ne: quēadmodū calūniabatur: sed fortiori potētia uictor
 hoīes a dæmonio liberaret. Arma: in quibus male fortis ille
 cōfidebat: astutiæ doliq; sūt neqtia spūalis. Spolia uero
 ei⁹ ipsi hoīes sunt ab eo decepti: quæ uictor xp̄us distri-

buít: quod est insigne triumphantis. Quia captiuâ duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. quosdam quídem apostolos: alios euangelistas. hos prophetas. illos pastores ordinans & doctores. Quí non est mecum: aduersum me est. & quí non colligit mecú: dispergit. Nô putet quisquam de hereticis hoc dictum & scismaticis: quâq; & ita ex superfluo possit intelligi: sed ex sequentib⁹ textuq; sermonis ad diabolum refert. & q; non possunt opera saluatoris Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominũ tenere captiuas. domin⁹ liberare. Ille prædicat idola. hic unius dei notitiã. Ille trahit ad uitia. hic ad uirtutem reuocat. Quomodo ergo possunt habere concordiam inter se: quorũ opera diuisa sunt? Quũ immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa. Quãuis simpliciter intelligi possit dominum hæc ad distinctionem suorum & Sathanæ operum adiunxisse. q; scilicet ipse semper polluta mūdare. Sathanas uero mundata grauioribus festinet attaminare sordibus tamen & de heretico quolibet uel scismatico. uel etiã malo catholico potest non incōuenienter accipi. de quo tēpore baptismatis spiritus imundus: quí in eo prius habitauerat: ad confessionem catholicæ fidei abrenūciationemq; mundanæ conuersatiōis eiiciatur: locaq; inaquosa peragret. idest corda fidelium: quæ a mollicie fluxæ cogitationis expurgata sint: callidus tentator exploret: si quos ibi forte suæ nequiciæ gress⁹ figere possit. Sed bene dicitur. Quærēns requiem & non inueniens. quia castas mentes effugiens in solo diabolus corde prauorũ gratam sibi potest inuenire quietem. Vnde & de illo do.

Textus.

Textus.

minus. Sub umbra inquit dormit. in secreto calami. in Job. xl.
locis humentibus. In umbra uidelicet tenebrosas consci-
entias (in calamo: qui foris nitidus. intus est uacuus: fi-
mulatrices in locis humentibus lasciuas mollesq; men-
tes) insinuans. Tunc dicit. Reuertar in domum meam **Textus,**
unde exiui. Timendus est iste uersiculus: non exponen-
dus: ne culpa: quam in nobis extinctam credebamus: p-
incuriam nos uacantes opprimat. Et quum uenerit: in-
uenit scopis mudatam. hoc est gratia baptismatis a pec-
catorum labe castigatam: sed nulla boni operis industria
cumulatam. Vnde bene Mattheus hanc domum uacan-
tem scopis mudatam atq; ornatam dicit inuentam. Mun-
datam uidelicet a uitiiis pristinis post baptismum. Vacan-
tem a bonis actibus per negligentiam. ornatam simulatis
uirtutib⁹ per hypocrisim. Et tunc uadit: & assumit septem **Textus.**
alios spiritus nequiores se: & ingressi habitant ibi. Per
septem alios spiritus uniuersa uitia designat. Quicumq;
enim post baptismum siue prauitas heretica. siue hua-
na cupiditas arripuerit: mox omnium prosternet in ima
uitiorum. Vnde recte nequiores tunc eum spiritus dicun-
tur ingressi: quia non solum habebit illa septem uitia: quae
septem spiritualibus sunt contraria uirtutibus: sed per
hypocrisim ipas se uirtutes habere simulabit. Et sunt no-
uissima hominis illius peiora prioribus. Meli⁹ est enim
uiam ueritatis non agnoscere: q̄ post agnitionem retror-
sum conuerti. Quod in Iuda traditore. uel in Symone
mago ceterisq; talibus specialiter legimus impletum.
Quo autem generaliter haec parabola tendat ipse secun-
du^m Mattheu saluator exposuit: ubi ea terminata mox sub

Exodus.

dedit dicens. Sic erit & generationi huic pessimæ. id est quod de unoquoque specialiter geri solere narraui: hoc in tota generaliter huius populi gente geri non definit. Immundus quippe spiritus exiuit a iudæis quando acceperunt legem. & ambulauit per loca arida quærens sibi requiem. expulsus uidelicet a iudæis ambulauit per gentium solitudines. Quæ cum postea dominum credidissent: ille non inuento loco in nationibus dixit. Reuertar in domum meam pristinam: unde exiui. habeo iudæos: quos ante dimiseram. Et ueniens inquit inuenit uacantem & scopis mundatam. Vacabat enim templum iudæorum: & christum hospitem non habebat dicentem. Dimittetur uobis domus uestra deserta. Quia igitur dei & angelorum præsidia non habebant: & ornati erant superfluis obseruationibus phariseorum: reuertetur ad eos diabolus: & septenario sibi numero dæmonum addito: habitat pristinam domum. & sunt posteriora hominis illius peiora prioribus. Multo enim nunc maiore dæmonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis christum Iesum quem in Egypto possessi fuerant ante legis notitiam. Quia aliud est uenturum non credere. aliud eum non suscepisse quum uenerit. Septenarium enim numerum adiunctum diabolo uel propter sabbatum intellige. uel propter numerum spiritus sancti: ut quomodo in Esaia per uirgam de radice Iesse. & florem qui de radice ascendit: septem spiritus uirtutum descendisse narratur: ita & contrario uitiorum numerus in diabolo consecratus sit.

Matth. xxiij.

Esa. xi.

¶ Dominica quarta.

¶ Ex euangelio Ioannis sexto capite.



In illo tempore. Abiit Iesus trans mare Galilææ: quod est Tyberiadis. & sequebatur eū multitudo magna: quia uidebāt signa: quæ faciebat super iis: qui ifirmabant. Subiit ergo in montē Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autē proximum pascha dies fest⁹ iudæorum. Quum subleuasset ergo oculos Iesus: & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum: dicit ad Philippum. Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset factur⁹. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiūt eis: ut unusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius Andreas frater Symonis Petri. Est puer unus hic: qui habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces. sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discumbere. Erat autem scenum multum in loco. Discubuerunt ergo uiri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo Iesus panes. & quum gratias egisset: distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum uolebāt. Vt autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta: ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus ordeaceis & duobus piscibus: quæ superfuerunt iis: qui manducauerant. Illi ergo homines quum uidissēt q; Iesus fecerat signum dicebant quia hic est uere propheta: qui uenturus est in mundum.

¶ Homelia uenerabilis Bedæ præbyteri



Vi signa & miracula domini ac saluatoris re
cte quum legunt uel audiunt accipiunt: nō
tam in his quid foris stupeant: attendant: q̄
quid horum exemplo ipsi intus agere. quid in his mysti
cum perpendere debeant inspiciāt. Ecce etenim appro
pinquante pascha die festo iudaeorum sequētem se mul
titudinem domin⁹ uerbo salutis pariter & ope curatiōis
erigebat. Nam sicut euangelista alius scribit: loqueba
tur illis de regno dei. & eos: qui curari indigebant: sana
bat. Eademq; doctrina & sanatione completa paucis de
cibariis abundantissime refecit. Et nos ergo fratres cha
rissimi huius rei exemplo imitatores facti appropinquā
te pascha die festo nostrae redemptionis adiuncta fratrū
caterua dominum toto corde sequamur. quo actionum
itinere ingressus sit: diligentissime cōtemplemur: ut ue
stigia eius sequi mereamur. Qui enim dicit se in ipso ma
nere: debet sicut ille ambulauit: & ipse ambulare. Quic
quid in nobis imperitiæ nocentis inesse deprehendimus
crebra uerbi illius auditione tergamus. Quicquid uitii
tentamenti morbi uidelicet spiritualis nos interius ua
stare senserimus: sollicitè pietatis illius munere postule
mus emundari. Sed & si ei unitos nos cælestis uitæ dul
cedine conspexerimus: eius gratiam flagitemus: ut ne
cessariæ nos compunctionis & cæterarū uirtutū spūali
um donis faciare dignet: quatin⁹ tpe sacrosanctæ resur
rectiōis illi⁹ interi⁹ exterioriq; decēter ornati sacramēta
salutis puro corpore simul & corde sumamus. Verū qa
breuiter ista prælibauimus: libet diligentius totam sa
cræ seriem lectionis intueri. & quicqd in ea mysticum

indagare ualem? uestræ pandere charitati. Abiit Iesus Textus,
trans mare Galileæ: quod est Tyberiadis. Primo dicen-
dum est iuxta historiam quia mare Galileæ: quod mul-
tis diuersitate circūiacentium regionum uocabulis di-
stinguitur: illis tātum in locis Tyberiadis uocatur: ubi
apud Tyberiadem ciuitatem aquis ut aiunt calidis salu-
brem habitationem præmonstrat. Siquidem interflu-
ente Iordane duodeuiginti passuum milibus in longum
& quinq; extenditur in latum. Mystice autem mare tur-
bida atq; tumentia sæculi huius uolumina significat: in
quibus praui quilibet iniuste delectati quasi profundis
dediti pisces mentem ad superna gaudia non intendunt
Vnde bene idē mare Galileæ rota cognominatur: quia
nimirum amor labentis sæculi quasi in uertiginem cor-
da mittit: quæ ad perennis uitæ desideria ire nō permit-
tit. De quibus psalmista in circuitu inquit impij ambu- ps. xl.
lant. Sed abeuntem trans mare Galileæ Iesum multitu-
do maxima sequebatur: quæ doctrinæ. sanationis & re-
fectiōis ab eo munera summa percipit. Quia priusq; do-
minus in carne appareret: sola illum lex iudaica sequeba- alia. gene.
tur credendo. Postq; uero per incarnationis suæ dispen-
sationem fluctus uitæ corruptibilis adiit: calcauit. tran-
siit: maxima moxieum multitudo credentium secuta est
nationū spiritualiter instrui. sanari ac faciari desiderans ps. cxli.
& cum psalmista deprecans. Domine ad te cōfugi. doce ps. vi.
me facere uolūtatem tuam. Miserere mihi domine: quo-
niam infirmus sum. Sana me domine: quoniam contur-
bata sunt ossa mea. Et iterum de percipiendis ab eo uitæ
perpetuæ alimoniis confisa, Dominus inquit pascit me ps. xli.

& nihil mihi deerit. in loco pascuæ ibi me collocauit.
Quod autē subiēns montem Iesus ibi sedebat cum disci-
pulis suis: sed ueniēte ad eum multitudine descendit:
atq; hanc in inferioribus paulo ante curauerat: nequa-
frustra factum credamus: sed ad significandum mysti-
ce quia doctrinam & chrisinata sua dominus iuxta per-
cipientium capacitatem distribuit infirmis quidem ad
huc mentibus ac paruulis spiritu simpliciora credens
sacramenta: celsioribus autem quibusq; & perfectiori-
bus sensu secretiora suæ maiestatis archana referans: ar-
tiora deuotæ conuersationis itinera suggerens: & altio-
ra præmiorum cælestium dona promittens. DENI-
QVE cuidam sciscitanti quid faciens uitam æternam
possideret: quasi inferius adhuc posito cōmunia suæ do-
na largitatis impendit dicens. Non occides. Non me-
chaberis. non furtum facies. non falsum testimoniū di-
ces. honora patrem tuum & matrem. Cui postmodum
maiora quærenti & uelut ad mortem uirtutum ascende
recupienti. si uis inquit perfectus esse: uade uēde omnia
quæ habes: & da pauperibus. & habebis thesaurū in cœ-
lo. & ueni sequere me. Cuius discretionem moderamī-
nis non solum per se dominus in carne docens exhibuit:
uerū nunc quoq; per uerbi sui ministros exhibere nō ces-
sat. Vnde de eisdem sub uni⁹ boni serui persona testatur
quia dare debeant conseruis in tempore tritici mensurā.
idest pro captu audientium oportunæ & mēsuratæ uer-
bi dapes suggerere. Quod uero appropinquāte pascha
dñs turbas docet: sanat & reficit: possumus ita mystice
interpretari quia pascha transitus dicitur: & quoscunq;

Matthæi, xix.

Ibidem,

dñs interna munerum suorū suauitate recuperat: ad sa-
lubrē profecto transitū preparat: ut carnis uidelicet cō-
cupiscentias mētis sublimitate trāscendāt. infirma mun-
di desideria. p̄spera pariter & aduersa cælesti spe & amo-
re conculcēt. & si necdū aīa uel carne ad sup̄na ualeāt p̄-
tingere: quia hoc nimirū in futuro p̄mittit: quicqd tñ
carnale quasi altū amplecti conspiciūt: cōparatiōe ater-
norū quasi nihilū despiciant: iuxta exemplū illius: qui ui-
dēs: impiū sup̄exaltatū & eleuatū sup̄ cedros Libani trā-
siit t̄palia cōtemplādo. & quasi nō esse uidebat: quē cito
tollendū p̄uidebat. Qd̄ subleuassē oculos Ies⁹ & ueniētē
ad se multitudinē uidisse phibet: diuinæ pietatis idiciū
est. q̄a uidelicet cūctis ad se uenire cupiētib⁹ gr̄a miseri-
cordiæ cælestis occurrere cōsueuit. Et ne q̄redo errare
possint lucē sui spūs apire currētib⁹ solit⁹ est. Nāq; ocu-
li Iesu dona spūs ei⁹ mystice designēt testat̄ in apocalipsū
Ioānes: qui figurate loquēs de illo. Et uidi inq̄t agnū stā-
tē tanq̄ occisū hñtem cornua septē: q̄ sunt septē spūs dei
missi in oēm terrā. Qd̄ tentās Philippū dñs unde inquit
Emem⁹ panes ut māducēt hī: p̄uida utiq; dispensatiōe
facit: nō ut ip̄e q̄ nō nouerat discat: sed ut Philipp⁹ tardi-
tatē suæ fidei: quam magistro sciēte ip̄e nesciebat: tētat⁹
agnoscat & miraculo facto castiget. Neq; enī dubitare
debuerat p̄sente rerū creatore: q̄ educit panē de terra: &
uīno letificat cor hoīs. paucorū denariorū panes sufficere
turbarū milib⁹ non paucis: ut unusq;sq; sufficiēter acci-
peret. & iam saturatus abiret. Quinq; autem panes: qui
bus multitudinē populi saturauit: quinq; sūt libri Moy-
si: quibus spiritali intellectu patefactis & abundantiore

Apo. v.

iam sensu multiplicatis auditorum fidelium quotidie cor
da reficit. Qui bene ordeacei fuisse referuntur propter
nimirum austeriora legis edicta & tegmina litterarum gros
siora: quæ interiorum spiritualis sensus quasi medullam
celabant. Duos autem pisces: quos addidit: psalmistarum
non inconuenienter & prophetarum scripta significant
quorum unum canendo. alterum colloquendo suis au
ditoribus futura christi & ecclesiarum sacramenta narrabant
Et bene per aquatilia animata figurant illius æui præ
cones: in quo populus fidelium sine aquis baptismi ui
uere nullatenus posset. Puer: qui quinque panes & duos
pisces habuit: nec tamen eos esurientibus turbis distri
buit: sed domino distribuendos obtulit: populus est iu
dæorum litterali sensu puerilis: qui scripturarum dicta
clausa secum tenuit: quæ tamen dominus in carne ap
parens accepit. & quid intus haberent utilitatis ac dul
cedinis ostendit. & quæ multiplici spiritus gratia quæ pau
ca ac despecta uidebantur: exuberarent patefecit. & hoc
per apostolos suos apostolorumque successores cunctis
nationibus ministranda porrexit. Vnde bene alii ferunt
euangelistæ quia panes & pisces dominus discipulis. dis
cipuli autem ministrauerunt turbis. Quum enim mini
sterium humanæ salutis initio cepisset enarrari per do
minum ab eis: qui audierunt in nos confirmatum est.
Quinque siquidem panes & duos pisces fregit: & distri
buit discipulis suis quando aperuit illis sensum ut intel
ligerent omnia: quæ scripta sunt in lege Moyse & pro
phetis & psalmis de ipso. Discipuli apposerunt turbis
quando profecti prædicauerunt ubique domino cooperantur

te & sermonē confirmante sequentibus signis. Fenum
in quo discūbens turba reficitur: concupiscentia carnis
intelligitur: quā calcare & premere debet oīs: qui spūa-
libus alimentis faciarī desiderat. Omnis enī caro fenū:
& oīs gloria eius tanq̄ flos fenī. Discumbat ergo sup fe-
num & florem fenī conteret. idest ut castiget corpus su-
um & seruitutī subiiciat. uoluptates carnis edomet. Lu-
xuriæ fluxa restringat: quisquis panis & uini cupit sua-
uitate refici. quisquis supnæ gratiæ dapibus renouari
amat. ne infima uetustate deficiat caueat. Quinq; milia
uirorū: qui manducauerunt: perfectionē eorū: qui uer-
bo uitæ reficiuntur: insinuant. Virorū quippe nomine
solent ī scripturis pfectiores quīq; figurari. quos foemi-
nea mollicies nulla corrumpit: quales cupit eos esse: qui
bus dicit apostolus. Vigilate. state in fide. uiriliter agi-
te & confortamini. Millenarius aut numerus: ultra quē
nulla nra cōputatio succrescit: plenitudinē rerū: de qb⁹
agitur: idicare cōsueuit. quinario uero numero qnq; no-
tissimi corpis nostri sensus exprimūt. Visus uidelicet.
Audit⁹. Olfatus. Gustus & Tactus. In quib⁹ singulis q
cūq; uiriliter agere & confortari satagūt: sobrie & pie &
iuste uiuendo: ut cælestis sapientiæ mereant^r dulcedine
recreari: hi nimīq; quinq; milib⁹ uiorū: quos dñs mysti-
cis dapib⁹ faciāuit: figurāt. Nec ptereūdū q̄ refecturus
multitudinē grās egit. Egīt quippe grās ut & nos doce-
ret de pceptis cælit⁹ muneribus grās semp agere: & ipe
q̄tū de nostris pfectibus gratulet^r & de nra spiritali refe-
ctione gaudeat intimaret. Vultis etenī nosse frēs quātū
nostræ cōgaudeat salutī. Narrat euāgelista Lucas dedis

•Lxxii. rvi.

se eum discipulis potestatem calcandi supra omnem uirtu-
 tem inimicorumque nomina scripta indicasse in coelis.
 & statim infert. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto & di-
 xit. Confiteor tibi pater domine coeli & terrae: quia ab-
 scondisti haec a sapientibus & prudentibus: & reuelasti
 ea paruulis. Claret ergo quia salutis ac uitae fidelium con-
 gratulatur: qui patrem gratias agendo collaudat: quae quae
 superbientibus abscondit: humilibus spiritu secreta re-
 uelauerit. Quod autem saturata multitudo iussit disci-
 pulos colligere quae superauerant fragmentorum ne pe-
 rirent: hoc signat profecto: quia pleraque sunt archana di-
 uinorum eloquiorum: quae uulgi sensus non capit. non
 nullae: quae per se quidem minus docti assequi nequeunt
 sed a doctoribus exposita mox intelligere queunt. Haec
 ergo necesse est ut qui ualent diligentius scrutando col-
 ligant: & ad eruditionem minorum suorum dicto uel scri-
 pto faciant peruenire: ne alimenta uerbi illorum desidia
 pereant: plebibusque tollantur: quae haec domino donan-
 te interpretando colligere norunt. alii ab ipso
 Collegerunt inquit & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Quia
 duodenario numero solet perfectionis cuiuslibet summa
 figurari. recte per duodecim cophinos fragmentorum
 plenos omnis spiritualium doctorum chorus exprimi-
 tur: qui obscura scripturarum: quae per se turbare neque-
 unt & meditando colligere: & meditata et mandata litte-
 ris suo pariter et barbarum usui conseruare iubentur.
 Hoc ipsi fecere apostoli et euangelistae: non pauca legis
 et prophetarum dicta mystica suis interpretatione ad-
 dita inserendo opusculis. Hoc sequaces eorum ecclesiae

toto orbe magistri etiam integros nonnulli utriusque te-
 stamenti libros diligentiori explanatione discutiendo: quāvis hominibus despecti: cælestis tamen gratiæ sunt
 pane fecundi. Nam seruilis cophinis solent opera fieri. Vnde de populo: qui in luto quondā ac lateribus seruie-
 bant in Egypto: dicit psalmista. Manus eius in cophino ps. lxxx.
 seruierūt. Illi ergo homines quum uidissent quod fecerat si-
 gnum dicebant. Quia hic est uere propheta: qui uentu- Actus.
 rus est in mundum. Recte quidem dicebant dñm pro-
 phetam magnū magnæ salutis preconem iam mūdo fu-
 turum. Nam & ipse prophetam se uocare dignatur ubi Luce. xij.
 ait: quia non capit perire prophetā extra Hierusalem. Sed
 necdū plena fide perficiebant: qui hunc etiam deū dicere
 nesciebant. Ergo illi uidentes signum: quod fecerat Ies^{us}
 dicebant. Quia hic est uere propheta: qui uenturus est
 in mundum. Nos certiori cognitione ueritatis & fidei
 uidentes mundum: quem fecit Iesus: & signa: quibus il-
 lum repleuit dicamus. Quia hic est uere mediator dei &
 hominum: qui implet mundum diuinitate: & mundus
 per ipsum factus est. qui in propria uenit gentis huma-
 num quærere: & saluare quod perierat: ac recreare mū-
 dum quem fecerat: qui cum suis fidelibus per præsen-
 tiam diuinitatis est in mundo omnibus diebus usque ad
 consumationem sæculi. qui in cōsumatione sæculi per
 humanitatem uenturus est in mundum: ut reddat sin-
 gulis secundum opera eorum. impios quidem & pecca-
 tores æternum proiciens in ignem. iustos autē in uitā
 introducens æternam. in qua uiuit & regnat cum patre
 in unitate spirit^{us} sancti deus per omnia sæcula sæculor^{um}.

CDñica in passione.

CExeuangelio Ioannis octauo capite.



N illo tpe. Dixit Ies⁹ turbis iudæor⁹ & prin-
cipib⁹ sacerdotū. Quis ex uobis arguet me
de pctō? Si ueritatē dico: q̄re uos nō creditis
mihī? Qui est ex deo: uerba deī audit. Propterea uos nō
auditis: quia ex deo non estis. Rñderunt ergo iudæi & di-
xerunt ei. Nōne bene dicimus nos quia samaritanus es
tu: & dæmoniū habes? Rñdit Iesus. Ego dæmoniū non
habeo: sed honorifico patrē meū: & uos ihonorastis me.
Ego autē nō quæro gloriā meā. est qui quærat & iudicet
Amen amē dico uobis si quis sermonē meum seruaue-
rit: non uidebit mortē in æternū. Dixerunt ergo iudæi.
Nunc cognouimus quia dæmoniū habes. Abraā mor-
tuus est & prophetæ & tu dicis. Si quis sermonē meum
seruauerit: non gustabit mortē in æternū? Nunquid tu
maior es patre nostro Abraam: qui mortuus est? & pro-
phetæ mortui sūt. quē te ip̄m facis? Rñdit Iesus. Si ego
glorifico me ip̄m: gloria mea nihil est. est pater meus: q
glorificat me: quē uos dicitis quia deus uester est: & nō
cognouistis eū. ego autē noui eum. & si dixero quia non
nouī eum: ero similis uobis mendax. sed scio eum: & ser-
monē eius seruo. Abraā pater uester exultauit ut uideret
diem meum. uidit: & gauisus est. Dixerunt ergo iudæi
ad eum. Quinquaginta annos nondum habes: & Abraā
uidisti? Dixit eis Iesus. Amen amen dico uobis antequā
Abraam fieret: ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iace-
rēt in eum. Iesus autem abscondit se: & exiuit de templo.

CHomelia beati Gregorīi papæ.



Responde fr̃es charissim̃i mansuetudinē deī. Relaxare peccata uenerat & dicebat. Quis ex uobis arguet me de peccato? Non dedignat̃ ex rōne ostēdere se peccatōrē nō esse: quī ex uirtute diuinitatis poterat peccatōrēs iustificare. Sed terribile est ualde quod subdit̃. Quī ex deo est: uerba deī audit. Propterea uos nō auditis: quia ex deo non estis. Si enī ip̃e uerba deī audit: quī ex deo est: & audire uerba eius nō pōt q̃s ex illo non est: interroget se unusq̃s si uerba deī in aure cordis percipit: & intelligit unde sit. Cælestē patriā desiderari ueritas iubet. carnis desideria conteri. a mūdi gloria declinare. aliene non appetere. propria largiri. Penset ergo apud se unusq̃s uestrū. & si hæc uox deī in cordis eius aure conualuit: quia iam ex deo sit agnoscit. Nā sūt nonnulli: quī pr̃cepta deī nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli: quī hæc quidem corporis aure percipiunt: sed nullo ea mentis desiderio completuntur. Et sunt nonnulli: quī libenter uerba deī suscipiunt: ita ut etiam in fletibus compungantur: sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto uerba deī non audiunt: quia hæc exercere in ope contemnunt. Vitam ergo uestrā fratres charissim̃i ante mentis oculos reuocate: & alta consideratione pertimescite hoc: quod ex ore ueritatis sonat. Propterea uos non auditis: quia ex deo non estis. Sed hoc quod de reprobis ueritas loquitur: ipsi hoc de semetipsis reprobi suis operibus ostendunt. Nam sequitur. Responderunt ergo iudei & dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu: & dæmonium habes? Accepta autem tan-

Textus.

Textus.

Adhuc

Textus.

Textus.

ps. cxxvi.

Esa. xxi.

ta contumelia quid deus respondeat audiamus. Ego da-
moniū nō habeo: sed honorifico patrem meū: & uos iho-
norastis me. Quia enī Samaritanus interpretat^{q. men} custos: &
ipse ueraciter custos est: de quo psalmista ait. Nisi dñs cu-
stodierit ciuitatē: in uanū uigilāt: q custodiūt eā. Et cui
per Esayā dicit^{n. in nocte}. Custos quid dē nocte? Custos qd de no-
cte: rñdere noluit dñs Samaritan^{q. in nocte} non sum: sed ego da-
moniū nō habeo. Duo qppe ei illata fuerant. unū nega-
uit. aliud tacendo cōsensit. custos nāq; humani generis
uenerat. Et si Samaritanū se nō esse diceret: esse se custo-
dem negaret. Sed tacuit quod recognouit: & patiēter re-
pulit quod dictū fallaciter audiuit dicēs. Ego daemōniū
nō habeo. In qbus uerbis quid aliud q supbia nra cōfun-
dit^{enolēda}: quæ si exagitata uel leuiter fuerit: atrociores iniuri-
as reddit q̄ accepat. Facit mala: quæ pōt. minat^{q. in nocte} & q̄ nō
pōt facere. Ecce iniuriā suscipiens de^{q. in nocte} nō irascitur. non
cōtumeliosa uerba respōdet. Qui si eisdē ista dicentibus
respōdere uoluisset daemōniū uos habetis: uerū pfecto
diceret. quia nisi impleti^{q. in nocte} daemōniū fuissent: tam puer se
de deo loqui non possent. Sed accepta iniuriā etiā quod
uerum erat: dicere ueritas noluit: ne non dixisse uerita-
tē: sed prouocatus contumeliā reddidisse uideretur.
Ex qua re quid nobis innuitur: nisi ut eo tempore: quo
a proximis ex falsitate contumelias accipimus: eorū etiā
uera mala taceamus: ne ministeriū iustæ correptiōis in
arma uertamus furoris? Sed quia quisquis zelo deī uti-
tur: a prauis hominibus dehonestatur: in semetipso no-
bis dominus patientiæ præbuit exemplum: qui ait. Sed
honorifico patrem meum: & uos inhonorastis me. Sed

quid nobis ad ista faciendū sit adhuc exemplo nos admo-
 net quū subiungit. Ego autē non quæro gloriā meā. est q
 quærat & iudicet. Scimus certe quod scriptū est. Quia *Textus.*
 pater omne iudiciū dedit filio; & tamē ecce idem fili⁹ *Joan. v.*
 iniurias accipiens gloriā suam non quærit. illatas cōtu-
 melias patris iudicio reseruat: ut nobis profecto insinu-
 et quantū nos esse patientes debemus dum adhuc se ul-
 cisci nō uult & ipse qui iudicat. Quum uero malorū puer
 fitas crescit: non solum frangi prædicatio non debet: sed
 etiam augeri. quod suo dominus exemplo nos admonet
 qui postea quam habere dæmonium dictus est: prædi-
 cationis suæ beneficia largius impendit dicens. Amen *Textus.*
 amen dico uobis si quis sermonem meum seruauerit:
 mortem non gustabit in æternum. Sed sicut bonis ne-
 cesse est ut meliores etiam per contumelias existant: ita
 semper reprobi de beneficio peiores fiunt. Nam acce-
 pta prædicatione iterum dicūt. Nunc cognouimus quia *Textus.*
 dæmonium habes. Qui enim æternæ mortis inhæserāt:
 & eandem mortem: cui inhæserant: non uidebant: dum
 solam mortem carnis aspicerēt: in ueritatis sermone ca-
 ligabant dicentes. Abraam mortu⁹ est & propheta &
 tu dicis. Si quis sermonem seruauerit: mortem non gu- *Textus.*
 stabit in æternum. Vnde & ipsi ueritati eundem Abraā
 & prophetas quasi uenerātes præferunt. Sed aperta no-
 bis ratione ostenditur quia qui deum nesciunt: deī quo
 q; famulos falso uenerantur. ¶ Et notādum q; uidit eos
 dominus aperta impugnatione resistere: & tamen eis se
 iterata non desinit uocæ prædicare dicens. Abraam *Textus.*
 pater uester exultauit ut uideret diem meum. Vidit

& gauisus est. Tunc quippe diem domini Abraā uidit
quū in figura sumæ trinitatis tres angelos hospitio rece-
pit. Quibus profecto susceptis sic tribus quasi unī locu-
tus est. Quia & si in psonis numerus trinitatis est: in na-
tura tamen unitas diuinitatis. Sed carnales mentes audi-
entium oculos a carne non subleuant: dum in eo solā car-
nis ætatem pensant dicentes. Quinquaginta annos non
dum habes & Abraam uidisti: Quos benigne redēptor
noster a carnis suæ ituitu sūmouet: & ad diuinitatis cō-
templationē trahit dicens. Amen amen dico uobis. ante
q̄ Abraam fieret ego sum. Ante enim præteritū temporis
est. Sum præsentis. Et q̄a p̄teritū & futurū tempus diui-
nitas nō habet: sed semp esse habet: non ait. Ante Abraā
ego fui: sed ante Abraā ego sum. Vnde ad moyse n̄ dicit
Ego sum: qui sum. hæc dices filiis Israel. Qui ē: misit me
ad uos. Ante ergo uel post Abraā habuit. qui & accedere
potuit per exhibitionē præsentia: & recedere per cursū
uitæ. Veritas uero semp esse habet. quia ei quicquā nec
priori tempore incipitur. nec subsequenti terminatur.
Sed sustinere ista æternitatis uerba mentes infidelium
non ualentes ad lapides currunt. & quem intelligere nō
poterant: obruere quærebant. Quid autem contra furo-
rem lapidantium dominus fecit ostenditur: quum pro-
tinus subinfertur. Iesus autem abscondit se: & exiuit de
tēplo. Mirum nāq̄ est frēs cur persecutores suos dñs se
abscondendo declinauerit. q̄ si diuinitatis suæ potētia ex-
ercere uoluisset: tacito nutu mētis ī suis eos ictibus liga-
ret. aut ī pœna subitæ mortis obrueret. Sed q̄ pati uene-
rat: exercere iudiciū nolebat. Certe sub ipso passionis tē

Septus.

Textus.

Erod. iij.

Textus.

pore & quantū poterat ostendit: & tamen hoc: ad quod
uenerat: pertulit. Nam quum persecutoribus suis qua-
rentibus se diceret. Ego sum: sola hac uoce eorum super-
biam perculit: & oēs in terram strauit. Quī ergo & in lo-
co hoc potuit manus lapidantiū non se abscondendo eua-
dere: cur abscondit se: nisi q̄ homo inter hoīes factus re-
demptor noster alia nobis uerbo loquitur, alia exēplo?
Quid aut nobis hoc loquitur exemplo: nisi ut etiā quū
resistere possumus: iram superbientiū humiliter decli-
nemus: Vnde & per Paulū dicitur. Date locū ire. Quā-
ta humilitate iram proximi fugere debeat perpendat ho-
mo: si furores irascentiū abscondens se declinauit deus.
Nemo ergo se contra acceptas cōtumelias erigat, nemo
conuiciis conuicia reddat. Imitatiōe etenī deī gloriosi⁹
est iniuriā tacendo fugere: q̄ respondendo superare. Sed
cōtra hoc superbia dicit in corde turpe est ut accepta in-
iuria taceas. Quisquis conspīcit quia contumeliā acci-
pis & taces: non putat quia patientiā exhibes: sed crimi-
na cognoscis. Sed unde uox ista in corde nostro contra
patientiam nascitur: nisi quia min⁹ cogitationē figim⁹
& dum in terra gloriam quærim⁹: placere ei: quī nos de
coelo conspīcit: non curamus? Accepta ergo contume-
lia meditemur in opere uocem deī. Ego non quæro glo-
riam meā. est quī quærat & iudicet. **HOC AUTEM:**
quod de dño scriptum est. Abscondit se: intelligi & aliter
poteſt. multa quippe iudæis prædicauerat: sed prædica-
tionis eius uerba deridebant. Deteriores quoq; ex prædi-
catione facti sunt: quī usq; ad iaciendos lapides peruene-
runt. Ecquid abscondendo se dominus signat: nisi q̄ eis

ipsa ueritas absconditur: qui eius sequi uerba cōtemnūt:
Eam quippe: quam non inuenit humilem: ueritas fugit
mentem. Et q̄ multi sunt hodie: qui iudaorum duriciā
detestantur: quia prædicationem domini audire nolue-
runt: & tamen quales illos arguūt fuisse ad fidem: tales
ipsi sunt ad operationem. Precepta dei audiunt: miracu-
la cognoscunt: sed conuertiā suis prauitatibus renuunt.
Ecce uocat: & redire nolumus: Ecce sustinet: & eius pa-
tientiam dissimulamus. Dum ergo tempus est fratres:
prauitatem suam unusquisq; deserat. dei patientiam per-
time scat: ne quem nunc tranquillum despiciat: iratū post
modum nequaquam euadere possit.

¶ Sabbato in ramis palmarū.

¶ Ex euangelio Ioannis cap. sexto.



In illo tpe Dixit Iesus discipulis suis. Amen
amē dico uobis: nisi māducaueritis carnem
filii hominis: & biberitis eius sanguinem: nō
habebitis uitam in uobis. Qui māducat meā carnem &
hībit meū sanguinē: habet uitam æternā. & ego resusci-
tabo eum in nouissimo die. Caro enim mea uere est cib⁹
& sanguis me⁹ uere est potus. Qui māducat meā carnē
& bibit meū sanguinē: in me manet: & ego in eo. Sicut
me misit uiuens pater: & ego uiuo ppter patrem. Et qui
māducat me: & ipse uiuet ppter me. Hic est panis: qui de
coelo descendit, nō sicut māducauerūt patres uestri mā-
na in deserto: & mortui sunt. Qui māducat hūc panem
uiuet in æternū. Hæc dixit in synagoga docens sabba-
to in Capharnaū. Multi ergo audiētes ex discipulis eius
dixerunt. Durus est hic sermo. Ecquis potest eum audi-

re: Sciens autē Iesus apud semetip̄m q̄ murmurarēt de
hoc discipulī eius: dixit eis. Hoc uos scādalizat. Si ergo
uideritis filiū hominis ascendentē ubi erat pri⁹. Spi-
ritus est: qui uiuificat. caro non prodest quicq̄. Verba
quæ ego locutus sum uobis: spūs & uita sunt. Sed sunt
quidam ex uobis: qui non credunt. Sciebat enim ab ini-
tīo Iesus: quia essent credentes & quis traditur⁹ esset eū
& dicebat. Propterea dixi uobis: quia nemo potest ueni-
re ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi
discipulorum eius abierunt retro: & iam non cum illo
ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim. Nunquid
& uos uultis abire? Respondit ei Symon Petrus. Domi-
ne ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Nos cre-
dimus & cognoscimus quia tu es christus filius dei. Re-
spondit eis Iesus. Nōne ego uos duodecim elegi: & un⁹
ex uobis diabolus est? Dicebat autem de iuda Symonis
schariotis. Hic enim erat traditurus eum: quū esset un⁹
ex duodecim.

¶ Homelia beati Augustini episcopi.



Quomodo quidem detur & quisnam sit mo-
dus manducandi istum panem ignoratis: ue-
runtamen nisi manducaueritis carnem filii
hominis & biberitis eius sanguinem: non habebitis ui-
tam in uobis. Hæc non utiq; cadaueribus: sed uiuenti-
bus loquebatur. Vnde ne istam uitam intelligētes & quū
de hac re litigarēt: secut⁹ adiunxit. Qui manducat meā
carnē & bibit meū sanguinē: habet uitā æternā. Hæc er-
go nō habet: q̄ istū panē nō māducatur: nec istū sāguinē bi-
bit. Nā tpalem uitā sine illo habere hoīes possunt. Qui

Textus.

ergo nō māducat eius carnē: nec bibit ei⁹ sanguinē: non
habet uitā in se. Et qui māducat ei⁹ carnē & bibit ei⁹ san
guinē: habet uitā æternā. Ad utrūq; autē respōdet quod
dixit æternā. Non ita est in hac esca: quā sustentādæ hu
ius tp̄alis uitæ causa sumim⁹, nā qui eam nō sūpserit: nō
uiuet. Nec tamē qui eā sūpserit: uiuet. Fieri etenī pōt ut
senio uel morbo. uel aliquo casu. plurimi & qui eā sūpse
rint: moriāt. In hoc uero cibo & potu. idest corpe & san
guine dñi non ita est. Nam qui & eam nō sumit: non ha
bet uitam. & qui eam sumit: habet uitā: & hanc æternā.
Tunc itaq; cibū & potum societate uult intelligi corpo
rum & membroꝝ suorum. quod est sancta ecclesia in p̄
destinatis & uocatis & iustificatis & glorificatis sanctis
& fidelibus eius. Quorum primū iam factū est. idest p̄
dicatio. Secundū & tertium & factum est & fit & fiet.
idest uocatio & iustificatio. Quartum uero nunc in spe
est. in re aut futurum est. idest glorificatio. Huius rei sa
cramentū. idest unitatem corporis & sanguinis christi
alicubi quotidie. alicubi certis interuallis dierum in do
minico præparatur: & de mensa dñica sumitur quibus
dam ad uitam. quibusdam ad exitium. Res uero ip̄a: cu
ius sacramētū est: omni homīni ad uitam. nulli ad exitiū
quicūq; eius particeps fuerit. Ne autē putarēt sic in isto
cibo & potu promitti uitam æternam: ut quī eam sume
rent: iam nec corpore morerētur. Huic cogitatioi est di
gnatus occurrere. Nam quum dixisset. Qui manducat
meam carnem & bibit meum sanguinem: habet uitam
æternā: continuo subiicit. Et ego resuscitabo eum in no
uissimo die. ut habeat interim secundū sp̄itū uitā æter

nam in requie: quæ sanctorum spe suscipitur. Quod autem ad corpus attinet: nec eius uita æterna fraudat: sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die. Textus. Caro mea inquit uere est cibus. & sanguis meus uere est potus. Cū enim cibo & potu id appetunt homines: ut nec esuriant nec sitiant. Hoc ueraciter non præstat: nisi iste cibus & potus: qui eos a quibus sumitur: imortales & incorruptibiles facit. id est ipsa societas sanctorum: ubi pax erit & unitas plena atque perfecta. Propterea quippe sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines dei: dominus noster Iesus christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit: quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis conficit. Denique iam exponit quomodo id fiat: quod loquitur: & quid sit manducare corpus eius & sanguinem bibere. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem: in me manet: & ego in illo. hoc est manducare illam escam & illum bibere potum & in christo manere. & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in christo. & in quo non manet christus perculdubio nec manducat eius carnem. nec bibit sanguinem. Etiam si tante rei sacramentum ad iudicium sibi manducet & bibat. Sicut me misit inquit uiuens pater: & ego uiuo propter patrem. & qui manducat me: & ipse uiuit propter me. Non enim filius participatio ne patris fit melior: qui est natus æqualis: sicut participatio filii per unitatem corporis eius & sanguinis. quia illa manducatio potatioque significat: nos efficit meliores. Viuius ergo nos propter ipsum manducantes eum. id est per ipsum accipientes æternam uitam: quam non habemus ex nobis. Textus. Viuit autem ipse propter patrem: missus ab eo: quia semetipsum

exinanitiuit factus obediens usq; ad mortē: mortē autē cru-
 cis. Si enī secundū id accipim⁹. Viuo propter patrē: qđ
 alibi ait. Pater maior me est: sicut & nos uiuimus ppter ^{aliac he}
 ipm: qui maior est nobis: hoc ex eo qđ missus est: factū ē.
 Missio quippe eius exinanitio suimetipsi⁹ est & formæ
 seruilis acceptio. Quod recte intelligit seruata etiā filiū
 cū patre æqualitate naturæ. Maior est enī pater filio ho-
 mine: sed æqualē habet deī filiū: quū idē ipse sit de⁹ & ho-
 mo deī fili⁹: & hoīs filius unus xp̄s Iesus. In qua senten-
 tia si recte accipiūt hęc uerba: ita dixit. Sicut misit me
 pater: & ego uiuo ppter patrē. & qui māducatur me: & ipse
 uiuit ppter me. Ac si diceret. Vt ego uiuā ppter patrē.
 id est ad illum tanq̄ maiore referā uitam meā exinanitio
 mea fecit: in qua me misit. Vt at quisq; uiuat ppter me
 participatio facit: qua māducatur me. Ego itaq; humiliat⁹
 uiuo ppter patrē. Ille erectus uiuit ppter me. Si autē ita
 dictū est. Viuo ppter patrē: quia ipse de illo: nō ille de ipso
 est: sine detrimento æqualitatis dictū est. Nec tamē dicē-
 do. Et qui māducatur me: & ipse uiuit ppter me eandē no-
 strā & suā æqualitatē significauit: sed grām mediatoris
 ostendit. Hic est panis uiuus qui de cœlo descendit: ut il-
 lum manducādo uiuamus: per æternā uitā ex nobis ha-
 bere nō possum⁹. Nō sicut māducauerūt inqt p̄res ue-
 stri māna: & mortui sūt. Qui māducatur hūc panē: uiuet
 in æternū. Qđ ergo illi mortui sūt ita uult intelligi: ut nō
 uiuāt in æternū. Nā tpa liter & hī pfecto morient⁹: q mā-
 ducāt xp̄m: sed uiuunt in æternū: quia xp̄s est uita æter-
 na. Verba dñi in euangelio: quæ sermonē pristinū conse-
 quūtur: audiui⁹. Hinc sermo debetur auribus & cor

Textus.

Textus.

Textus.

dñi vestr̃is. & hodierno die nō importun⁹ est. Est enim
 de corpe dñi: quod dicebat se dare ad māducandū ppter
 uitā æternā. Exposuit aut̃ modū attributiōis hui⁹ & do-
 ni sui: quomodo daret carne suam māducare dicēs. Qui
 manducat carnē meam & bibit meū sanguinē: in me ma-
 net: & ego in illo. Signū quia māducauit & bibit hoc est
 Si manet: & manet. Si habitat: & inhabitat. Si hæret: &
 nō deserat. Hoc ergo nos docuit & ammonuit mysticis
 uerbis: ut simus in eius corpe sub ip̃o capite: in mēbris
 eius edentes carnē ei⁹ nō relinquētes unitatē eius. sed q
 adhæreant: plures non intelligēdo: scādalizati sunt. Nō
 enim cogitabat hæc audiendo: nisi carnem quod erant.
 Apostolus autem dicit: & uerum dicit. Sapere secūdum
 carnem mors est. Carnem suam dominus dat nobis mā-
 ducare. & sapere secundum carnem mors est: quum de
 carne sua dicat: quia ibi est uita æterna. Ergo nec carnē
 debemus sapere secundum carnem: sicut in his uerbis.
 Multi itaq; audientes: non ex inimicis: sed ex discipulis
 eius dixerunt. ^{et talis} Durus est hic sermo. Quis potest eum
 audire? Si discipuli durum habuerunt istum sermonē:
 quid inimici? Et tamē sic oportebat ut diceretur: quod ^{non}
 ab omnibus intelligeretur. Secretum dei intentos de-
 bet facere: non aduersos. Isti autē cito defecerunt talia
 loquente domino Iesu: non crediderunt aliquid magnū
 dicenti: & uerbis illis aliquā gratiam cooperanti. sed p-
 ut uoluerunt: ita intellexerūt: & more hominū: quia po-
 terat Iesus hanc disponere Iesus carnem qua indu-
 tum erat uerbum ueluti excissam distribuere credētib⁹

Textus.

Textus,

in se. Durus est inquit hic sermo. Quis potest eū au-
dire? Sciens autē Iesus apud semetipm quia murmura-
rent de eo discipuli eius. sic enim apud se ista dixerūt: ut
ab illo non audirent; sed ille qui eos nouerat in se ipsis au-
diens apud seipm respondit & ait. Hoc uos scandalizat;

Textus

quia dixi. Carnē meā do uobis manducare; & sanguinē
meū bibere? Hoc uos nempe scandalizat. Si ergo uide-
ritis filiū hominis ascēdentē ubi erat prius? Quid est
hoc? Hic soluit: qđ eos mouerat. Hic aperuit unde fue-
rant scandalizati. hic ^{manifeste} plane si intelligerent. Illi enim puta-
bant eū erogaturū corpus suū. Ille autē dixit se ascensurū
in cœlū: utiq; integrū. Quū uideritis inquit filiū homi-
nis ascēdentē ubi erat prius; certe uel tūc uidebitis quia

Textus,

nō eo modo quo putatis erogat corpus. Certe uel tūc in-
telligetis quia grā eius nō cōsumit morsib⁹. Et ait. Spi-
ritus est qui uiuificat. caro non pdest quicq;. Hoc anteq̃
exponamus: ut dñs donat; illud nō negligēter ptereūdū
est: quod ait. Si ergo uideritis filiū hoīs: xp̃us ex uirgi-
ne maria. ergo fili⁹ hoīs. Hic esse cœpit in terra; ubi car-
nem assumpsit ex terra. Vnde pphetice dictū erat. Ve-
ritas de terra orta est. Quid ergo sibi uult: qđ ait. Quū
uideritis filiū hoīs ascēdentē ubi erat prius? Nulla enī
esset quæstio si ita dixisset. Si uideritis filiū dei ascenden-
tem ubi erat prius. Quū uero filiū hominis dixit ascen-
dentē ubi erat prius: nūquid filius hominis in cœlo erat
prius: quasi tunc ibi non esset quādo hæc loquebatur?
Alio autē loco hoc ait. Nemo ascendit in cœlū: nisi qui
de cœlo descendit: filius hominis: qui est in cœlo. In ter-
ra loquebatur: & in cœlo se esse dicebat. Et non ita dixit.

alias mte

Nemo ascendit in cœlum: nisi qui de cœlo descendit: fili
li⁹ hoīs qui est ī cœlo. Quo pertinet nisi ut intelligamus
quod etiā pristino sermone cōmendauī charitati uestre
unā personā esse xpm deum & hoīem non duas: ne fides
nostra non sit trinitas: sed quaternitas. Christ⁹ ergo un⁹
est. uerbum. anima. caro. Vnus xps filius dei & fili⁹ ho-
minis. Vnus xps fili⁹ dei semp: filius hoīs ex tpe. Tamē
unus xps secundū unitatē psonæ in cœlo erat: quoniam *allias quado*
in terra loquebat^r. Sic erat fili⁹ hominis in cœlo: quomo-
do filius dei erat in terra. filius dei in terra ī suscepta car-
ne. filius hoīs in cœlo in unitate personæ. Quid est ergo
quod adiungit spirit⁹ est: qui uiuificat. caro nō prodest
quicq[;]. Dicamus ei. Patitur enī nos non cōtradicientes:
sed nosse cupiētes. O domine magister bone quomodo
non prodest quicq[;] quū tu dixeris. Nisi quis manduca-
uerit carnē meam & biberit sanguinē meū: non habet in
se uitam. An uita nō prodest quicq[;]. Et propter quid su-
mus quod sumus: nisi ut habeamus uitam æternā: quā
tua carne promittis. Quid est ergo non prodest quicq[;]
caro. Non prodest quicq[;]. Sed quomodo illi ītellexere.
Carnem quippe sic intellexerunt: quomodo in cadaue-
re dilaniat^r. ut in macello uenditur: non quomodo spiri-
tu uegetatur. Proinde sic dictum est. Caro non prodest
quicquam: quomodo dictum est. Scientia inflat. Iam er-
go debem⁹ odisse sciētia. Absit. Ecqd est. Sciētia inflat.
Sola sine charitate. Ideo uero adiūxit. Charitas uero ædi-
ficat. Adde ergo sciētia charitatē: & util^r erit sciētia: nō p-
se: sed p charitatē. sic etiā nūc caro nō pdest qcq[;]: sed sola

caro. Accedat spiritus ad carnem: quomodo accedit cha-
 ritas ad scientiam: & prodest plurimum. Nam si caro ni-
 hil prodesset: uerbum caro non fieret: ut habitaret in no-
 bis. Si per carnem nobis multum profuit christus: quo-
 modo caro nihil prodest? Sed per carnem spiritus ali-
 quid pro salute nostra egit. Caro uas fuit. Quod habebat
 attende: non quod erat. Apostoli missi sunt. Nunquid ca-
 ro ipsorum nihil nobis profuit? Si caro apostolorum no-
 bis profuit: caro domini poterat non prodesse. Vnde eni-
 ad nos sonus uerbi: nisi per uocem carnis? Vnde stilus.
 unde conscriptio. Ista omnia opera carnis sunt: sed agi-
 tante spiritu tanquam organum suum. Spiritus ergo est: qui
 uiuificat: caro autem non prodest quicquam. Sicut illi intel-
 lexerunt carnem: non sic ego doceo ad manducandum car-
 nem meam. Proinde uerba inquit: quae locutus sum uo-
 bis: spiritus & uita sunt. Diximus enim fratres hoc do-
 minum commendasse in manducatione carnis suae & po-
 tatione sanguinis sui: ut in illo maneamus: & ipse in nobis.
 Maneamus autem in illo: quum sumus membra eius. *allias fmg*
 Manet autem ipse in nobis: quum sumus templum eius
 Vt autem simus membra eius: unitas nos compaginat.
 Vt compagine unitas: quid facit: nisi charitas? Et cha-
 ritas dei unde? Apostolum interroga. Charitas inquit dei
 diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum:
 qui datus est nobis. Ergo spiritus est: qui uiuificat. Spi-
 ritus enim facit uiua membra. Nec uiua membra spiri-
 tus facit: nisi quae in corpore: quod ^{in aera} uegetat: ipse spiritus
 inuenerit. Nam spiritus: qui est in te o homo: quo con-
 stat ut homo sis: nunquid uiuificat membrum: quod sepa-

ratum inueneritis in carne tua: Spiritū tuum dico aīam
tuā. Anima tua uiuificat nisi mēbra: q̄ sunt in carne tua.
Vnu ^{uobis} tollas: iam ex aīa tua non uiuificat: quia unitati
corpis tui non copulat. Hæc dicunt: ut amemus unita
tē: & timeam⁹ separationē. Nihil enim sic debet formi
dare xpīanus: q̄ separari a corpore xpī. Si enim separatur
a corpore xpī: non est membrū eius. Si non est mēbrū ei⁹
non uegetat spū eius. Quisq; at inquit ap⁹ spūm xpī
nō habet: hic non est ei⁹. Spūs ergo est: q̄ uiuificat: caro
aut nō pdest quicq̄. Verba q̄ locut⁹ sum uobis: spūs &
uita sunt. Quid est spūs & uita sūt: Spūaliter intelligen
da sunt. Intellexisti spūaliter spūs & uita sūt. Intellexisti
carnaliter etiā sic illa spūs & uita sūt: sed tibi nō sūt. Sed
sunt quidam inquit in uobis: qui non credunt. Non di
xit. Sunt quidā: qui nō intelligūt in uobis: sed cām dixit
quare nō intelligāt. Sunt enī quidā in uobis: qui nō cre
dunt. Propheta enī dixit. Nisi credideritis: nō intellige
tis. Per fidē copulamur. per itellectū uiuificamur. Pri
us hæreamus per fidē: ut sit quod uiuificet per itelle
ctū. Nā qui non hæret: resistit. Qui resistit: quomodo
uiuificat? Aduersarius est radio lucis: quo penetrandus
est. non auertit aciem: sed claudit mentē. Sunt ergo qdā
qui nō credūt. Credant: & aperiant. Aperiāt: & illumina
būtur. Sciebat enī ab initio Iesus qui essent credentes: &
qui traditurus esset eum. Ibī enim erat & Iudas. Nam q
dam scandalizati sunt. Ille autem mansit ad insidiandū:
non ad intelligendum. Et quia ideo manserat: non de il
lo tacuit dominus. Non illum expressit: sed nec siluit:
ut omnes timerent: quīs unum pensarent. Sed postea q̄

Textus

Textus.

Textus.

Septus.

dixit & distinxit credentes a non credentibus: expressit
causam quare non credant. Propterea dixi uobis inquit
quia nemo potest uenire ad me: nisi fuerit ei datum a pa-
tre meo. Ergo & credere datur nobis. Non enim nihil est
credere. Si autem aliquid magnum est: gaude quia credidi-
sti. Sed noli extolli. Quid enim habes: quod non accepi-
sti? Ex hoc multi discipuli eius abierunt retro: et iam non
cum illo ambulabant. Abierunt retro: sed post Sathanam
& non post christum. Nam aliquando dominus christus Pe-
trum appellauit Sathanam: magis quia uolebat praece-
dere dominum suum: & consilium dare ne moreretur illi:
qui uenerat ut moreretur: ne nos in aeternum morere-
mur. Et ait illi. Redi post me Sathana: non enim sapi-
s ea: quae sunt dei: sed quae sunt hominis. Non illum repulit
retro ire post Sathanam: & appellauit Sathanam: sed fe-
cit post se ire: ut non esset Sathanas ambulando post do-
minum. Isti autem sic redierunt retro: quomodo de qui-
busdam foeminis dicit apostolus. Quaedam enim con-
uerse retro post Sathanam ulterius cum illo non ambu-
lauerunt. Ecce praecisi a corpore uitam perdiderunt: quia
forte in corpore non fuerunt: inter non credentes & ipsi
deputati sunt. Quauis discipuli dicerentur: abierunt re-
tro non pauci: sed multi. Hoc forte factum est ad conso-
lationem: quoniam aliquando contingit ut dicat homo
uerum. & quod dicitur: non capiatur. atque illi: qui audi-
unt: scandalizentur: & discedant. Poenitet autem homi-
nem dixisse quod uerum est. Dicit enim apud se ho-
mo. Non debui sic dicere. non hoc debui dicere. Ecce
domino contigit. Dixit & perdidit multos. remansit ad pau-

Septus.

cos. sed non turbabatur ipse: qui ab initio nouerat & qui
credentes essent: & qui non credentes. Nos si nobis con
tingat: perturbamur. Solaciū in domino inueniamus: &
tamen caute uera dicamus. Atque ille ad paucos qui remā
ferāt. Dixit ergo dominus ad duodecim. id est illis duodecim
qui remanserunt. Nunquid & uos inquit uultis abire? *Textus,*
Non discessit nec Iudas. Sed quare manebat: domino iam ap
parebat. nobis postea manifestatus est. Respondit Petrus
pro omnibus. unum pro multis. unum pro uniuersis. Respon
dit ei Symon Petrus. Domine ad quem ibimus? Repellis nos
a te. Da nobis alterum te. Ad quem ibimus. Sicut te rece
dimus: ad quem ibimus? Verba uitae aeternae habes. Vi
dete quemadmodum Petrus dante deo. recreante spiritu san
cto intellexit. Unde bene quia credidit: uerba inquit ui
tae aeternae habes. Vitam enim habes aeternam in mini
stratione corporis & sanguinis tui: & nos credimus & co
gnouimus. Non cognouimus & credidimus: sed credi
dimus & cognouimus. Credidimus enim: ut cognoscere
mus. Nam si prius cognoscere & deinde credere uelle
mus: nec cognoscere: nec credere ualeremus. Quid cre
didimus? & quid cognouimus? Quia tu es christus filius
dei: id est quia ipse uita aeterna tu es. Et non das in carne:
& sanguine tuo: nisi quod es. Ait ergo dominus Iesus. Nonne *Textus*
ego uos duodecim elegi: & unus ex uobis diabolus est?
Si & Iudas non elegisset: undecim ego elegi: diceret.
An eligitur & diabolus: & in electis est diabolus? Electi in
laude solent dici. An electus est & iste: de quo nolente &
nesciente. magnum aliquid boni fieret? Hoc est prop
rium dei contrarium iniquis. Sicut iniqui male utuntur bo

nīs operibus dei: sic cōtra deus bene utitur malīs opibus
hominū. Sicut iniqui male utūtur malīs bonīs operib⁹
dei: sic cōtra deus bene utitur malīs opibus iniquorum
Quoniā bonum est membra corpīs. que admodū dispo
ni non possent: nisi ab artifice deo: Petulātia tamē: qua
male utitur oculus: fallacia: qua male utitur lingua. fal
sus testis ne lingua sua & animā suā trucidat prius. & al
terum lādere. se perempto conat⁹. Male utitur lingua:
nec ideo malum est lingua. Opus dei est: lingua. Sed bo
no opere dei male utitur illa nequitia. Quomodo utunt⁹
pedibus qui currūt ad scelera: quomodo utuntur mani
b⁹ homicidæ. & illis adiacentib⁹: forinsecus bonis crea
turis dei. Quam male utuntur malī: auro. Iudicia corrū
pūti: innocentes opprimūt. Luce ista malī male utunt⁹
Male uiuendo enim etiā ipsam lucem qua uidetur ad
ministerium suū: & scelerum usurpant.

CDñica in ramis palmarū.

CEx euangelio Matthei. xxi. capite.



N illo tpe. Quum appropinquasset dñs Ies⁹
Hierosolymis. Et reliqua ut in prima dñica
aduentus domini.

CHomelia uenerabilis Bedæ presbyteri.



E diator dei & hominū homo xp̄s Ies⁹: qui p
humani generis salute passur⁹ de cœlo descē
derat ad terras: appropinquāte hora passiōis
appropinq̄re etiā uoluit loco passiōis: ut etiā p hoc clare
sceret qanō inuitus: sed spōte pateret⁹. In afina uenire &
a turbis rex appellari ac laudari uoluit: ut etiā p hoc cru

dicit⁹ qsq; agnosceret ipm esse xpm: quē sic illo uentur⁹ p
 phetia olim pmissa signauerat. Ante qnq; dies paschæ
 uenire uoluit: sicut ex loānis euāgelio didicimus: ut etiā
 p hoc ostēderet agnū immaculatū se esse: qui peccatū tol
 leret mūdi. Agn⁹ qppe paschalis: cui⁹ imolatiōe popul⁹
 Israeliticus ab Egyptia est seruitute liberat⁹: ante quinq;
 dies paschæ. idest decima luna domū inferri: & ipsa die
 paschæ. idest quartadecima luna ad uesperū iussus est i
 molari significās eū: q nos suo sanguine redēptur⁹ ante
 qnq; dies paschæ. idest hodierno die magno pcedentiū
 sequentiūq; pplor⁹ gaudio ac laudatiōe deduct⁹ uenit in
 tēplū dei: & erat quotidie docēs in eo. Quinta demū per
 acta die: ubi ueteris paschæ sacramēta hacten⁹ observa
 ta cōsumauit: ac noui deinceps obseruandi discipulis sa
 cramēta cōtradidit: egressus i mōtē oliueti tent⁹ est a iu
 dæis: & mane crucifix⁹: ipa nos die a dæmoniaca dñatio
 ne redemit: q antiqu⁹ ille hebreor⁹ pplus p imolationē
 agni iugum Egyptiæ seruitutis abiecit. Ergo dñs instar
 agni paschalis atē qnq; dies q patī incipet locū passionis
 adiit: ut se insinuaret illū esse: de quo pdixit Esaias. Sicut
 ouis ad occisionē ducet⁹: & quasi agn⁹ corā tōdēte se ob
 mutescet: & nō aperiet os suū. Et Paulo supi⁹. I pē enim
 uulnerat⁹ est ppter iniquitates nras: & liuore ei⁹ sanati su
 mus. Sed inuidorum corda principū in cunctis: quæ p
 uide gessit: eum persequi q in eum credere maluerunt.
 & multum miseri auctorem uitæ mortī potius dare q p
 eum ipsi uiuificari studebant. Verū nos pfidor⁹ ca cita
 te declinata eor⁹ magis exēpla: q fideliter dñm laudaue
 rūt: seqmur. & iter ei⁹ mysticū mystica ut decet iter pta

Esai. liij.

Ibidem.

tionē scrutemur. Asina & pullus: quibus sedens Hiero-
solimā uenit: utriusq; populi iudaei uidelicet & gentilis
simplicia corda designant: quibus praesidens ipse quaeq;
a noxia libertate suo frenans imperio ad uisionē supnae
pacis inducit. Hierosolima etenim uisio pacis interpreta-
tur. Et bene quū ad montē oliueti uenisset dñs: discipu-
los qui hæc aialia adducerent: misit quia non nostris ad
eum meritis: sed sola ipsius gratia largiente puenim⁹ Io-
anne attestante: qui ait. Et in hoc est charitas non quasi
nos dilexerimus deum: sed q; ipse prior dilexit nos. Mōs
nāq; oliueti celsitudinē dñicæ dilectiōis: qua nos miseri-
corditer illustrare ac saluare dignatus est: insinuat. Nō
solum quia olei natura lucis ministra est: & labor; dolo-
rumq; solamen: uerum etiā: quia cunctis: quibus misce-
tur: solet excellere liquoribus. Et apłus de charitate lo-
cuturus adhuc inquit excellentiōrē uia uobis demōstro
Ad montē igit oliueti ueniens dñs asinos sibi: quib⁹ hie-
rosolymā petat: præcepit exhiberi figurate significans
hoc: quod alibi dicit. Quia sic deus dilexit mundū: ut fi-
liū suum unigenitū daret: ut oēs qui credunt in ipso: non
pereāt: sed habeāt uitā æternā. Duos ad exhibēda sibi iu-
mēta misit discipulos: ut significaret in utrūq; populū
circūcisionis scilicet & præputiū prædicatores esse desti-
nandos. Vel certe duos misit: ut eosdē prædicatores do-
ctrina simul & opatione pfectos esse moneret: ne uel er-
roris uerba indocti ueritati miscerent. uel ea: quæ recti-
us docuissent: peruerse uiuendo negarent. Inuenietis in-
quit asinam alligatam & pullum cum ea. Soluite & ad-
ducite mihi. Pullū quoq; alligatum esse aliū euāgelistæ

Joan. iij.

s. Corin. xij.

Joan. iij.

Textus.

testatur. Vterq; enī populus funib⁹ peccatorū erat cir-
 cūplexus. & solutione diuina opus hēbat. Iste legē quā
 acceperat. male utendo. Ille nūquā accipiēdo peccaue-
 runt. Vnde bene dicit aplūs. Quia nō est distinctio. Oīs Roma. iij.
 enim peccauerunt: & egent gloria dei iustificatī grātis
 per grām ipīus. Et pulchre alii tres euangeliste: qui gen-
 tibus scripserūt: pullum solūmodo alligatū memorāt.
 Matthe⁹ aut euāgelista qui & hebreis & hebreo sermo-
 ne scripsit euāgeliū. etiā asinæ facit mentionē prouida
 utiq; dispēsatione: ut quorū salutē scribēdo quæsierant
 hos saluādos a dño mystice docerēt esse figuratos. Et si
 quis uobis inquit aliqd dixerit: dicite qā dñs his op⁹ ha- Tertus.
 bet. Et cōfestim dimittet eos. Et doctorib⁹ præcipit ut
 siqd eis obstitit aduersitatis. Sigs phibuerit pctōres
 a laqueo diaboli solui: & per cōfessionē fidei dño adduci
 nō tñ prædicādo desistant: sed cōstanter insinuēt qā dñs
 ad ædificandā ecclesiā talib⁹ opus habet. Quāuis enim
 seuus sit psecutor & imanis: nō pōt tamē eorū obistere
 saluationi: quos nouit dñs quia sūt eius quos ad uitam
 præordinauit æternā. Adhibet aut huic facto pphetæ
 testimoniū: ut appareat dñm quidē oīa quæ de ipō erāt
 scripta: cōplexisse: sed inuidia cecatos scribas & phariseos
 ea quæ ipī legebāt: itelligere nequiuisse. Dicite filiæ sy- Tertus
 on. Ecce rex tuus uenit tibi māsuerus sedēs sup asinā & Esa. liij.
 pullū filiū subiūgalis. Filia syon ecclesia est fidelīū per- Zaccha. ij.
 tinēs ad supernā hierusalē quæ est mater oīum nostrū:
 Cuius portio tunc nō minima erat in pplo israel regem
 habēs mansuetū: quia nō terrena imitib⁹: sed māsuētis
 cælestia regnadare consueuit dicens. Discite a me: quia Matth. xi.

mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. De quibus psalmista mansueti inquit possidebunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis. Rex uero mansuetus mansuetis. idest humilibus corde terram pacis tribuit: quos in terra belli & tribulationum quondam rex ipius. idest diabolus superbiae uulnere strauit. **SEDENS** inquit super asinam & pullum filium sub iugalis. quia requiescit in corde humilium & quietorum & tremens uerba eius. siue eorum: qui in synagoga iugum legis trahere nouerunt. seu illorum qui gentili diu libertate effrenes eiusdem synagoga instantia ad fidei & ueritatis sunt gratia conuersi. Adducetes autem asinam & pullum discipuli imposuerunt super eos uestimenta sua: & dominum desuper sedere fecerunt. Vestimenta discipulorum opera sunt iustitiae psalmista teste: qui ait. Sacerdotes tui induantur iustitia. Asinos: quos nudos inueniunt discipuli: suis sternunt uestimentis. & ita desuper dominum imponunt: quum praedicatores sancti quoslibet a sanctitatis habitum uacuos inueniunt: hosque uirtutum suarum exemplis ad suscipiendam fidem & dilectionem sui conditoris imbuunt. Non enim nudam dominus asinam. non nudum uoluit ascendere pullum. quia siue iudeus. siue gentilis nisi sanctorum fuerit dictis ornatus & actis: non potest dominum habere rectorem. sed regnat potius peccatum in mortali eius corpore ad obediendum concupiscentiis eius. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uiam. Plurima haec turba innumerabile martyrum designat exercitum qui corpora sua animarum uidelicet tegumenta pro domino dabant: quo sequentibus electis planiorē recte uiuendi callē facerēt: nequi uidelicet

dubitarent ibi pedem bonæ actionis ponere in pace: ubi
non paucos uiderent in bello præcessisse martyrii. Alii Tertus
aut cedebant ramos de arboribus: & sternebant in uia.
Rami arborum dicta sunt patrum præcedentiū exem-
pla. Et quisquis in exemplū recte credendī siue operadī
quid prophetæ, quid apostoli, quid ceteri sancti dixerūt
seu fecerunt pandit: ramos profecto de arborib⁹ cedit:
quibus iter a fini dñm portantis cōplanet: quia sentētias
de sanctoꝝ libris excerpit: per quas simpliciū xpī corda
ne in uia ueritatis errent edificet. Turbæ aut quæ præ- Tertus.
cedebāt, & quæ sequebātur: clamabāt dicētes. Osanna
filio Dauid. Vna eademq; cōfessiōis & laudationis uoce
deū qui præcedūt & qui sequūtur exaltāt: q̃a una nimis
fides est eorū: qui ante incarnationē dñicam: & qui post
hæc fuerūt pbatī: quīs sacramēta habuerint pro tēporē
rōne disparia. Petro attestāte: qui ait. Sed per grām dñi ps. iij.
iesu credim⁹ saluari: quēadmodū & illi. Quod aut aiunt
Osanna filio Dauid: hoc est quod in psalmo legitur. Do-
mini est salus. & super populū tuum bñdictio tua. hoc
est quod in magnæ deuotiōe laudis in apocalipsi sctōꝝ
chorus resonat. Salus deo noctro: qui sedet super thro- Apoca, vij.
nū & agno. Benedictus qui uenit in noīe dñi. In nomine
dñi in noīe dei patris significat. quod ip̃e alibi iudeis nō Tertus,
credentibus dicit. Ego ueni in nomine patris mei: & nō
recepistis me. Alius ueniet in nomine suo. illum recipi- Joānis, v.
etis. Venit enim christus in nomine dei patris. quia in
omnibus quæ gessit & dixit: patrem glorificare: & glo-
rificandū hominib⁹ predicare curauit. Veniet Antichri-
stus in noīe suo: qui quū sit hō oīum nequissim⁹: & dia-

bolo comite plenus: nō dedignabit se filium dei cognominari. Aduersatur enī & extollit super omne quod dicitur deus. aut quod colit. Assumūt aut uersiculū laudis turbæ: de psalmo centesimo decimo septimo: quem de dño cātātū nemo est qui dubitet. Vnde pulchre præmittit lapidē: quē reprobauerūt ædificantes: hic factus est in caput angulī: quia uidelicet xp̄s: quē reprobauerūt iudei: ædificātes suarū decreta traditionū: factus est in munimentū utriusq; populi credētis iudei scilicet & gētilis. Qd' enim in psalmo lapis angularis uocatur xp̄s: hoc est utiq; quod in euāgelio præcedentiū sequentiūq; collaudatur uoce turbarū. Quod aut in eiusdem laudis p̄secutione subiungitur Osanna. idest Salus. siue saluifica in altissimis perspicue docet aduentū dñi in carne: nō solum humani generis in terra: sed & angelorū in coelis esse salutē. quia dum nos redēpti ad superna perducimur: eorum p̄fecto numerus: qui Sathana cadente erat minoratus: impletur. Hinc enim Paulus ait. Instaurari oīa in xp̄o q̄ in coelis & q̄ in terra sūt in ip̄o. Recte igitur Osanna in altissimis in eius laudem canit: cuius tota incarnationis dispēratio pro implēda gloria patriæ cælestis aderat. Proinde necesse est fratres mei ut ad p̄missā nobis patriā tota mentis deuotiōe tēdam⁹ semp recordātes quia & si angusta est uia qua ingredimur: beatā est tñ māsio: ad quā festinam⁹. Fœlici⁹ quippe est per asperū iter ad regnū: q̄ per amenū planūq; ad suppliciū duci. Fœlici⁹ est cōtinētia carnis tp̄ali gaudiū perēne mereri: q̄ pro lasciuiā parui tp̄is æternā lucre uindictā. Ecce ieiunū quadragesimale dño auxiliāte iā plurima ex parte

compleuimus. Testis est unicuique conscientia sua: quia
 quanto districtius se sanctis his diebus domino mancipasse
 meminit: tanto amplius gaudens sanctum dominicæ resurre-
 ctionis tempus expectat. At si quis forte adhuc conscien-
 tia minus perfecte castigata accusat: nulli dubium quin pau-
 dus & tremens tantæ solennitatis prestolat aduentum. Nec
 tamē hic talis de salute diffidat: ne aliqua suorum numero-
 sitate uel enormitate scelestæ confusus barathrum desperati-
 onis incidat. iuxta illud Salomonis. Impius quum uene-
 rit in profundum malorum: contemnit. Sed sollicitè perpēdat
 quia si tempus annuæ festiuitatis: qua de auctoris nostri
 resurrectione letamur: tanto uel gaudio castos. uel im-
 puros metu & confusione afficit: multo magis in tempe
 districti examinis: quando generalis omnium resurrectio ce-
 lebratur. & iam audita iudicis sententia hos conscientia mun-
 da excusans latificat. illos noxia accusans impetuum dā-
 nat. Quicumque ergo frēs dilectissimi continentiae armis ac-
 cincti ab initio iam quadragesimæ cum tentatore super-
 bo certare cœperunt: uideant caute ne cepta deserant pri-
 usque hoste prostrato ministeriis donentur angelicis. Qui
 uero hactenus armaturam uirtutum non induit: uel hodie
 incipiat. hodie cum turbis illis fidelibus fidei opera assu-
 mat. imploret pietatem eius: qui in nomine patris adueni-
 ens benedictionem mundo attulit. & Osanna in altissi-
 mis proclamans saluari se superna in patria flagitet. Ster-
 nat uestimenta sua in uia. idest membra sui corporis humi-
 liet in presenti: ut exaltet ea deus in futuro: memor illius
 Dauidici. Quia exultabunt ossa humiliata. Ramos de ar-
 boribus cædat: & sibi sternat in uia. idest sanctorum scripta

prover. xvij.

pē. l.

sedulus ad memoriã reuocet: quib⁹ stantes ne cadãt ro-
borant. Lapsi ne diutius iaceant hortant. resurgentes ut
uirtutib⁹ exerceãtur instruuntur. Exercitati uirtutibus
p̃mia in cœlis ut speret eriguntur: bisq; gress⁹ suæ actio-
nis: ne in lapidẽ offensionis & petrã scandalĩ offendat p̃-
muniat. ac si etiam ipse cū cæteris fidelib⁹ redemptoris
sui uestigia sequat. passionisq; ac resurrectionis ei⁹ my-
steria digna mentis puritate ueneret: qui electis oĩbus
mēbris uidelicet suis in remediũ uulnery simul & cæle-
stiu gaudiory pignus dare dignat⁹ est. Iesus xp̃s dñs no-
ster: qui uiuit & regnat cū patre in unitate sp̃irit⁹ sancti
deus per omnia sæcula sæculory. Amen.

¶ In cæna domini.

¶ Ex euangelio Ioannis cap. xii.



Nte diẽ festũ paschæ sciens Iesus quia uenit
ei⁹ hora ut trãseat ex hoc mũdo ad patrẽ quũ
dilexisset suos qui erant in mũdo: in finẽ dile-
xit eos. Et cæna facta quũ diabol⁹ iam misisset in cor ut
traderet eum Iudas Symonis Scariothis. Sciẽs quia oĩa
dedit ei pater in manus: & quia a deo exiuit: & ad deũ ua-
dit. Surgit a cæna: & ponit uestimẽta sua & quũ accepis-
set lintheũ præcinxit se. deinde misit aquam in peluim
& cœpit lauare pedes discipulorum & extergere lintheo:
quorãt præcinctus. Venit ergo ad Symonẽ Petrũ: &
dicit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Respõdit
Iesus & dixit ei. Quod ego facio: tu nescis modo. scies at
postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æter-
num. Respõdit ei Iesus. Si nõ lauero te: nõ habebis par-
tem meũ. Dicit ei Symon Petrus. Dñe nõ tantũ pedes

meos: sed manus & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est: non indiget: nisi ut pedes lauet: sed est mundus totus. Et uos mundi estis: sed non oēs. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eū. propterea dixit. Nō estis mundi oēs. Postq̃ ergo lauit pedes eorū: accepit uestimenta sua. & quū recubuiſſet: iterū dicit eis. Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magister & dñe & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui uestros pedes dñs & magister: & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enī dedi uobis: ut quēadmodum ego feci uobis: ita & uos faciatis.

¶ Homelia uenerabilis Bedæ præſbyteri.

Scripturus euāgelista Ioānes memorabile illud dñi mysterium: quo discipulis in pascha priusq̃ ad passionē iret pedes lauare dignatus est: primū ipm nomen paschæ ad mystice significaret aperire curauit ita incipiens. Ante diem festū paschæ sci Tertius.
ens Iesus quia uenit hora eius ut trāseat ex hoc mūdo ad patrem. Pascha quippe trāsit⁹ interpretat nomē ex eo uentus habens q̃ trāſierit in eo dñs per Egyptū percutiens primogenita Egypti: & filios Israel liberās. & q̃ ipsi filii Israel trāſierint illa nocte de Egyptia seruitute: ut ueniret ad terrā pmissæ hereditatis & pacis. mystice at̃ significās q̃ in eo dñs trāſitur⁹ eēt ex hoc mūdo ad prēm. & q̃ ei⁹ exēplo fideles abiectis t̃palib⁹ desiderijs. abiecta uitioꝝ seruitute: cōtinuis uirtutū studiis trāſire debeāt ad p̃missionē patriæ cælestis. Quomodo aut̃ trāſierit Ies⁹ ex hoc mūdo ad patrē pulchro sermōe designauit Ioānes euāgelista quū dicit. Quū dilexisset suos: q̃ erant in Tertius.
mūdo: in finē dilexit eos. idest in tantū dilexit: ut ipsa di-

lectione uitam ad tempus finiret corpale: mox de morte ad uitam de hoc mundo trāsitur⁹ ad patrem. Maiore nāq; hac dilectionē nemo habet: ut aīam suam quis ponat pro amicis suis. Vnde recte uterq; transitus & legalis uidelicet & euangelicus sanguine consecratus est. Ille agni paschalis. iste eius: de quo dicit apostolus. Etenī pascha nostrum imolātus est christus. Iste sanguine fuso in cruce. ille in crucis modum medio limine & suplinari mediis asperso in postibus. Et cena inquit facta quum diabolus iam misisset in cor ut traderet eū Iudas Symonis Scariotis: sciens qā omnia dedit ei pater in manus. & quia a deo exiuit & ad deum uadit: surgit a cena: & ponit uestimenta sua. Locuturus de maxima humilitate assumpte humanitatis prius cōmemorat aeternitatem diuinæ potestatis: ut & ipsum uerum deum hominemq; demonstraret: & nos illius præcepti ammoneat: ut quanto magni sumus: humiliemur in omnibus. Homo erat uerus: qui hominum pedes tangere ac lauare. per hominem tradi. ac ab hominibus poterat crucifigi. Deus erat uer⁹: cui oīa dedit pater in manus: quia a deo exiuit & ad deum rediit. Sciebat ergo dñs qā diabol⁹ miserat iam in cor Iudæ ut traderet eum. Sciebat quia omnia dedit ei pater in manus. inter quæ oīa & ipm traditorē & eos: quib⁹ tradend⁹ erat. & mortē: quā erat passurus: sciebat: ut de his oībus quæ uellet faceret: malumq; eorū sua potentia cōuerteret in bonū. Sciebat qā p hūilitatē incarnationis a deo exiuit. & per uictoriam resurrectionis ad deum erat rediturus. nec deum quū inde exiret: nec nos deferens quum rediret. Sciebat quidem oīa

Tertius,

j. Corin. v,

Tertius,

hæc & tñ in magnæ suæ iudiciū pietatis. in magnæ nre
exemplū humilitatis surgit a cena: & ponit uestimenta
sua. Lauit pedes discipulorū: nō dei dñi: sed homis serui
implens officiū. & eius quoq; pedes humiliter abluēs:
cuius manus in sua traditione nouerat pcaciter esse pol
luēdas. Quod si altiori indagine mysteriū hoc humiliū
nri saluatoris pertractare delectat: cena hæc sacrosancta
in qua cum discipulis recubuit dñs: tempus significat
uniuersum: quo in ecclesia corporaliter demorat⁹ & da
pibus uerbi salutaris ac miraculorū suorum dulcedine
cunctos longe lateq; pauit. & ip̄e audientium fide ac di
lectione pastus est. quia quotquot ad gratiā ueritatis cō
uertit: per hos nimirum corporis sui: quod est ecclesia:
quasi more uescentiū fecit augmentū. Surrexit aut a ce
na & posuit uestimenta sua quando temporaliter cum ho
minibus amplius conuersari desistens membra corpis
assumpti deposuit in cruce. Accepto lintheo præcinxit Tertus
se quando accepto a patre mandato patiēdi pro nobis in
ip̄o passionis exercitio sua mēbra circūdedit. Solet nāq;
per lintheum: quod multifario tormentorū labore con
ficitur: afflictio passionū figurari. Et dñs ponens uesti
mēta lintheo præcingitur: ut significet se habitum cor
poris quem induit: nō sine pressura dolorum: sed longa
crucis tribulatione deponere. Misit aquam in peluim: Tertus.
& cepit lauare pedes discipulorum & extergere lintheo
quo erat præcinctus: quando defunctus in cruce aquā
una cum sanguine de latere suo profudit in terram: qui
bus credentiū opera mundaret: eademq; opera non solū
passionis sacramentis sanctificare: sed etiam eiusdē ex

emplis confirmare dignat⁹ est. Quod autē inchoata pe-
 dum lauatiōe dicitur. Venit ergo ad Symonē Petrum
 nō ita intelligendū est quasi post aliquos ad illum uene-
 rit: sed quia ab illo: qui primus ap^lo^rū erat: coeperit. & il-
 le tale ministeriū: quia ministeriū nesciebat: nō frustra
 horruerit. Quod etiā quilibet eorū actur⁹ fuisse non du-
 bitat: si nō illa terreret inia: qua Petro dictū est. Si nō la-
 uero te: non habebis partem mecū. Vbi apte mōstratur
 q^d hęc pedum lauatiō spūalem animæ & carnīs purifica-
 tiōē: sine qua ad consortiū xpī pueniri non pōt: insinu-
 at. Vnde Petrus hęc audiens solito mox amoris diuini
 feruore correptus respondit. Dñe non tantū pedes meos
 sed manus & caput. Ac si apte dicat. Quia iam te docen-
 te intelligo qui lauando pedes meos errata mea te mun-
 dare significas: non solum pedes: sed & manus & caput
 tibi lauanda offero: quia nō solū incessu: sed etiā actu ui-
 su quoq; auditu. gustu. olfatu & tactu multa me cōmi-
 sisse: quæ a te debeāt dimitti nō ambigo. Sed feruido a-
 mori quid respondeat dñs. quomodo hunc ad intelligē-
 tiā mysticæ lauatiōis paulatim prouocet audiam⁹. Qui
 lotus ē inquit nō eget nisi ut pedes lauet: sed ē mūd⁹ tot⁹
 Manifeste denūciat q^d lauatiō pedum quidem illa remis-
 sionem peccatorum designaret: non tamen eam: quæ in
 baptismo semel datur: sed illam potius: qua quotidiani
 fidelium reatus: sine quibus in hac uita nō uiuunt: quo-
 tidiana eius gratia mūdantur. Pedes nāq; quibus incedē-
 tes terram tangimus: ideoq; eos a contagione pulueris
 sicut reliquum corpus immunes custodire nequimus⁹
 ipsam terrenæ inhabitationis necessitatem designant.

Tertus,

Tertus,

quia in quantum quotidie desides nos & negligentes ef-
ficimur: in tantum etiam magni quicq; & summæ cōuer-
sationis uiri a cælesti: quam maxime diligunt: contem-
platione reuocantur: ut si dixerimus quia peccatū non
habemus: nos ipsos seducimus: & ueritas non est in no-
bis. Qui ergo lotus est: non indiget nisi ut pedes lauet:
sed est mūdus totus. quia qui ablut⁹ est fonte baptisma-
tis in remissionem omniū peccatorum: non indiget rur-
sus (immo non potest eodem modo) abluī: sed quotidī-
ana tantum mundanæ conuersationis contagia necesse
habet quotidiana sui redemptoris indulgentia tergunt.
Est enim toto actionum suarum corpore mundus. exce-
ptis ^{in la mōde} dumtaxat his: quæ menti necessitate curæ tempo-
ralis adhæserunt: ob quorum quotidianam sordidatio-
nem simul & emundationem quotidie dicimus oran-
tes. Et dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimitti-
mus debitoribus nostris. Verum hæc de apostolis eorū
q; similibus dicta sunt: beatis uidelicet imaculatis: qui
timentes dominum ambulant in uīs eius. At nos: qui
diuini scēpe timoris obliti iter leue ^{curamus} incedimus: non illa le-
ui & quotidiana orationū solēnitate possumus ab erra-
tuum nostrorum sordibus liberari. sed maior necesse est
^{ut} inquinatio. maiori orationū. uigiliarum atq; ieiuniorū
lachrymarum & elemosynarū exercitio purgetur: ipōni
mirū interius uestigia cordis nostri mūdante: qui sedēs
in dextera dei per assumptæ habitū hūanitatis. quotidie
interpellat pro nobis. Postq̃ uero lauit discipulorū pedes
domin⁹: accepit uestimēta sua: & quū recubuisset iterū
apuit uerbo mysteriū lauationis: qd̃ eis paulo ante factū

necdum scientibus exhibuerat. quia postquam patiendo
 in cruce lauacrum nobis remissionis consecrauit: accepit
 membra iam immortalia: quae mortalia posuerat. & quum
 post resurrectionem apparuisset discipulis: ac familiari-
 ter cum eis esset etiam in conuescendo per dies quadragin-
 ta conuersatus: exposuit eis utilitatem suae passionis. cuius
 catenus quia uirtutem mysticam nesciebant: euentum sa-
 tis timebant. Si ergo ego inquit laui uestros pedes dominus
 & magister: & uos debetis alter alterius lauare pedes.
 Quae uidelicet sententia & ad litteram: & ad mysticum
 sensum recte accipi: & deuote debet impleri. Ad litteram
 quidem: ut per charitatem seruiamus in inuicem: non solum
 in lauando pedes fratrum: sed in quibuslibet eorum ne-
 cessitatibus adiuuandis. Ad mysticum uero intellectum:
 ut sicut nobis dominus peccata poenitentibus dimittere con-
 sueuit: ita etiam & nos peccatis in nos fratribus di-
 mittere festinemus. Sicut ille lauit nos a peccatis nostris in-
 terpellando patrem pro nobis: ita & nos si scimus fratrem
 nostrum peccare peccatum non ad mortem petamus ut detur ei ui-
 ta peccati non ad mortem. Et sicut apostolus Iacobus admo-
 net: confitemini alterutrum peccata uestra: & orate pro inuice
 ut saluemini. Et sicut ille pro nobis animam posuit: sic &
 nos instante temporis articulo pro fratribus animas ponamus.
 Sequitur. Amen amen dico uobis non est seruus maior domino suo.
 neque apostolus maior eo qui misit illum. Haec ideo dixerat: quia
 lauerat pedes discipulorum dominus: & ipse quoque misit eos quos mi-
 sit. Apostolus enim graece latine dicitur missus: ut ostenderet ea quae su-
 is fecit humiliter: multo magis humilibus & infirmis humiliter
 esse faciendum. Sed & hoc in loco spiritualis intellectus commonet. quia

Tertius.

Jacobi. v.

Tertius.

si ipse qui peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore
 eius: interpellat pro nostris excessibus: multo magis ipsi debe-
 mus orare pro inuicem. Sed & si dimittit nobis ille; cui
 non habemus quod dimittamus: multo magis oportet
 nos alterutrum dimittere nobis debita nostra. Quod ipse
 apostulus quoque precipiens ait. Estote autem inuicem beni- Ephe. liij.
 gni. misericordes. donantes inuicem: sicut & deus in christo
 donauit uobis. Si haec scitis inquit: beati eritis si feceritis. Textus.
 ea. Salutaris haec multum nostri saluatoris: & sedulo est
 cogitanda sententia: quia beati erimus sciendo caelestia
 praecepta: si tamen ea quae nouimus: operando sectemur. Qui
 enim cognita eius mandata seruare negligit: beatus esse non ua-
 let. Qui haec uel cognoscere contemnit: multo longius a
 beatorum sorte secludit. Congruit his psalmista: qui mor-
 taliu corda perpendens aequae omnes beatitudinem amare:
 sed paucos ubi est quaerere conspiciens ipse quae sit maxi-
 ma in hac uita hominis beatitudo manifeste protestatur
 est dicens. Beati immaculati in uia qui ambulant in lege do- ps. cxvii.
 mini. Et ne putaret haec uita immaculatu ac beatorum
 ab imperitiis passim & rudibus posse comprehendi: consequen-
 ter adiunxit & ait. Beati qui scrutantur testimonia eius. in Ibidem.
 toto corde exquirunt eum. Quapropter charissimi roge-
 mus eius clementiam qui mandauit mandata sua custodi-
 ri nimis: ut dirigat ipse uias nostras ad custodiendas iustifica-
 tiones suas. ipse post custodiam mandatorum suorum ad beati-
 tudinem nos suae perpetuae uisionis inducat: Iesus christus de-
 us & dominus noster. Qui uiuit & regnat cum patre in unita-
 te spiritus sancti per omnia secula saeculorum amen.

¶ Feria sexta parasceues. Sermo beati Leonis pape.

Ecursis dilectissimi sermōe proximo ijs quæ
ad cōprehensīōē dñi præcesserūt: superest
ut auxiliante gratia dei de ipso iam passiōis or-
dine sicut promissimus disseram⁹. Nam quū uerbis sa-
cræ orationis suæ dñs declarasset uerissime sibi atq; ple-
nissime & humanam & diuinam inesse naturam: osten-
dens unde esset q; pati nollet. & unde q; uellet: depulsa
trepidatione infirmitatis. & cōfirmata magnitudine uir-
tutis rediit in sententiā dispositionis æternæ. & sequenti
diabolo per ministeria iudeorum formā serui nihil pec-
cati habentis obiecit: ut per eum ageretur omniū cau-
sa in quo solo erat omniū natura sine culpa. Irruerunt
ergo in lumen uerum filiū tenebrarum: & utentes facu-
lis & laternis nō euaserunt infidelitatis suæ noctē: quia
nō intellexerunt lucis auctorem. Occupant paratum te-
neri: & trahunt uolentem trahi. Qui si uellet obniti: ni-
hil quidem in iniuriā eius impiæ manus possent: sed
mundi redemptio tardaretur. & nullum saluaret ille sus
qui pro omniū salute erat moriturus. Sinens igitur in-
ferri sibi quicquid sacerdotum incitamentis furor popu-
laris audebat ad Annam Caiphæ socerum. ac deinde ad
Caiphā ex Annæ transmissiōe perducitur. & post in-
sanas calumniantiū obiectiones. post cōmētitiā subor-
natorū testium falsitates ad audientiam Pilati pōtificū
delegatione transfertur. Qui diuino iure neglecto cla-
mantes se regem non habere: nisi Cæsarem tanq̃ roma-
nis deuoti legibus omne iudiciū potestati præfidis re-
seruassent: expetierunt executorem magis seuitiæ q̃ arbi-
trium causæ. Offerebant enim iesum duris nexibus uin-

ctum. colaphis frequētibus cesum. sputis oblitum. clamoribus prædānatum: ut inter tot præiudicia quē omnes uelent perire: nō auderet Pilatus absolvere. Deniq; nec in accusato reperisse culpam. nec in sententia sua tenuisse constantiā docet ipsa cogitatio: in qua iudex quē ipse innocentē pronunciat damnat: addicens iniquo populo sanguinem iusti: a quo abstinēdum sibi intellectu proprio senserat: & somnio uxoris nouerat. Nō purgāt contaminatū animum manus lotæ: nec in aspersis digitis expiatur: quod famulante impia mente cōmittitur. Excessit quidem Pilati culpam facinus iudeorum: qui illum nomine Cæsaris territum & inuidiosis uocibus increpatum ad effectum sui sceleris impulerūt. sed nec ipse euasit reatum: qui cooperatus seditionibus reliquit iudiciū propriū. & crimen transijt alienum. Quod ergo Pilatus dilectissimi implacabilis populi uictus infania multis iesum dehonestare ludibriis: & immodicis permisit uexare iniuriis q̄q; eum flagris cesum. spinis coronatum. & amictu irrisoriæ uestis indutum: scribarum & sacerdotum ostentaui aspectui imitigādos proculdubio inimicorum animos æstimauit: ut exaturati inuidiæ odiis nō ultra iam crederent persequendū: quē tot modis intuebantur afflictum. Sed quū inardesceret ira clamantium: ut Barrabam indulgentiā relaxaret: & xpm crucis pena susciperet: quum consono fremitu diceretur a turbis. Sanguis eius super nos & super filios nostros: obtinuerūt in dānationē suā quod pertinaciter exigebant: quorum sicut propheta testat̃ est: dētes eorum arma erant & sagittæ. & lingua eorum gladius acutus.

Frustra enim a crucifigendo dño maiestatis manus im-
pias continebāt: in quem letalia uocum spicula & uene-
nata uerborū tela uibrauerant. Vobis o falsi iudei & sa-
cilegi principes populi facinoris istius pondus incum-
bit & licet imanitas sceleris & præsidentem obligauerit &
mīlites omnes: tñ facti sūma uos arguit. & siquid suppli-
cio xpi uel pilati peccauit iudiciū. uel cohortis obsequiū
hoc uos hūani generis odio digniores: quia uestri furo-
ris impulsu: nec illos innocētes esse licuit. quib⁹ iniqui-
tas uestra nō placuit. idest libentius uos mitescere uidis-
sent. Traditus itaq; dño sœuientiū uolūtati ad irrisionē
regiæ dignitatis supplicii sui iussus est esse gestator: ut
impleret quod Esaias propheta præuiderat dicēs. Ecce
natus est puer. & datus est nobis filius: cuius imperiū
sup humerū eius. Quū ergo dñs lignū portaret crucis
quod i sceptrū sibi uerteret potestatis: erat quidē apud
impiorū oculos grande ludibriū: sed manifestabat fide-
libus grāde mysteriū: qui gloriosissimus diaboli uictor
& inimicarū uirtutū debellator potentissimus pulchra
specie triumphī tui portabat tropheum. & inuictæ pa-
tientiae humeris signū salutare adorandū regnis oībus
inferebat: tanquā & tunc ipa operis sui imagine omnes
imitatores suos cōfirmaret ac diceret. Qui non accipit
crucem suam & sequitur me: nō est me dign⁹. Euntib⁹
aut cum iesu turbis ad locum penæ Symon quidā cire-
neus inuētus est: in quem lignū supplicii transferretur
a dño: ut etiam tali facto præsignaret gentiū fides: qui-
bus crux xpi nō confusio erat futura: sed gloria. Nō er-
go fortuitū: sed figuratū & mysticum fuit ut iudeis in

Esai. ix.

Matth. x.

xpm sequentibus ad compatiendum ei peregrinus occurre
rit dicente apostolo. Si cōpatimur: & conregnauimus: ij. c. b. i. no. ij.
ut sacratissimo saluatoris opprobrio nō hebreus quis
quā. nec israelita: sed alienigena subderetur. Per hāc enī
translationē a circuncisione ad præputiū. a filiis carna
libus ad filios spūales imaculati agni propitiatio & om
nium sacramentorū plenitudo transibat. Siquidem pa
scha nrm imolatus est xpus: qui se nouū & uerum reco
ciliationis sacrificium offerens pñ nō in templo: cui⁹ iā
erat finita reuerentia: nec intra septa ciuitatis ob meritū
sui sceleris diruendæ: sed foris & extra castra crucifixus
est: ut ueterum uictimarū cessante ministerio nouo ho
stia imponeretur altari. & crux xpi non templi esset ara:
sed mundi. Exaltato igitur dilectissimi per crucem xpo
nō illa tm species aspectui mentis occurrat: quæ fuit in
oculis impiorum: quibus per Moysen dictū est. Et erit Deuter. xxxij
pendens uita ante oculos tuos. & timebis die ac nocte:
& nō credes uitæ tuæ. Isti enī in crucifixo dño nihil præ
ter facinus suum cogitare potuerunt: habentes timorē
nō quo fides iustificatur: sed quo conscientia iniqua tor
quetur. Noster uero intellectus: quem spūs ueritatis il
luminat: gloriā crucis cœlo terreq; radiātem puro ac
libero corde suscipiat: & iteriore acie uideat: quale sit qđ
dñs ait quū de passionis suæ loqueretur instātia. Venit
hora ut clarificetur filius hominis. Et infra. Nunc inqt
anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater salua me ex
hora hac. Sed propter hoc ueni in hāc horam. Pater cla
rifica filium tuum. Et quum uox patris uenisset eccelo
dicens. & clarificaui & iterum clarificabo: respondens

Iesus circūastātibus dixit. Nō ppter me uox hęc facta
est: sed ppter uos. Nūc iudiciū est mūdi. nūc princeps
mūdi mittet deorsum. Et ego si exaltat⁹ fuero: oīa trahā
ad me. O mirabilis potētia crucis. O ineffabilis gloria
passionis in qua & tribunal dñi & iudiciū mūdi & pote-
stas est crucifixi. Traxisti enī dñe oīa ad te. Quū expan-
distes tota die manus tuas ad plebē nō credentē & cōtra
dicentē tibi: cōfitendæ maiestatis tuæ sensum tot⁹ mū-
dus accepit. Traxisti dñe oīa ad te: quoniā in execratio-
nem iudaici sceleris unā tulerunt oīa elementa sententiā
quū obscuratis luminarib⁹ cœli & conuerso in noctem
die. terra quoq; motib⁹ nutaret insolitis. uniuersaq; cre-
atura impiorū usui negaret. Traxisti dñe oīa ad te: quo-
niā scisso templi uelo sancta sanctorū ab indignis pōtifi-
cib⁹ recesserūt: ut figura in ueritatē. prophetia in mani-
festationē. & lex in euangeliū uerteret. Traxisti dñe oīa
ad te: ut quod in uno iudeorū templo obumbratis signi-
ficationib⁹ agebat: pleno apertoq; sacramento uniuersa
liū ubiq; nationū deuotio celebraret. Nunc enī & ordo
clarior leuitarū & dignitas amplior seniorū & sacratior
est unctio sacerdotū. quia crux tua fons oīum benedi-
ctionū oīum est causa gratiarū: per quā credētib⁹ datur
uirtus de infirmitate. gloria de opprobrio: uita de mor-
te. Cōfiteamur igit dilectissimi q; beat⁹ magister gētū
Paulus gloriosa uoce cōfessus est dicens. Fidelis sermo
& omni acceptiōe dign⁹: quia iesus uenit in hūc mūdū
peccatores saluos facere. Hinc enī mirabilior est erga
nos misericordia dei: quoniā nō pro iustis. neq; pro san-
ctis: sed pro iniquis & impiis xp̄us est mortuus. Et quū

mortis aculeū accipe nō posset natura deitatis; suscepit
 tñ nascēdo ex nobis quod posset offerre pro nobis. Olim
 enī mortī nr̃e mortis suæ potētīā minabatur dicēs per
 Osee pphctā. Ero mors tua o mors. & ero morsus tuus Osee. rtiij.
 inferne. Leges enī infernī moriēdo subiit: sed resurgēdo
 dissoluit. & ita ppetuitatē mortis incidit: ut de eā de eter
 na faceret tpalē. Sicut enī in Adā oēs moriunt; ita & in
 xpo oēs uiuificāt. Fiat itaq; dilectissimi qđ apostol⁹ ait. ij. Corinthe.
 ut q uiuunt: iā nō sibi uiuāt: sed ei qui pro oīb⁹ mortu⁹
 ē & resurrexit. Et q̃a uetera trāsierūt & facta sūt oīa no
 ua: nemo in carnalis uitę uetustate pmaneat: sed oēs de
 die in diē pficiēdo renouent. Quātūlibet quisq; iustifi
 cat⁹ sit: habet tñ dum in hoc corpe est quo pbatior esse
 possit & melior. Qui aut non pficit: deficit. & qui nihil
 acqrit: nō nihil pdit. Currēdū ergo nobis est fidei gressi
 bus: opib⁹ misericordiæ. amore iustitiæ: ut diē redēpti
 onis nr̃e spūaliter celebrātes nō in fermēto ueteris mali
 tię & nequitie: sed i azimis sinceritatis & ueritatis resur
 rectionis xpī mereamur esse participes. Qui uiuit & re
 gnat cū p̃re & cum spū sancto in sæcula sæculorū amē.
 ¶ In uigilia pasche. Secūdū Mattheū. xxviii. cap.



Espere aut sabbati quæ lucessit i prima sabba
 ti: uenit maria Magdalene & altera maria uide
 re sepulchrū. Et ecce terremot⁹ fact⁹ est ma
 gnus. Angelus enim dñi descēdit de cælo. & accedens
 reuoluit lapidem: & sedebat super eum. Erat aut aspect⁹
 ei⁹ sicut fulgur. & uestimēta eius sicut nix. Prē timore
 aut ei⁹ exterriti sunt custodes: & facti sūt uelut mortui.
 Respondēs aut angelus dixit mulieribus. Nolite time.

re uos. Scio enim q̄ iesum qui crucifixus est: quæritis.
nō est hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite & uidete lo-
cum ubi positus erat dñs. Et cito euntes dicite discipu-
lis eius quia surrexit. & ecce præcedet uos in Galileam.
ibi eum uidebitis. ecce predixi uobis.

¶ Homelia uenerabilis bedæ pres byteri.



Igñas nobis hui⁹ sacratissimæ noct̄is sicut
lectione euāgelica audiūm⁹ fratres charissi-
mi: resurrectio dñi ac saluatoris nr̄i dedica-
uit. Iuste enī hanc pro eius amore uigiliis celebram⁹ &
hymnis qui pro nr̄o amore in ea dormire in mortē: ac de
morte uoluit excitari. Nā sicut apostolus ait: mortuus
est ppter delicta nr̄a: & surrexit ppter iustificationem
nr̄am. Quod ip̄o quoq; statu t̄pis: quo uel mortuus est
in cruce. uel a mortuis surrexit ostēdit. Circa horā qp̄
pe nonā quū inclinata iā esset ad uesperā diēs: & tepefact⁹
a meridiano feruore radius solis: mysteriū uictoriosissi-
mæ passiōis cōsumauit: euident̄ se insinuās ppter aufe-
renda scelera: quib⁹ a diuina luce & dilectione in huius
mortē peregrinatiōis incidim⁹: crucis subiisse patibulū
Surrexit mane p̄ma sabbati: quæ nūc diēs dñica uocat⁹:
manifeste docens se nos a morte aīæ resuscitaturū: & in
spīritus dicitur. Quōrum remiseritis peccata: remittū-
tur eis. & quorum retinueritis: retenta sunt. Libet intu-
eri illi discipuli ad tāta onera humilitatis uocati ad quā
tum culmen glorię sunt perducti. Ecce non solum de
semetipīs securi fiunt: sed etiam alienę obligatiōis po-
testatem & relaxatiōis^{relaxationis} accipiunt. Principatū superni
iudicis sortiunt: ut uice dei quibusdam peccata retine-
ant. quibusdam relaxent. Sic sic eos a deo decebat erigi
qui tantū pro deo consenserāt humiliari. Ecce qui distri-
ctum dei iudiciū metuunt: animarū iudices fiunt. et
alios dānant uel liberant: qui semetipōs damnari me-
tuebant. Horum profecto nunc in ecclesia episcopi lo-
cum tenent. Soluēdi ac ligandi potestātē suscipiūt: qui
gradum regiminis sortiūtur. Grandis honor: sed gra-
ue pōdus istius est honoris. Durū quippe est ut qui ne-
scit teneri moderamine uitę suę: iudex uitę fiat aliene
Et plerūq; cōtingit ut hic iudiciū locū teneat: cui ad lo-
cum uita minime cōcordat. Ac proinde sepe agitur ut
uel dānet īmeritos. uel alios ipē ligatus soluat. Sepe in
soluēdis ac ligandis subditis suę uoluntatis motus: nō
autē causarū merita sequitur. Vnde fit ut ipā ligandi &
soluendi potestate se priuet: qui hanc pro suis uolupta-
tibus & non pro subditoꝝ morib⁹ exercet. Sæpe fit ut
erga quēlibet proximū odio uel gratia moueat pastor.
Iudicare autem digne de subditis nequeunt: qui in sol-

uendis ac ligandis subditis sua uel odio uel gr̃a sequūt.
Vnde recte per pphetā dicitur. Mortificabant aīas: q̃
non moriūtur. & uiuificabāt aīas: quæ non uiuūt. Nō
morientē quippe mortificat: qui iustū damnat. & non
uicturū uiuificare nititur: qui reum absolvere suppli-
cio conat̃. Causæ ergo pensandæ singulorū sunt: & tūc
ligādī atq; soluendī potestas exercēda. Videndum quæ
culpa: & quæ sit poenitētia secuta post culpā: ut quos
oīpotens deus per copūctiois gr̃am uisitat: illos pasto-
ris sentētia absoluat. ^{Amphom} Tunc enim uera est absolutio præ-
fidentis: quū in terni arbitriū sequit̃ iudicis. Quod be-
ne quatrīduanī lazari resuscitatio significat: quæ uide-
licet demōstrat q̃ prius dñs mortuū uocauit: & uiuifi-
cavit dicēs. Lazare ueni foras. & postmodum is: qui ui-
uensegessus fuerat: a discipulis est solutus: sicut scri-
ptū est. Quūq; egressus esset: qui fuerat ligat⁹ in stitis:
tunc dixit discipulis suis. Soluite eū: & finite abire. Ec-
ce discipulī illum iam uiuentē soluūt: quē magister re-
suscitauerat mortuū. Si enim discipulī lazariū mortuū
soluerent: fetorem magis ostenderent q̃ uirtutē. Ex q̃
cōsideratiōe ^{videndū} intuendū est q̃ illos nos debemus per pa-
storalē auctoritatē soluere: quos auctorē nīm cogno-
scimus per suscitantē gr̃am uiuificare. Quæ nimirum
uiuificatio ante operationē ^{rectitudinis} in ipsa iam co-
gnoskitur cōfessiōe peccati. Vnde & huic ipsi mortuo
lazarō nequaquā dicit̃ reuiuifce: sed ueni foras. Omnis
quippe peccator dum culpā suā intra cōscientiā absco-
dit: introrsus latet: quia in suis penetralib⁹ occultatur.
Sed mortuus uenit foras quū peccator nequitias suas

spōte confitet^r. Lazaro ergo dicit^r ueni foras. Ac si apte
 cuilibet mortuo in culpa diceretur. Cur reatum tuum
 intra cōsclētiā abscondis: Foras iam per cōfessionē egre
 dere: quia apud te interius per negationē lates. Veniat
 itaq; mortuus foras. idest culpā suā confiteat^r peccator
 Venientē uero foras soluāt discipuli: ut pastores eccle
 siæ ei poenā debeāt amouere quā meruit: quia non eru
 buit confiteri quod fecit. Hæc de solutiōis ordine bre
 uiter dixerim: ut sub magno ^{uero} moderamine pastores ec
 clesiæ uel soluere studeant: uel ligare. Sed utrum iuste
 an iniuste obliget pastor: pastoris tñ sententiā a grege^{re a subditis}
 timenda est: ne is qui subest: & quū iniuste forsūt ligat^r
 tur: ipsam obligationis suæ sniam ex alia culpa mereat^r
 Pastor ergo uel absolvere indiscrete timeat. uel ligare.
 Is aut: qui sub manu pastoris est: ligari timeat iuste uel
 iniuste. nec pastoris sui iudiciū temere reprehēdat: ne
 & si iniuste ligatus est: ex ipsa tumidæ reprehēsiōis su
 perbia: culpa: quæ non erat: fiat.

¶ Dominica secunda.

Ex euangelio Ioannis decimo capite.



Nillo tpe. Dixit dñs Iesus discipul^r suis. Ego
 sum pastor bonus. Bonus pastor ^{aiam} suam
 ponit pro ouibus suis. Mercenarius autem
 & qui non est pastor: cuius non sunt oues p
 prie uidet lupum uenientē: & dimittit oues & fugit: &
 lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fu
 git: quia mercenarius est: & nō pertinet ad eum de oui
 bus. Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas: &
 cognoscūt me meæ. Sicut nouit me pater: et ego agno

seo patrē. & aīam meā pono pro ouibus meis. Et alias
oues habeo: quæ non sunt ex hoc ouili; & illas oportet
me adducere. & uocē meam audiēt. & fiet unū ouile &
unus pastor.

Homelia beati Gregorīi papæ.



^{no 36 ne} Vdistis frēs charissimī ex lectiōe euangelica
eruditiōnē ur̄am. audistis periculū nr̄m. Ecce
enim is: qui nō ex accidētī dono: sed essentiali-
ter bon⁹ est: dicit. Ego sū pastor bon⁹. atq; ei⁹sdē boni-
tatis formā: quā nos imitemur adiūgit dicens. Bon⁹ pa-
stor aīam suā ponit pro ouib⁹ suis. fecit quod monuit.
ostēdit quod iussit. Bon⁹ pastor pro ouib⁹ suis: animā
suā posuit: ut in sacramētū nr̄m corp⁹ suū & sanguinē
uerteret. & oues: quas redemerat: carnis suæ alimēto sa-
tiaret. Ostēsa nobis est de cōtēptu mortis uia: qm̄ seq-
mur. apposita forma: cui ^{allegemur} imprimamur. Primū nobis ē
exteriora nostra misericorditer ouibus ei⁹ impēdere.
postremum uero si necesse sit: etiam mortem nostram
pro ei⁹sdem ouib⁹ ^{ministrare} ministrare. A primo autem hoc mi-
nimo peruenitur ad postremū maius. Sed quum incō-
parabiliter longe melior sit anima: qua uiuimus: terre-
na substantia: quam exterius possidemus: qui non dat
pro ouib⁹ suis substantiā suā: qn̄ pro ^{his} daturus est ani-
mam suam? Et sunt nonnulli: qui dum plus terrenam
substantiam q̄ oues diligunt: merito nomē pastoris per-
dunt. De quibus protinus subditur. Mercenarius autē
& qui non est pastor: cuius non sunt oues propriæ: ui-
det lupum ueniētem et dimittit oues et fugit. Nō pa-
stor: sed mercenarius uocatur: qui non pro amore intē-

mo oues dominicas: sed ad temporales merces pascit.
Mercenarius quippe est: qui locū quidem pastoris te-
net: sed lucra animarū non quærit. Terrenis cōmodis
^{solitaria} inhiat. honore prælationis gaudet. tpalibus lucris pa-
scitur. impensa sibi ab hoibus reuerētia lætat. Istæ sunt
etenim mercedes mercenarii: ut pro eo ipsoq; in regi-
mine laborat: hic quod quærit inueniat: & ab heredita-
te gregis imposterū alien^{us} existat. Vtrū uero pastor sit
an mercenari^{us} cognosci ^{uerda & p. inuenit} ueraciter nō potest: si occasio
necessitatis deest. Trāqllitatis enim tpe plerūq; ad gre-
gis custodiā sicut uerus pastor: sic etiā mercenari^{us} stat.
Sed lūpus ueniēs indicat quo quisq; aīo sup gregis cu-
stodiā stabat. Lupus etenim sup oues uenit quū quili-
bet iūst^{us} & raptor fideles quosq; atq; hūiles opprimit.
Sed is: q pastor eē uidebat & nō erat: relinqt oues & fu-
git. Quia dū sibi ab eo piculū metuit: resistere ei^{us} iniu-
stitiæ non præsumit. fugit at: nō mutādo locū: sed sub-
trahēdo solatiū. fugit: quia iniustitiā uidit: & tacuit. fu-
git: quia sub silētio abscondit. Quib^{us} bene p pphetā di-
cit. Nō ascēdistis ex aduerso. neq; opposuistis ^{murum} murum
p domo israel: ut staretis in prælio in die dñi. Ex aduer-
so quippe ascendere est quibuslibet potestatibus prauē
agentibus ratione libera uoce contra ire. Et in die domi-
ni pro domo israel in prælio magno stamus: ac murum
opponimus: si fideles innocentes contra peruersorum
iniustitiam ex iustitiæ auctoritate uindicamus. Quod
quia mercenarius non facit: quum uenientem lu-
pum uiderit: fugit. Sed est aliū lūpus: qui sine ces-
satione quotidie non corpora: sed mentes dilaniat: ma-

lignus aut uidelicet spūs: qui caulas fidelīū infidiās circuit: & mortes animarū quærīt. de quo lupo mox subditur. Et lupo rapit & dispergit oues. lupo uenit: & mercenarius fugit: quia malignus spūs mentes fidelīū in tētatione dilaniat. & is: qui locū pastoris tenet: curā sollicitudinis nō habet. Animæ pereunt: & ipse de terrenis cōmodis letat. Lupus rapit & dispergit oues: quū aliū in superbā erigit. aliū per iracundiā diuidit. hūc in uidiā stimulat. illum fallaciā supplantat. Quasi ergo gregem lupo dissipat: quū fidelīū populū diaboli⁹ per tentationē necat. sed contra hæc mercenari⁹ nullo zelo accēditur. nullo feruore dilectionis excitatur. Quia dū sola exteriora cōmoda requirit: iteriora gregis dāna negligēter patitur. Vnde & mox adiūgitur. Mercenarius aut fugit: quia mercenarius est: & nō pertinet ad eum de ouibus. Sola ergo causa est: ut mercenarius fugiat: quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur. Stare in periculo ouium non potest: qui in eo q; ouibus præest: nō oues diligit: sed lucrum terrenum quærīt. Dum enim honorem amplectitur: dum tēporalibus cōmodis letatur: opponere se contra periculum trepidat: ne hoc: qd diligit: amittat. Sed quia redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit: iterū formā: cui debeamus imprimi ostēdit dicens. Ego sum pastor bonus. Atq; subiungit. Et cognosco meas: & cognoscunt me meæ. Et cognosco meas. hoc est diligo. Et cognoscunt me meæ. Ac si patēter dicat. Diligētes obsequiūt. Qui enī ueritatē nō diligit: adhuc minime cognouit. Quia ergo audistis frēs charissimi periculū nostrū: pensate in uerbis do-

minicis etiam periculū uestrū. Videte si oues eius estis
Videte si eū cognoscitis. Videte si lumē ueritatis scitis
Scitis autē dico: nō per fidē: sed per amorē. Scitis dico:
non ex credulitate: sed ex opatione. Nā idem ipse: q̄ hec
loquitur: Ioānes euāgelista testat̄ dicēs. Qui dicit se nos-
se dñm & mādata eius nō custodit: mendax est. Vnde
& hoc in alio loco dñs p̄tin⁹ subdidit. Sicut nouit me
pater: & ego agnosco patrē. & aīam meā pono pro ouī-
bus meis. Ac si apte dicat. In hoc cōstat q̄a & agnosco
patrē. & cognoscor a patre: quia aīam meā pono p̄ ouī-
bus meis. idest ea charitate: per quā pro ouib⁹ morior:
quantū patrē diligā ostendo. Quia uero nō solū iudāa:
sed etiā gentilitatē redimere uenerat: adiungit. Et alias
oues habeo: quā nō sūt ex hoc ouilī: & illas oportet me
adducere. & uocem meā audient. & fiet unum ouile &
unus pastor. Redēptionē nrām: qui ex gentili populo
uenimus: dñs aspexerat: quū se adducere & alias oues
dicebat. Hoc quotidie fieri fratres charissimi aspicitis
Hoc recōciliatis gentibus factū hodie uideris. Quasi
ex duob⁹ gregibus efficit unū ouile: q̄a iudaicū & gē-
uilem populū in sua fide cōiungit Paulo attestāte: qui
ait. Ipse est pax nrā qui fecit utraq; unū. Dū enī ad æter-
nam uitā ex utraq; natione simplices eligit: ad ouile p̄-
priū oues deducit. De quibus p̄fecto ouib⁹ rurſū dicit
Oues meæ uocem meā audient. & ego agnosco eas: &
sequūtur me. & ego uitā æternā do eis. De quibus & pau-
lo supius dicit. Per me si quis introierit: saluabitur. &
ingrediet̄ & egrediet̄ & pascua inueniet. Ingrediet̄ q̄p-
pe ad fidē. Egrediet̄ a fide ad spem. a credulitate ad con-

tēplationē . Pascua aut̄ inueniēt: in illa æterna refectione. Oues ergo eius pascua inueniēt. Quia quisq; illum corde simplici sequit̄: æternæ uiriditatis pabulo nutritur. Quæ aut̄ sunt istarum ouium pascua: nisi in terna gaudia sempiternæ uiuentis paradisi? Pascua nāq; electorū sunt uultus præsentis dei. qui dum sine defectu conspicitur: sine fine mens uitæ cibo faciat. In istis pascuis de æternitatis facietate læti sunt: quicq; iā laq̄os uoluptuosæ tēporalitatis euaserunt. Ibi hymni dici angelorū chori. Ibi societas sup̄norū ciuiū. Ibi dulcis solēnitas a peregrinatiōis huius tristi labore redeūtiū. Ibi puidi prophetarū chori. Ibi iudex duodecim apostolorum numer⁹. Ibi innumerabiliū martyrū uictor exercitus tanto illic lætior: quāto hic durius afflictus. Ibi confessorū cōstantia præmiū sui pceptiōe consolata. Ibi fideles uiri: quos a uiriditatis suæ robore uoluptas sæculi emolliri nō potuit. Ibi sanctæ mulieres: quæ cū sæculo & sexū uicerūt. Ibi pueri: qui hic ānos suos morib⁹ transcēderūt. Ibi senes: quos hic & ætas debiles reddidit: & uirt⁹ operis nō reliq̄t. Quæram⁹ ergo frēs pascua: in q̄b⁹ cum tātorū ciuiū solēnitate gaudeam⁹. Ipsa nos lætantiū festiuitas iūitet. Certe sicubi popul⁹ nūdinas celebraret: Si ad alicui⁹ ecclesiæ dedicationē denūciata solēnitate uel festiuitate cōcurreret: festinare mus oēs simul inueniri. interesse tātæ solēnitati unusq;sq; fatageret. graui se dāno afflictū crederet: si solēnitatē cōmunis lætitiæ nō uideret. Ecce in cælestib⁹ electorū ciuiū lætitia agit̄. uicissim de se oēs in suo cōuētū gratulant̄: & tñ nos ab amore æternitatis tepidū nullo deside

rio ardem⁹. Intereē tāta solēnitati nō quærim⁹. Priua
mur gaudiis: & læti sum⁹. Accēdam⁹ ergo animū fra
tres. recalescat fides ī id: quod credidit. inardescant ad
supna nra desideria. & sic amare iā ire est. Ab internæ
solēnitatis gaudio nulla nos aduersitas reuocet. qā & si
q̄s ad locū ppositū ire desiderat: ei⁹ desideriu q̄libet ui
tæ asperitas nō imutat. Nulla uos p̄speritas blādiēs se
ducat. qā stult⁹ uiator ē: q̄ ī itinere amena prata cōspici
ens obliuiscit⁹ ire quo tēdebat. Toto ergo desiderio ad
supnā patriā anim⁹ ahelet. Nihil ī hoc mūdo appetat:
qđ cōstat qā citi⁹ relinqt⁹. ut sic cælestis pastoris ueraci
ter oues sum⁹: qā ī uiæ delectatiōe nō figimur: æternis
pascuis ī p̄uētiōe faciemur. Dñica. iiii.

Ex euangelio Ioannis sextodecimo capite.

In illo tpe. Dixit dñs Iesus discipulis suis.
Modicū & iā nō uidebitis me. & iterū mo
dicū: & uidebitis me: qā uado ad patrē. Dixē
rūt ergo discipuli ei⁹ adinuiçē. Quid est hoc
qđ dicit nobis modicū: & nō uidebitis me. & iterū mo
dicū & uidebitis me: & qā uado ad patrē: Dicebāt ergo
Quid ē hoc qđ dicit modicū? Nescim⁹ quid loqt⁹. Co
gnouit at̄ iesus qā uolebāt eū iterrogare: & dicit eis. De
hoc q̄ritis inter uos: qā dixi modicū: & nō uidebitis me
& iterū modicū & uidebitis me. Amē amē dico uobis:
qā plorabitis & flebitis uos. mund⁹ aut̄ gaudebit. Vos
at̄ cōtristabimini: sed tristitia uestra uertet⁹ ī gaudium
Mulier quū parit tristitiam habet: quia uenit hora eius
Quū autē peperit puerū: iā non meminit pressuræ p
pter gaudiū: quia natus est homo ī mundum. Et uos

igitur nunc quidem tristitiā habetis: Iterum autē uide
bo uos: & gaudebit cor uestrum: & gaudium uestrum
nemo tollet a uobis.

Homelia uenerabilis Bedæ præbyteri

Leta dñi & saluatoris nři pmissa fratres cha-
rissimi læto cordis auditu p̄cipere debem⁹:
sedulaq; intentiōe p̄sistere: quatinus ad hæc
pertingere mereamur. Quid est enim quod
merito lætius audiat⁹: q̄ pueniri posse ad gaudiū: quod
nūquā possit auferri? Notandū autē q; tota lectionis hu-
ius series illis conuenit: qui eam præsentēs audierunt
a dño. Pars autē illius etiā nobis: qui post passionē suam
& resurrectionē dñicam ad fidem uenimus: aptissime
congruit. Quod autē ait modicū & non uidebitis me: &
iterum modicū & uidebitis me: quia uado ad patrē: ad
illos spāliter pertinet: qui eius disciplinatuī prædicātis
in carne adhæsere: & post tristitiā passionis uisa resurre-
ctione & ascēsiōe eius lætificari meruerunt. Modicū
etenim fuit ab illa hora illius noctis: qua traditus est
in hora passionis suæ quo eum discipuli carnaliter non
uiderūt. Et iterum modicū fuit q; clausus in sepulchro
tertia die resurrectur⁹ iacuit: & illorū aspectibus uideri
non potuit. Hoc uero: quod ait. Modicū: & uidebitis
me: significat post resurrectionē: quia cum discipul⁹ cō-
uersatus est: & illis multimoda ostensiōe apparuit: usq;
in cælū illis uidentibus ascendit. ut in euangelio & acti-
bus apostolorū legitur. Et hoc est quod ait. Quia uado
ad patrem. Ac si patenter dicat. Quia post modicū de-
structo mortis imperio uobis intuehdus appereo: quia

tempus est ut expleta assumptione assumptæ mortali-
tatis: cū resurrectionis triumpho iam reuertar ad præm.
Hec uero uerba dñi specialiter ihs: qui eius resurrectio
nē uidere potuerunt: cōueniunt: quæ apostoli tunc tē-
poris nō potuerūt intelligere. Et hanc illorū ignoratiā
pius magister intelligēs subsequēter secundū illorū du-
bitationē respondit: quasi expositur⁹ quid esset: qd̄ di-
xit. Modicū & nō uidebitis me. & iterum modicū uide-
bitis me. Amen amen dico uobis quia plorabitis & fle-
bitis uos: mundus autē gaudebit: uos autē cōtristabimini. *Tertius.*
sed tristitia uŕa uertetur in gaudium: & iporū & to-
tius ecclesiæ statui congruit. Plorabant quippe & fle-
bant amatores christi: quū illum cōprehendi ab hosti-
bus ligari. ad conciliū duci. damnari. crucifigi: mori.
& sepeliri uiderūt. Gaudebant mundi amatores: quos
ob infimas cogitationes mundus uocat dñs: quū mor-
te turpissima condēnaret illum: qui grauis erat eis etiā
ad uidendū. Contristabātur discipuli posito in morte
dño: sed agnita eius resurrectione tristitia illorū uersa
est in gaudium. Vīsa ascensionis potentia: iam maiori
gaudio subleuati laudabant & bene dicebant dñm: ut
Lucas euangelista testatur. Sed & cunctis fidelib⁹ hic
dñi sermo conuenit: qui per lachrymas pressurasq; præ-
sentes ad gaudia æterna peruenire contēdunt: ut qui se
minant in lachrymis: in gaudio metant: sicut scriptum
ēst. Euntes ibant: & flebant: quaten⁹ in æterna beatitu-
dine laboris sui mercedē recipiant. Mundus autē: id est
mūdi amatores gaudebūt: q ad æterna gaudia se pro-
perare per lachrymas & afflictiones despiciūt. Illis autē.

psalmo. xxv.

ideſt iuſtis cōuenit Cōtrita bīmini. per labores & preſſuras. ſed trīſtitia ūra uertetur in eterne beatitudinis leticiā. Sequitur. Mulier quū parit trīſtitia habet: quia uenit hora eius. Mulierē dicit ſanctā eccleſiā ppter fecunditatē bonorū operū. Et q̄a ſpirituales deo filios gignere nūquā deſinit: hęc mulier quū parit trīſtitia habet: quia uenit hora eius. Quū autē peperit puerū: iā nō meminit ^{fatiga} preſſuræ ppter gaudiū: quia natus eſt hō in mūdum. Quia nimirum ſancta eccleſia quādiū in mundo ſpūaliū uirtutū pfectib⁹ ^{enſe inde} inſiſtit: nunquā mundi tentationib⁹ exerceri deſiſtit. AC QVVM deuicto laborū certamine ad palmā puenerit: iam nō meminit preſſurę præcedētis ppter gaudiū perceptę retributionis. Nō ſunt enī condignę paſſiones huius tēporis ad ſuperueturā gloriā: quæ reuelabit⁹ in nobis. Non meminit inq̄ preſſuræ ppter gaudiū: quia natus eſt homo in mūdū. Sicut enī mulier nato in hoc mundo homine letat⁹: ita eccleſia nato in uitam futurā fideiū populo digna exultatione replet⁹. pro qua eius natiuitate multū laborans & gemens in pñti quaſi parturiēs dolet. Nec nouū debet cuiquā uideri: ſi natus dicat⁹: quī ex hac uita migrauerit. Quomodo enī cōſueſcit naſci dicit⁹ quum quis de utero matris procedēs hanc in lucem egredit⁹: ita etiā rectiſſime poteſt natus appellari: quī ſolut⁹ a uinculis carnis ad lucē ſublīmat⁹ eternā. Vnde moſ optinuit ecclēſiaſticus: ut dies beatorū martyrū ſiue cōfeſſorū xpī: quibus de ſæculo trāſierunt: natales uocitemus: eorūq; ſolēnia non funebria: ſed natalitia dicantur. Sequitur: Dñs exponens ip̄e paradigma: quod de muliere poſuit.

fact
Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum *Textus,*
aut uidebo uos: & gaudebit cor uestrum. & gaudium uestrum ne
mo tollet a uobis. Quod de ipsis quidem discipulis facile
intelligit: quia tristitia habuerunt passo ac sepulto domino:
sed facta resurrectionis gloria gauisi sunt uiso domino: & gau
dium eorum nemo tulit ab eis. Quia etsi postmodum per
secutiones pro christi nomine ac tormenta passi sunt: spe tamen
resurrectionis & uisionis illius accensi libenter quaque ad
uersa ferebant. Immo omne gaudium existimabant: quum inten
tationes uarias incideret. Denique cetera principibus sa
cerdotum ut scriptum est: ibant gaudentes a conspectu concilii: *Actum, v,*
quia digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam
pati. Gaudium eorum nemo tulit ab eis: quia talia patien
do pro christo meruerunt regnare sine fine cum christo.
Sed & omnis ecclesia per huius uitae labores & angustias
ad eterna celestium tendit premia gaudiorum attestante *Actum, xiiij,*
apostolo Quia per multas tribulationes oportet nos in
troire in regnum dei. Quod autem ait Iterum uidebo uos:
& gaudebit cor uestrum: uidebo uos dixit Eripiam uos ab
aduersariis: coronabo uos uictores. me uos decertantes
semper uidisse probabo. Quando enim non uideret su
os maxime pressuris circumuentos cum quibus se ipse
omnibus diebus seculi manere promisit: Sed morien
tibus inter tormenta fidelibus arbitrabatur eos torto
res diuino carere praesidio dicentes. Vbi est deus eorum?
Vnde quidam ex his circumseptus erumnis aiebat. Vi
de domine afflictionem meam: quonia erectus est inimicus
meus. Quid est aperte dicere. Quonia inimicus insequens
cervicem superbie contra tuos humiles attollit: tuos nos

et amantia

auxilio conditor noster omnipotens subleua. te uictis ac re-
pulsis hostibus nros semper agones uidisse. tibi hos
placuisse comproba. Videt itaque electos post tristitia dñs
quoniam eorum patientia dñato impugnatore remunerat.
Potest & ita intelligi quod ait. Iterum autem uidebo uos. quasi
diceret. Iterum uobis uidentibus appareo: quomodo dixit
Abraam. Nunc cognoui quod timeas dominum: pro eo ut dice-
ret nunc cognoscere homines feci quod timeas dominum: qui
hactenus nesciebant quod apud me certum semper habui.
Si ergo fratres charissimi salubri nunc tristitia affici-
mur: si iuxta hortamenta apostoli spe gaudentes in tri-
bulatione existimus patientes. si nostra errata. si miseriae
proximorum debita lamentatione deflemus: uidebit nos
iterum dominus. id est uidentem se nobis ostendet in futuro. qui
quondam nos uidere fidei suae nobis agnitionem largiendo
dignatus est. Videbit ut coronet: qui quondam uidit ut
uocaret. Videbit & gaudebit cor nostrum: & gaudium nostrum
nemo tollet a uobis: quia haec est uera & unica merces
eorum: qui secundum deum contristantur: de perpetua eius
uisionem gaudere. Quam profecto mercedem promissit ipse
sublimiter quoniam ait. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum
uidebunt. Quam desiderabat ardenter propheta quoniam dice-
bat. Sit uiuam anima mea ad deum uiuum: quando ueniam & ap-
parebo ante faciem dei. Quam se apostolus cum suis si-
milibus accepturum esse gratulatur. qui certaminum suo-
rum conscius confidenter protestatur dicens. Videmus nunc
per speculum in enigmate. tunc autem facie ad faciem.
Quam nos quoque & fideliter quaerere & ueraciter appre-
hendere donet ipse certantium auxiliator & uincientium re-

Genes. xxiij

Matth. v.

Psalmo. xlij.

1. Cor. xij.

munerator. Iesus xpus dñs noster: qui uiuit & regnat
cum patre in unitate sp̃itus sancti deus per omnia se-
cula seculorum amen.

Domínica quarta.

Ex euangelio Ioannis sextodecimo cap.



In illo tpe. Dixit dñs iesus discipulis suis.
Vado ad eū; qui misit me. & nemo ex uobis
interrogat me quo uadis. Sed quia hæc lo-
cutus sum uobis: tristitia impleuit cor ur̃m.
Sed ego ueritatem dico uobis. expedit uobis ut ego ua-
dā. Si enī nō abiero; paraclit⁹ nō ueniet ad uos. Si autē t
abiero: mittā eū ad uos. Et quū uenerit ille; arguet mū-
dū de p̃ctō & de iustitia & de iudicio. De p̃ctō quidem:
quia nō crediderūt in me. De iustitia uero; q̃a ad p̃m
uado; & iā nō uidebitis me. De iudicio autē; q̃a princeps
hui⁹ mūdi iam iudicat⁹ est. Adhuc multa habeo uobis
dicere: sed nō potestis portare mōdo. Quū autē uenerit
ille sp̃s ueritatis: docebit uos oēm ueritatē. Nō enī
loquet⁹ a semetip̃o: sed quacūq; audiet loquet⁹. & quæ
uētura sunt annūciabit uobis. Ille me clarificabit: quia
de meo accipiet & annūciabit uobis. Oīa quacūq; ha-
bet pater: mea sūt. propterea dixi quia de meo accipiet:
& annūciabit uobis.

Ex dictis sancti Augustini episcopi de uerbis dñi.



Ignificat sic se iterū ad eū; qui misit illū: ut
nullus iterrogaret: qđ palā fieri uisu corp̃is
cernerēt. Nā superi⁹ iterrogauerāt eū quo
esset iturus: dū ad passionē p̃perauit. & re-
spōdit eo se iturū: quo illi tūc sequi nō possent. Nūc autē

fic se dicit iturum: ut nullus quo uadit interroget. Nu-
bes enī suscepit eum qñ ascēdit ab eis. & euntē in cœ-
lum nō uerbis quæsierūt: sed oculis uiderūt. Sed quia
hæc locut⁹ sum uobis inquit: tristitia impleuit cor ur̃m.
Videbat utiq; quid illa sua uerba i eorū cordib⁹ agerēt.
Spūalē quippe nōdū habētes interi⁹ cōsolationē: quā
per spūm sanctū fuerāt habituri: id qđ exterius in xpō
uidebāt: amittere metuebāt. Sed ego ueritatē dico uo-
bis. Expedit uobis ut ego uadam. Ac si aperte diceret.
Expedit ut forma serui ur̃is subtrahat⁹ aspectib⁹: quate-
nus amor diuinitatis aptius ur̃is infigat⁹ mētib⁹. Expe-
dit ut notā uobis formā cœlo inferā: quatenus per hoc
maiori desiderio illuc suspiretis. Si enī nō abiero: para-
clitus nō ueniet ad uos. Si aut⁹ abiero: mittā eū ad uos.
Nō quia nō poterat ip̃e in terra positus dare spūm dis-
cipulis: hæc loquitur: quū aperte legīt⁹ quia post resurre-
ctionē apparēs eis insufflauit & dixit eis. Accipite spīri-
tū sanctū. sed ip̃o in terra posito & corporaliter cōuer-
sante cū eis nō ualebāt ad illū erigere mentē ad sitiēda
munera gr̃æ cēlestis. Ascendēte aut⁹ illo ad cœlos & illi
pariter omne desideriiū suū in illū trāsserebant. ideo ca-
paces spūs scti iā facti erāt nō ultra de morte eius con-
tristati: sed pmissiōis eius munere letati. Patet aut⁹ nec
laboriosa expositiōe indiget cur eundē spūm paraclitū.
idest cōsolatorē cognominarēt. Quia nimirū corda dis-
cipulorū: quæ recessus ip̃ius mœsta reddidisset: huius
cōsolare & recrearet aduērus. Nō q̃ antea spūs sanct⁹
nō esset i cordib⁹ discipulorū: uel etiā antiquorū sctōrū:
sed manifesta plenitudine ante sic nō fuit dat⁹ quō post

Textus.

Textus.

Textus.

Joannis. xx.

desideria

ascensionē dīe decimo in centū & uiginti hoīes trāsmis-
 sus legīt. Sed ī nullo ope cuiuslibet psona prīs. uel filiū
 uel spūs sc̄ti totiusq; sc̄tē trinitatis opatio defuit. Sed
 oportebat ita insinuari trinitatē: ut quīs nulla esset di-
 uersitas substātiā: singillatim tñ cōmēdaret distinctio
 psonarū. Et quū uenerit: ille arguet mūdū. Quid est qđ *Textus.*
 dixit. Quū uenerit ille arguet mūdū? Nūqd xps dum
 esset in mundo: nō arguit mūdū de iis oib⁹: q̄ sequūt⁹?
 Sed xpus solā iudeorū gentē arguit. spūs uero sanctus
 in discipulis eius toto orbe diffusis nō unā gentē intelli-
 git arguisse: sed mūdū. In quo arguit: in eo per spūm
 sanctū charitas diffusa ē in cordib⁹ eorū: q̄ foras mittit
 timorē: nō metuerēt mūdū: id est amatores mundi ar-
 guere de pctō & de iustitiā & de iudicio. Quā sententiā
 ipe xps exposuit dicēs. De pctō: quia nō credunt in me.
 Peccatū incredulitatis quasi speciale posuit: quia sicut *Textus.*
 fides origo uirtutū: ita solidamentū est uitiorum in in-
 credulitate persistere: dño terribiliter attestāte: qui ait.
 Qui aut nō credit: iam iudicatus est: quia non credidit
 in nomine unigeniti filiū dei. *Joannis, iij.*

Homelia uenerabilis bede p̄sbyteri de eadē lectione.

Sicut ex lectione euāgelica frēs audiui⁹ dñs
 & redēptor nr̄ iminēte suā passiōis articulo
 discipulis & gloriā ascensionis: qua ipe post
 mortē & resurrectionē erat clarificād⁹ & ad-
 uentū spūs sc̄ti: quo illi erāt illustrādī: patefecit: q̄tenus
 instāte hora passiōis eiusdē min⁹ p illius morte dolerēt:
 quē post mortē ad cēlos subleuandū nō dubitarēt. mi-
 nus de sua desolatiōe trepidarēt. quos abeunte licet do-

mino spūs sancti gratia cōsolandos esse sperarēt. Vado
inquit ad eum: qui misit me: & nemo ex uobis interro
gat me quo uadis. Ac si apte dicat. Reuertor ascēdēdo
ad eū: qui me incarnari cōstituit: & tanta tamq; mani
festa erit eiusdē ascensionis claritas: ut nemini uestrum
opus sit interrogare quo uadā: uidētibus cunctis quia
ad cōelos pergā. Bene aut quū de ascensione sua dixisset
uado ad eum: qui misit me: addidit. Et nemo ex uobis in
terrogat me quo uadis. Superius aut quū de sua passio
ne protestaret dicens. Quo ego uado uos non potestis
uenire: interrogauit eum petrus & ait. Dñe quo uadis?
Rñsumq; ē ei. Quo ego uado: nō potes me modo seq.
sequeris aut postea. quia nimis passiōis mortisq; eius
mysteriū necdum intelligere: necdum poterāt imitari
maiestatē uero ascensionis statim ut uidere cognouerūt
totisq; animi uotis ut sequi mererētur optabāt. Sed q̃a
hāc locut⁹ sū uobis: tristitia impleuit cor uestrū. Scie
bat dñs ipse quid hāc sua uerba in discipulorū cordib⁹
agerent: quia uidelicet tristitiā magis de abcessu: quo
eos defereret: q̃ de ascensu: quo patrē peteret: lātitiam
generarēt. Vnde benigne cōsolādo subiunxit. Sed ego
ueritatē dico uobis. expedit uobis ut forma serui ur̃is
subtrahat aspectib⁹: q̃ten⁹ amor diuinitatis arti⁹ ur̃is
figat in mētib⁹. Expedit ut notā uobis formā cōelo in
ferā: q̃ten⁹ maiorī p hoc desiderio illuc suspirētis: sicq;
suspensis ad supna cordib⁹ uestris ad accipiēda iā spiri
tus sancti dona capaces fiatis. Si enim non abiero: para
clit⁹ nō ueniet ad uos. Si aut abiero: mittā eum ad uos.
Nen quia non poterat ipse in terra positus dare spiritū

Joannis .iij.

Textus.

Textus.

Textus.

discipulis hæc loquitur: quā apte legat quia post resurrectionem apparēs eis insufflauit & dixit eis. Accipite spī. Joan. xx.
ritū sanctū: sed quia ipso in terra posito & corporaliter
cōuersante cum eis nō ualebāt illi erigere mentem ad
fitienda munera gratiæ celestis. Ascendēte autē ipso ad
cōelos & ipsi pariter oē desiderīū suū illo transferebant
iuxta hoc: quod alibi audierūt. Vbi est thesaurus tuus: Matth. vi.
ibi & cor tuū erit. ideoq; capaces spūs iam facti erāt nō
ultra de morte eius cōtristati: sed de pmissionis ei⁹ mu
nere lætati: Luca attestante: q ait. Et factum est dum be Luce. xxiii.
nediceret illis recessit ab eis: & ferebat in cōelum. & ipi
adorantes regressi sūt in hierusalē cum gaudio magno
& erant in templo semp laudātes & benedicentes dñm
Patet autē nec laboriosa expositiōe indiget cur eundē
spūm paraclitū. idest cōsolatorē cognominet. Quia ni
mirum corda discipulorū: quæ recessus ipsius mœsta
reddidisset: huius consolare & recrearet aduētus. Sed
& singulis quibusq; fidelīū uel de peccatī perpetratio
ne mœrentibus. uel cōmuni sæculi huius afflictione la
borātib⁹ dum spem ueniæ & misericordiæ cælestis in
spirat: profecto ab angore tristitiæ mentem eorum illu
strando subleuat. Quia uero spiritus idem menti: quā
replet: non solum uim diuinæ charitatis infundit inte
rius: uerūtñ etiā carnali timore depulso ad increpādā
prauitatē malorū foris fiduciā præstat: recte subditur.
Et quum uenerit: ille arguet mūdū de peccato & de iū Tertus.
sticia & iudicio. Claret nāq; q ipse dei filiū dñs noster
iesus xp̄s quū esset in mundo: arguebat mūdū. idest se
ctatores mūdi de peccato suæ incredulitatis. arguebat

de iusticia: quia uidelicet iusticia fidelium nollent imitari
arguebat de iudicio: uidelicet quare diabolus: qui iam iudi
cat? & condemnatus erat: sequeret. Sed non sine causa spiritum
quum uenerit hoc idem dicit acturum. quia perfecto per huius in
spirationem corroborandum erat animus discipulorum: ne mu
dum: qui contra se fremebat: arguere timeret. Exponens
ergo sententiam suam dominus adiunxit. De peccato quidem: quia non
credit in me. Peccatum incredulitatis quasi spiritale posuit
quia sicut fides origo uirtutum: ita solidamentum est uitiorum
in incredulitate persistere domino terribiliter attestante: qui ait
Qui autem non credit: iam iudicatus est: quia non credit in nomine
unigeniti filii dei. **AT CONTRA** iustus ex fide uiuit.
De iustitia uero: quia ad patrem uado: & iam non uidebitis
me. Iustitia discipulorum christi erat quod dominum: quem uerum homi
nem cernebant: uerum quoque filium dei esse crediderunt. & quem
sibi corporaliter ablatum nouerant: certo semper amore co
lebant. Iustitia ceterorum fidelium. id est eorum: qui dominum in car
ne non uiderunt: haec est quod eum: quem corporaliter nunquam
uiderunt: credunt ac diligunt. De qua profecto iustitia
fidei arguuntur infideles: cur ipsi uidelicet quum simili
ter uerbum uitae audirent: noluerunt credere ad iustici
am. Nec enim nequitia malorum ex sua solum fortitu
dine: uerum etiam ex comparatione rectorum fit damna
da monstratur. Hinc enim scriptum est. Probata autem
uirtus corripit insipientes. Arguit mundum spiritus san
ctus de peccato suo: quia non credidit in christum. ar
guuit & de iustitia credentium: quia exemplum eorum se
qui noluerunt: qui hunc ad patrem ascendisse neque ultra
corporaliter in terris conuersaturum esse sciebant. nec

Tertius.

Jo. iiii. ij.
Ab. ix. ij.
Tertus.

Sap. ii. ij.

tamen ab eius dilectione poterant ulla ratione separari.
Hoc est enim quod ait. Ad patrem uado: & iam non ui-
debitis me. Non uidebitis me postquam ascendero: qualem
nunc uidere soletis carne mortali & corruptibili circum-
datum: sed in maiestate ad iudicium ueniēte & peracto
iudicio in maiore gloria sanctis apparentē. Sequitur. De *Tertius,*
iudicio autē: quia princeps mundi huius iudicatus est.
Principē mundi diabolum dicit: quia principatur eis: qui
ordine pueris mundum potius quam mundi conditorē dili-
gunt. Qui iudicatus est a domino: qui ait. Videbam satha. *Luce. x.*
nam sicut fulgur de coelo cadentē. Iudicatus est ab eo:
quoniam & ipsa daemonia ei ieceret: & discipulis daret pote-
statē calcandi super omnem uirtutē inimici. Arguitur itaque
mundus de iudicio: quo diabolus est iudicatus: quando
homines ne dei uoluntati resistere praesumant exemplo da-
nati propter superbiam terrentur archangelis. Arguit mun-
dum spiritus sanctus: de iudicio: quo princeps mundi
iudicatus est: quoniam loquens in spiritu sancto. Iudas apo-
stolus ad corrigendam hominum prauorum nequitiam pe-
nam superbiētium commemorat angelorum dicēs. Ange- *Jude. i.*
los uero: qui non seruauerunt suum principatū: sed reli-
querunt suum domicilium: in iudicium magni diei uin-
culis aeternis sub caligine reseruauit. Sequitur. Adhuc *Tertius,*
multa habeo uobis dicere: sed non potestis portare mo-
do. Quum autem uenerit ille spiritus ueritatis: doce-
bit uos omnem ueritatem. Certum est quidem quia ue-
niente de super spiritu apostoli maiorem multo scien-
tiam ueritatis quam carnales eantibus potuere consecuti
sunt: maiori desiderio certandi pro ueritate succen-

si sunt. Nō tñ putandū est in hac uita ^{uallipres} quēmpia om̃em
ueritatē posse cōprehēdere quū hāc fidei nr̃ae merces i
alia sit uita promissa: ip̃a ueritate dicente. Hāc est aut̃
uita aeterna: ut cognoscant te solum uerū deum. & quē
misiisti iesum xpm̃. Et alibi ad iudeos. Si manseritis in
uerbo meo: uere discipulī mei eritis: & cognoscetis ue-
ritatem. Vnde & apostolus: qui ad tertiu ccelum raptus
audiuit archana uerba: quae nō licebat hominī loqui: ex
parte inquit cognoscimus: & ^{superferte} ex parte prophetam⁹. In-
telligēdū est ergo quod ait de sp̃itu Docebit uos oēm
ueritatē. Quasi diceret. Diffundet in uestris cordibus
charitatē: cuius magisterio intus edocti proficiatis de
uirtute in uirtutē: digniq; efficiamini peruenire ad ui-
tam: in qua uobis & aeterna claritas summā ueritatis
& uere sublimitatis. id est contemplatio uestri condito-
ris appareat. Non enim loquetura semetip̃o: sed quae-
cunq; audiet loquetur. Non loquitur sp̃itus a semet-
ip̃o. id est sine patris & filiī cōmunionē. Neq; enim diui-
sus ac separatus est sp̃itus. Sed quaecunq; audiet loq̃-
tur. Audiet uidelicet per unitatē substantiae: & proprie-
tatē sciētiē. Non loquitur a semetip̃o: quia nō est a se-
metip̃o. Pater quippe solus de alio nō est. Nam & fili⁹
de patre natus est: & sp̃itus sanct⁹ de patre procedit.
Ab ip̃o aut̃ audiet sp̃s sanctus: a quo procedit: quia nō
est a se ip̃o: sed ab illo: a quo pcedit. A quo est illi essen-
tia: ab illo utiq; & sciētia. Ab illo igitur audiētia. quod
nihil est aliud q̃ sciētia. Quod uero adiunxit. Et quae
futura sunt: annuntiabit uobis: constat innumeros fi-
delium per donum sancti sp̃itus prænoscere ac prædi-

Joānis, xvij.

Joānis, viij.

i. corin. xij.

Textus.

Tertius.

xiste uentura. Sed quia sunt nonnulli: qui spiritus gratia
pleni infirmos curant: mortuos suscitant: demonibus
imperant: multis uirtutibus coruscant: ipsi angelicam in
terris uitam gerunt: nec tamen quae sibi sunt uentura spiritus
eiusdem reuelatione cognoscunt. Potest hic domini sermo etiam
sic accipi. Quia spiritus adueniens quae uentura sunt no-
bis annunciat: quoniam gaudia nobis patriae caelestis ad me-
moria reducit. quoniam festa supernae ciuitatis per donum no-
bis suae aspirationis innotescit. Ventura nobis annunciat
quoniam nos a delectatione praesentium abstrahens promissi
in caelis regni desiderium inflammat. Ille me clarificabit: *Textus.*
quia de meo accipiet: & annuntiabit uobis. Spiritus clari-
ficauit christum: quia per eum tanta charitas in cordibus disci-
pulorum accensa est: ut abiecto timore carnali effectum re-
surrectionis eius constantes praedicarent. a quo tempore
passionis pauidi fugerunt. Vnde scriptum est. Et repleti *Actuum. 4.*
sunt omnes spiritu sancto: & loquebant uerbum dei cum fidu-
cia. Spiritus clarificauit christum quoniam impleti gratia spiri-
tali doctores sancti tot & tanta miracula in nomine christi
fecerunt: quibus orbem totum ad fidem christi conuerteret. tot
ac tanta pro christi nomine passionum certamina pertulerunt
donec ipsa etiam superborum colla persecutorum suauissimo christi
iugo submitteret. Spiritus clarificat christum quoniam sua nos
inspiratio ad diligendam eius uisionem accendit: quoniam illum
patri in diuinitate aequale esse credendum fidelium cordi-
bus intimat. Quia de meo inquit accipiet: & annuntiabit *Textus.*
uobis. De patre accipit spiritus sanctus: unde accipit & fi-
lius. quia in hac trinitate de patre natus est filius. de patre
procedit spiritus sanctus. Qui autem de nullo natus sit. de nul-

lo procedat: pater est solus. Oīa quaecunq; habet pater
 mea sunt. propterea dixi quīa de meo accipiet: & annū-
 ciabit uobis. De iis dixit: quæ ad ipsam p̄is diuinitatē
 p̄tinent: in quibus illi est æqualis omnia quæ habet pa-
 ter habendo. Nec enim spūs sanctus de creatura: quæ
 patri ē subiecta & filio: erat acceptur⁹ quod ait de meo
 accipiet: sed utiq; de patre. de quo p̄cedit spūs. de quo
 natus est & filius. Sed quia donante dño lectionē sancti
 euangelii patrū uestigia sequētes exponendo transcur-
 rim⁹: restat uestrā fraternitatē charissimi mecum pari-
 ter āmonere: ut eius memoriā sollicita semper intentio-
 ne seruem⁹: ei⁹ suauitatē & deuoto pectore scrutemur:
 & casto sapius ore ruminem⁹. Quid enim prodest ad
 audiendū dei uerbū cōuenire: & expleto auditu ad ina-
 nia mox & sæcularia colloquia uel acta cōuerti? Reco-
 lamus ergo iuxta quod eadem āmonet lectio: qā dñs no-
 ster expleta passione rediit ad patrem: a quo missus est:
 nec patrē quū ad nos ueniret: nec nos deserēs quū redi-
 ret. Illuc eius uestigia toto mētis uisu sectemur. & ut il-
 lo puenire. illi⁹ regni ianuā mereamur intrare. Perpen-
 dam⁹ magnope qb⁹ actionū gressib⁹ in terra degentes
 incesserit. Qui enī dicit se in xp̄o manere: debet & sicut
 ipse ambulauit & ipse ābulare. Certe ipse p̄ agones pas-
 sionū ad coronā puenit gl̄ie. Merito ergo intīmat⁹ & no-
 bis: qā p̄ multas tribulatiōes oportet nos introire in re-
 gnū dei. Vñ & ap̄lus Petr⁹ obsessis feruore tētationū q̄
 busdā frībus cōsulēs aiebat. Nolite pauere q̄si noui ali-
 quid cōtingat: sed cōicātes xp̄i passiōib⁹ gaudeterut &
 in reuelatiōe gloriæ eius gaudeatis exultātes. Reuoce-

i. iohannis, ij.

i. petri, iij.

mus ad mentē q̄a grām spūs discipulis & se missurū ēē
promisit: & misit. Et curem⁹ omni uigilantiā ne cogita
tiōib⁹ illecebrofis cōtristem⁹ spūm sanctū dei: in quo
signatū sum⁹ in die redēptiōis. Sic enī scriptū est. *Spiri Sapien. j.*
tus sanct⁹ disciplinā effugiet fictū. & auferet se a cogi
tatiōib⁹: quæ sunt sine intellectu. Vñ p̄uide psalmista
quū hui⁹ spūs accēdi desiderio flagraret: prius cordis
mūdi hospiciū: in quo hūc recipe posset: & sic demū tā
ti hospitis ingressum quærebat. Cor mūdū iquit. crea *psal. l.*
in me deus: & spūm rectum innoua in uiscerib⁹ meis.
Prius quippe cor mūdū in se creati. ac deinde spiritū
rectum in suis uisceribus prædicabat inuari: q̄a utiq;
sciebat spiritum rectum in corde polluto sedem habe
re non posse. Retineamus sedulo corde quia idem spiri
tus arguit mūdū de peccato. & de iusticia. & de iudi
cio. Caueam⁹ ne ima quærēdo ad mūdū pertineam⁹:
quia mundus trāsibit in concupiscentia eius. Quæ sur
sum sunt quæramus. Quæ sursum sunt sapiamus: ubi
xp̄us est in dextera dei sedēs. Cōuersationē nostrā cum
apostolo habeam⁹ in cœlis. & ne de peccato incredulī
tatis arguamur: exerceam⁹ opando quod credimus. fi
des enī sine opib⁹ ociosa est. ne ex cōparatiōe iustorum:
quos imitari uoluerim⁹: arti⁹ iudicemur sollerti aīo me
moremus quod de contemptoribus suæ gratiæ domi
nus ait. Regina austri surget in iudicio cum generatio *Luce. xi.*
ne ista: & condēnabit eam: quia uenita finibus terræ au
dire sapientiam salomonis. Et ecce plusquam salomon
hic. ne cum mundi principi damnemur: resistamus il
li fortes in fide: & fugiet a nobis. Loquamur ueritatem

in corde nostro. nec faciamus dolum in lingua nostra: ut spūs ueritatis magis magisq; diffundendo charitatē in cordibus nostris ducat nos ad agnitiōē omnis ueritatis. Huius spūs gratiā in cunctis actibus nobis charissimi nobis precemur auxiliū. Dicam⁹ singuli dño dicamus oēs. Spūs tuus bonus deducet me in terram rectam. Sicq; fit ut qui apostolis supueniēs ea: quæ uetura erant annūciauit: nostris quoq; mentibus uenturæ uitæ gaudia patefaciat. nos ad hæc inquirenda benign⁹ incendat: cooperatē ipso: qui hunc & polliceri suis fidelibus & dare cōsueuit: Iesu xpō dño nostro: qui uiuit & regnat cum patre in unitate eiūsdē spīritus sancti deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Dominica quinta.

Ex euangelio Ioannis sextodecimo capite.



N illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis. Amen amen dico uobis si quid petieritis patrem in noīe meo: dabit uobis. Vsq; mō non petistis qcq; in noīe meo. Petite: & accipietis: ut gaudium uestrū sit plenū. Hæc in prouerbiis locutus sum uobis. Veniet ^{tempo} hōra: quū iam non in prouerbiis loquar uobis: sed palam de patre meo anūciabo uobis. Illo die in noīe meo petetis. Et non dico uobis quia rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos: quia uos me amastis: & credidistis quia ego a deo exiui. Exiui a patre & ueni in mundū. Iterū relinquo mūdū: & uado ad patrem. Dicūt ei discipuli eius. Ecce nūc palam loqueris: & prouerbiū nullū dicis. Nūc scimus quia scis omnia & non est opus tibi ut quis te interroget. In hoc credis.

mus quia a deo existi.

Homelia beati augustini episcopi.



Vobis modis intelligi potest. uel quia in nomine
meo non petistis. quod nomen non sicut cognos-
cendum est cognouistis. uel non petistis quic-
quam. quoniam in comparatione rerum: quas pete-
re debuistis: pro nihilo habendum est quod petistis. quia
qui petit quod ad sempiternam salutem & gaudium eternum non
pertinet: nihil petere uidetur ad comparationem illius petitionis:
quam petere debuit. Vsq; modo non petistis quicquam in nomine *Textus.*
meo. Vel ita intelligendum est. Non petierunt eatenus in nomine
saluatoris: qui dum ipsius saluatoris uisibili presentia comple-
retur: minus ad inuisibilia salutis dona mentis intuitum
erexerat. Qui uero contra rationem salutis suae petit: non petit
in nomine iesu. Hinc dominus sequenter ait. Petite & accipietis: *Textus.*
ut gaudium uestrum sit plenum. Significans quod sit nobis peten-
dum. id est ut plenum sit gaudium nostrum. Vnde ait. Et acci-
pietis. Si illa petimus: quae ad plenitudinem eternorum per-
tineant gaudiorum: accipiemus. Plenum ergo gaudium
beatitudinem perpetuae pacis appellat. Ait itaque. Petite &
accipietis: ut gaudium uestrum sit plenum. Ac si paten-
ter dicat. Non fluxa saeculi gaudia: quae & merore sunt
permixta: & dolore finienda sunt: sed illud singulare
gaudium a patre petite: cuius plenitudo nullo cuiuslibet
inquietudinis actu minuiatur. nullo unquam termi-
no dissoluatur. Haec in prouerbiis locutus sum uobis: Ve *Textus.*
nit hora: quum iam non in prouerbiis loquar uobis: sed pa-
lam de patre annuntiabo uobis. Nam paruuli fuerant:
& necdum intelligere potuerant quomodo pater esset

in filio: & filius in patre: & cetera: quæ ad pfundâ my-
steriorû diuinitatē pertinebant: necdū scire potuerant.
Ideo in prouerbiis quasi in enigmate loqui illis uideba-
tur dñs. sed pmittit illā horā: in qua palā illis de prē lo-
queret. Illā nimirū horam significabat: qua eis peracta
sua passione ac resurrectione spiritus sancti erat gratiam
daturus. Tunc etenī spūaliter intus instructi spūali di-
lectione succensi quo perfectius oīa: quæ de agnitione
diuinitatis mortalibus erant capiēda: ceperunt: eo ar-
dentius sola: quæ ad eius uisionē promerendā iuuarēt:
petere ac desiderare curauerunt. In illa die in noīe meo
petetis. idest quæ ad salutem tantūmodo animarū ue-
strarū: & quæ ad gaudia eterna pertinere uidentur: pete-
re incipietis: & maxime ut intelligatis quod dixi. Ego &
pater unū sumus. uel quomodo pater sit in me: & ego
in patre. Tunc in eius nomine petunt qui dicunt pete-
re: quia in sancto eius nomīe nō aliud q̄ res ip̄a est quæ
hoc nomine uocatur: intelligūt. Hi possunt utrūq; co-
gitare dñm nrm iesum xpm: in quātū homo est: pro no-
bis interpellare patrem. In quantū deus est nos exaudi-
re cum patre. quod eum significasse arbitror ubi ait. Et
nō dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis. Potest
enim nō incōuenienter accipi quod ait. Et non dico uo-
bis quia ego rogabo patrem de uobis: quia nō de præs-
enti rogo: sed de futuro posuit rogabo: q̄ sanctis ad in-
ternam pacem receptis non opus sit iam aliquid roga-
re de illis. quia nimirum tanta beatitudine donādī sūt:
quæ amplior esse non possit.

Homelia uenerabilis bede p̄sbyteri de eadē lectiōe.

Textus,

Textus,

Notest mouere infirmos auditores quomodo
in capite lectionis huius euangelicæ discipulis
saluator p̄mittat. Siquid inquiring petieritis
patrē in noīe meo: dabit vobis: quū non solū
nostri similes multa: quæ p̄m̄ in xpī noīe uidetur pe-
tere: nō accipiant: uerū etiam ip̄e apostolus Paulus ter-
tio dñm rogauerit ut a se angelus sathane a quo tribu-
labat abscederet: nec impetrare potuerit. Sed hui⁹ mo-
tio quæstionis antiqua iam patrum explanatione rese-
rata est: qui ueraciter intellexerūt illos solūmodo in no-
mine saluatoris petere: qui ea: quæ ad salutem perpetuā
pertinēt: petunt. ideoq; apostolū nō in nomine saluato-
ris petisse: ut tentatione careret: quā ob custodiā humi-
litate acceperat: quia si hac caruisset: saluus esse nō pos-
set: ip̄o affirmante quū ait. Et ne magnitudo reuelatio-
nē extollat me: datus est mihi stimulus carnis meę an-
gelus sathane: qui me colaphizet. Quotiescunq; ergo
petentes nō exaudimur: ideo fit: quia uel contra auxiliū
nr̄e salutis petimus: ac p̄pterea a misericorde p̄re bene-
ficii gr̄a nobis quod inepte petimus: negatur. qđ eidē
apostolo Paulo contigisse probatur. Cui ter petenti re-
sponsum est. Sufficit tibi gratia mea. nam uirtus in infir-
mitate p̄ficiť. Vel utilia quidē & quæ ad uerā salutem
respiciunt petimus: sed ip̄i male uiuēdo auditū a nobis
iusti iudicis auertim⁹ incidētes ī illud Salomonis. Qui
auertit aurē suā ne audiat legē: oīo eius erit execrabilis.
Vel dum pro peccātib⁹ quibuscūq; ut resipiscāt oram⁹:
& si salubriter petimus: atq; ex nostro merito digni su-
mus auditui: ip̄orum tñ peruersitas ne impetremus ob-

ii. Corin. xij.

ibidem.

Prover. xvij

fistit. Fit etiā aliquñ ut salutaria prorsus & precibus sol-
licitis & deuotis quæram⁹ actionib⁹; nec tñ statim quæ
petimus obtineamus: sed in futurū petitiōis nræ disse-
ratur effectus. Sicut quū genib⁹ flexis quotidie roga-
mus pñem dicētes. Adueniat regnū tuū. Idē tñ regnum
nō mox ofone finita: sed tpe cōgruo sumus accepturi.
Quod pia puisione nrī cōditoris cōstat actitari: ut uide-
licet desideria nræ deuotiōis dīlatione crescāt: & cremē-
to quotidiano magis magisq; prouecta tandē perfecti⁹
capiāt gaudia: quæ requirunt. Inter quæ notandū quia^{m3}
pro peccātibus oramus: et si eorum saluationē īpetrare
nequimus: nequaquā tñ fructu precis nræ priuamur.
quia & si illi digni nō sunt saluari: nos tñ amoris: quem
illis īpendimus: mercede donabimur: sicq; in tali peti-
tione īplebit^r nobis illa dñi promissio: quæ ait. Siquid pe-
tieritis pñem in noīe meo: dabit uobis. Intuendū enī qd
non ait simpliciter dabit: sed dabit inquit uobis: quia &
si nō eis: pro quibus petimus: dabit: nobis tñ quum pro
aliorū erratibus misericorditer interuenimus: præmiū
nræ benignitatis restituet. Sequit^r. Vsq; modo nō peti-
stis quicquā in noīe meo. Nō petierunt eatenus in noīe
saluatoris: quia dū ipm saluatōrē uisibili pñtia cōplecte-
rētur: minus ad inuisibilia salutis dona mentis intuitū
erexerant. Sed & nrā fragilitas patrē petens nō in noīe
iesu. idest saluatoris petīt dum contra rationē suæ petit
salutis: nō ut apostolorū simplicitas corporali uisu suū
saluatoris ab eterne salutis petitiōe retardata: sed obsta-
culo proprię cupiditatis ab intuitu dominicę uolunta-
tis impedita. Quid autē principaliter petendum ac sine

Tertus.

Terms.

ulla dubietate eis: qui fideliter in petendo perstiterint:
fit parandū a patre dñs subdēdo manifestat dicēs. Pe- Textus.
tite & accipietis: ut gaudiū ur̄m sit plenū. Ordo quip-
pe sensus est. Petite: ut gaudiū ur̄m sit plenū: & accipie-
tis. Plenū ergo gaudiū beatitudinē perpetuę pacis ap-
pellat. Nam ut taceamus de gaudiō reprobōrū: quo si-
bi luctum mereant̄ æternū: habēt sancti etiam in pñti
gaudiū de spe cēlestiū bonorum: quū pro dño terrenis
exercētur aduersis. habēt gaudiū quū amore fraterni-
tatis suadente discunt gaudere cum gaudētibus. flere
cum flentibus. Sed nō est plenū gaudiū: quod fletu ua-
riante miscetur. Plenum quippe gaudiū est: ubi nemi-
ne flēte cum solis datur gaudere gaudētibus. Ait itaq̃.
Petite & accipietis: ut gaudiū uestrū sit plenum. Ac si
patēter dicat. Non fluxa sæculi gaudia: quæ & merore
semper mixta & certo sunt fini obnoxia. sed illud singu-
lare gaudiū a patre petite: cuius plenitudo nullo cu-
iuslibet inquietudinis attactu minuitur. æternitas nul-
lo unq̃ termino dissoluitur. Si enim persisteritis in pe-
tendo: proculdubio quæ petitis percipietis. De huius
plenitudine gaudiī Petrus fidelibus scribit dicēs. Cre- i. petri. j.
dētes aut̄ exultabitis leticia inenarrabili & glorificata:
reportantes finem fidei uestre salutē animarū uestrarum.
Petere aut̄ huiusmodi gaudiū est: nō uerbis tantūmo-
do patrię cēlestis introitum flagitare: sed & digna ope-
ratione pro eius perceptione certare. Nec enī quippiā
utilitatis affert bene orando superna quærere: si nō de-
fistit puer se uiuēdo īsimis īplicari. Hec in puerbiis lo- Textus
cut⁹ sum uobis. Venit hora: quū iam nō in prouerbiiis

loquar uobis: sed palā de patre meo annuntiabo uobis:
illā nimirū horā significat: qua eis peracta sua passione
ac resurrectione spūs sancti grām erat datur⁹. Tūc etenī
spūaliter instructi spiritali dilectiōe succensi quo perfe
ctius omnia: quæ de agnitione diuinitatis mortalibus
erant capiēda acceperāt: eo ardētius sola quæ ad eius ui
sionē promerēdā iuuarēt: petere ac desiderare curarūt.
Hoc est enim: quod subiungit. Illo die in noīe meo pete
tis. Possumus horam: q̄ pollicetur: in futura uita intel
ligere, in qua palam de patre annūciat. idest palā osten
det patrē electis quādo sicut apostolus ait: uidebimus
eum facie ad faciē. De qua annūciatiōe dicūt & Ioānes.
Charissimī nunc filiū dei sumus: & nōdum apparuit qd
erimus: scīmus quia quū apparuerit: similes ei erimus:
uidebimus enī eum sicuti est. Vbi ueraciter in nomine
iesu petunt electi: dum pro nrā fragilitate intercedunt:
quaten⁹ ad saluatiōis sortē pertingam⁹: a qua adhuc in
ter īsidias hostiū peregrinamur in terris: quā sanctorū
petitioni aptissime in die futurā p̄misit: illo inquit die
in noīe meo petetis. In die etenī petunt: quia nō inter te
nebras pressurārū: ut nrā in p̄nti: sed in luce sempiternę
pacis & gloriā beatorū spīrituū pro nobis intercessio
fundit⁹. Possunt aut idē spūs electorū in illa ciuitate cele
sti positi etiam pro scīpīs in noīe saluatoris petere intel
ligi: quia uidelicet tēpus uniuersalis iudicii & resurre
ctionis corporū: in quib⁹ pro dño certauere: uenire de
siderāt. Vnde & ioānes ait. Vidi sub altari dei aīas īter
fectorū p̄pter uerbū dei: & p̄pter testimoniū: qd hēbāt.
& clamabāt uoce magna dicētes. Vsq̄ue quo dñe sanct⁹

Tertius.

1. corinth. xiii

1. Ioānis. iii.

as petitionem

Apocalip. vi.

^{1. bern.}
& uerius nō iudicas & uindicas sanguinē nīm : deīsq;
habitāt in terra: Vbi cōtinuo subinfert. Et datæ sūt eis
singulæ stolæ albæ. & dictū est illis ut requiescerēt tē-
pus adhuc modicū donec īplerent cōserui & frēs eorū.
Singulas quippe stolas albas nunc habēt aiæ: quū sola
sua fœlicitate fruunt. Binas tunc accipiēt: quū impleto
in fine numero fratrum corporū quoq; īmortaliū rece-
ptione lætant. Et nō dico uobis qā ego rogabo patrem
pro uobis. Quia dñs nī iesus & de⁹ & hō ē: modo sūma
diuinitatis. mō hūanitatis humilia loquēdo designat.
Qd enī dicit non rogatur: se p̄m de discipulis: ppter
cōsubstātiālē diuinitatis suæ potētīā dicit. in qua nō pa-
trē ip̄e rogare: sed & rogata cum p̄e cōsueuit dare. Qd
uero Petro ait. Ego autē rogauī pro te ut nō deficiat fi-
des tua. & de illo loānes. Aduocatū inqt habem⁹ apud
p̄m iēsum xpm iustū: ppter dispensatiōē dictum est
assumptē humanitatis: cuius quū triūphū p̄is ostē-
dit oculis: pro nrā infirmitate p̄tinus īteruenit. Potest
& ita nō incōueniēter accipi quod ait. Et nō dico uobis
quā ego rogabo p̄m pro uobis. quā nō de p̄nti rogo:
sed de futuro tpe posuit rogabo: q; sanctis in interna pa-
ce receptis nō opus sit iā aliquid rogare de illis: qā nīmi-
rum tanta beatitudine donati sunt: qua ampliōr esse nō
potest. Ipse enī pater amat uos: quā uos me amastis: &
credidistis quā adeo exiui. Nō ira intelligēdū est quasi
amor & credulitas discipulorū p̄cesserit amorē: quo
illos p̄ amaret: ^{1. quasi} meritūq; humanū p̄i⁹ sit munerib⁹ gr̄e
celestis quū apertissime dicat apostol⁹. Aut q; prior de-
dit illi: & retribuet ei? Quoniā ex ipso & per ipm & in

Textus.

Luce. ii.
1. Joānis. iii.

Roma. vii.

ipso sunt oia. Sed ita potius. quia patēr illos ^{leuo}gratuito a-
 more praeuenerit: atq; ad amādū credēdumq; filiū amā-
 do sustulerit. & quia ipsi agnitā filij dilectionē atq; fidē
 pio & sollicito corde seruauerit: maiorib⁹ eos donis pa-
 ternae dilectionis esse remuneratos. Nō aut arbitradū
 quia pater sine filio & spū sancto amare. uel amoris pos-
 sit munera dare. Nec rursus existimādū qā fili⁹ sine pa-
 tre & spū sancto ualeat amari uel credi. Quod ergo ait.
 Ipse enim pater amat uos intelligēdū est una cum filio
 & spū scō: quos amor dignos iudicat. Et quod adiūxit.
 Quia uos me amastis: eadē rōne sciēdū est quia quicūq;
 filiū recte amat: hunc cū patre & amboꝝ spū amet: qā
 quorū inseparabilis est natura diuinitatis: hoꝝ una ea-
 dēq; sunt dona uirtutis. Exiuit a patre: & uenit in mūdū
 Iterū relinquo mūdū & uado ad patrē. Exiuit a patre &
 uenit in mūdū quia mūdo uisibilis apparuit in hūani-
 tate: qui erat inuisibilis apud patrē in diuinitate. Exiuit
 a patre. quia non in ea forma: qua aequalis est p̄ri: sed in
 assumpta creatura minor apparuit. Et uenit in mūdū
 quia in forma serui: qm accepit: etiā mundi hui⁹ amato-
 ribus se uidēdum praeuit. Iterū reliq; mūdū: & redijt
 ad patrē: quia ab aspectu amatoꝝ mundi quod uiderāt
 abstulit. & se amatorib⁹ suis aequalē p̄ri esse credendū
 docuit. Reliquit mūdū & redijt ad patrē. quia huma-
 nitatē: qm induit: p̄ ascensionē ad inuisibilia perduxit.
 Haec quidē uerba dñi ^{obscura}myltica. & sicut ipse testat in p-
 uerbis sunt dicta. sed discipuli: quib⁹ dicebātur: adeo
 carnales adhuc erant: ut eorū profunditatē minime ca-
 perēt. & nō solum archana dictoꝝ: sed nec ipsam igno-

Tertus.

Terius.

Tertus.

intelligerent

^{obscure}
 ratiā suā intelligerēt putantes: simpliciter & dilucide p
 lata: quæ nō intelligētibus prouerbia erāt. Vñ cōtinuo
 rñderūt. Ecce nunc palā loq̃ris: & prouerbiū nullū di. *Tertius.*
 cis. Palam igitur eum loqui existimabāt: eius mysteria
 dictorū necnō cōpræhēdere ualebāt. Quodāt adiūgūt
 Nunc scimus quia scis oīa. nō opus est tibi ut qs te iter *Tertius.*
 roget: in hoc credimus quia a deo existis: apte ostēdunt
 quia loquēs ad eos dñs de ijs maxime disputabant: quæ
 illos delectabat audire. & quæ illi interrogare uolebant
 hæc ipse præueniēs eos ultro proferebat. Vñ merito il
 lum scire oīa quasi deū: & quasi filiū a deo uenisse cre
 dunt & cōfitent̃. Apertū nāq; diuinitatis indicium est co
 gitationū nosse secreta Salomone attestate: q de eo sup
 plicās ait. Tu enim solus nosti corda oīum filiorū homi *iii. Reg. viij.*
 nū. Vñ etiā Hieremias ait. Tu autē dñe sabaoth: qui iu *dicere, xi.*
 dicas iuste: & pbas renes & cor. Neq; enī hæc trāseūter
 aut negligēter cōmemorāda sunt: sed sollerter inuigilā
 dū est frēs mei ut nō uerba tm̃ & opa nra: sed ipa quoq;
 cordiū secreta diuinis aspectibus digna reddam⁹. Nō
 in tēplo nr̃i pectoris odiorū flāma. nō inuidiæ rubigo
 resideat. nō inde turpis. nel cōtumeliosi sermonis radix
 oriāt. nō ibi meditatio facti nocētis inascat̃. Memores
 sim⁹ dñicæ cōminatiōis: qua dicit̃. Ego enim opa & co *Esai. lvi.*
 gitatiōes eorū uenio ut congregē. & expulis uiriorū ru
 deribus talē cordis nr̃i parem⁹ mātionē: cui⁹ ipse tene
 tur inesse mansor. qui eius ineuitabilis inspector & iu
 dex est. Sciendū autē quia triplex est mod⁹ cogitationū
 neq;. unus earum: quæ deliberatione & pposito peccan
 di mentem contamināt. Alius earum: quæ delectatiōe

quidem peccati perturbant mentem: nec tamen hanc
ad peccandi consensum pertrahunt. Tertius earum: quæ
naturalis motu mentem percurrētes nō tam hanc ad per
petranda uitia illiciūt: q̃a bonis: quæ cogitare debuit:
impediūt uel uti est quum phantasmata rerum: quæ alī
quando superuacue gesta uel dicta nouim⁹: ad memo
riam reducimus: quarum crebra retractatio quasi im
portuna muscarum improbitas cordis oculos circun
uolare. ac spiritalē eius aciem inquietare magis q̃ exer
cere consueuit. A cunctis autem his cogitationum ne
quā generibus castigari monuit salomon quum dicit.
Omni custodia serua cor tuum: quoniā ex ipso uita pro
cedit. Cuius monita sequētes agamus solliciti: ut si qd
consensu perpetrandi facinoris in animo deliquim⁹: ci
ta hoc confessione & dignis penitentiæ fructibus ab
stergamus. Si delectatione peccandi nos tentari sense
rimus: noxiā delectationē crebris precibus ac lachry
mis. crebra amaritudinis perpetuæ recordatione pella
mus. Et si nos solos ad hanc ppulsandam reficere non
posse uiderimus: fratrum quæramus auxilia: ut quod
nostris uiribus nequimus: illorum consilio & interces
sione sumam⁹. Multum enim ualeat deprecatio iustī assī
dua. & sicut idem præmisit: oratio fidei saluabit infir
mū: & alleuabit eum dñs. & si in peccatis sit: dimittent
ei. Quia superuacuis cogitatiōibus ad integrū carere nō
ualemus: has in quātū possumus imissione bonarū co
gitationū & maxime frequentī scripturarū meditatiōe
fugem⁹ iuxta exēplum psalmistæ: qui dicit. Quomodo
dilexi legē tuam dñe. tota die meditatio mea ē. Petam⁹

puerbio, liij.

Jacobi. v.

Ibidem.

psal. cxvij.

supnā clementiā: quod est uere in noīe saluatoris petē.
re: ut & cordis mundiciā & boni opis præstet efficaciam
Et ante oīa illā sedula mente recolam⁹ horā. illā citi⁹ ue
nire optem⁹: in qua nō iam per scripturas loquat⁹ nobis
dñs: sed palam de patre annūciat nobis: cum quo uiuit
& regnat deus in unitate spīritus sancti per omnia sa-
cula sæculorum. Amen.

¶ In uigilia ascensionis dñi.

¶ Ex euangelio Ioannis. xviij. capite.



Nullo tpe. Subleuat is Iesus oculis in cœlū
dixit. Pater uenit hora. clarifica filiū tuum:
ut & filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei
ptatem oīs carnis: ut oē quod dedisti ei: det
eis uitā aternā. Hæc est aut uita æterna: ut cognoscāt
te solum deū uerum: & quē misisti iesum xp̄um. Ego te
clarificaui super terram. opus cōsumauī: quod dedisti
mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud te.
metipsum claritate: quā habui priusquā mundus fieret
apud te. Manifestaui nomen tuum hominib⁹: quos de
disti mihi de mundo. Tui erant. & mihi eos dedisti. &
sermonē tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia
omnia: quæ dedisti mihi: abs te sunt. quia uerba: quæ
dedisti mihi: dedi eis. & ipsi acceperunt: & cognouerūt
uere quia a te exiui: & crediderunt quia tu me misisti.
Ego pro eis rogo: non pro mundo: sed pro eis: quos de
disti mihi: quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt. & tua
mea sunt. & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in
mundo. & hi in mundo sunt. & ego ad te uenio.

¶ Ex dictis sancti Augustini.



Otuit silenter hæc eadē uerba orōnis patrī
filius dicere: sī oratio filiī doctrīna est disci-
pulorū: nec non & eorū: qui illorū exēpla se-
qui uoluissent. uel eorū scripta legere. Di-

Tertus,
Tertus,

Tertus,

xit. Venit hora. Hora nāq; passiōis appropinquat. Clari-
fica filiū tuū. idest resurrectionis gloriā. Præcedat hu-
milis passiōis; & subsequat̃ cito resurrectionis clarifi-
catio. Sequit̃. Vt filius tuus clarificet te. Clarificatio
p̃ris æterna est: q̃ nec augeri. nec minui potest. Sed hæc
clarificatio ad noticiā dei p̃ris ptinet; ut resurrectionis
gloria i filio peracta inotesceret de⁹ p̃ totī orbī; q̃ ante
in iudeis tātū mō not⁹ erat. Clarifica filiū tuū: ut filius
tu⁹ clarificet te. Quasi dixisset. Resuscita me: ut inote-
scas toti orbī per me. Sequit̃. Sicut dedisti ei ptatē oīs
carnis. idest oīs hoīs. Aperte totū. Caro pro hoīe. Hæc
ait ut ostēderet magis ac magis quō clarificatur⁹ eēt pa-
trē. Sicut ergo dedisti ei ptatē inqt oīs carnis: ita clari-
ficet te fili⁹. idest notū faciat. idest det eis uitā æternā.
Hæc ē uita æterna: ut cognoscāt te solū ueꝝ deū: & quē
misiisti solū iesū xp̃m. Ordo uerborū ē. ut te & quē misi-
isti iesū xp̃m cognoscant solū uerū deū. Plena cognitio
dei p̃ris & filiī & spūs scti plena est p̃fecta uita æterna.
p̃fecta uita æterna sūma beatitudo ē. Sūma beatitudo
nō est nisi uita æterna. Ideo dixit. Hæc ē uita æterna: ut
cognoscāt te: & quē misiisti iesū xp̃m solū & uerū deū.
Ego te clarificaui sup̃ terrā. op⁹ cōsummaui: qđ dedisti
mihī ut faciā. Quid ē q; præterito tpe clarificaui & cō-
summaui: statim subiungit futuri tēporis uerbum faci-
am: nisi q; omnia deo sunt præsentia: & in diuina præ-

Tertus.

Tertus.

Tertus.

destinatione futura: Quasi transacta esse credenda sunt.
 quod enim futurū fuit: ut fieret: hoc enim quasi trans-
 actum fuit. Ego te clarificauī, quasi dixisset. Ego te cla-
 rificabo prädicationis gloria: quā in discipulis suis toto
 mundo effecit: dum opus consummādo passiōis meae &
 resurrectiōis quod dedisti mihi ut faciā. Sed nunc uero *Textus.*
 clarifica me pater apud te metipm. Dicēdo enim te cla-
 rificauī sup̄ terram se aut̄ a patre apud eundē patrē po-
 stulat clarificādū. Modo profecto utriusq; clarificatio
 nis ostēdit & gloriā. Ipse quippe patrē clarificauit su-
 per terram cum gētibus prädicando, pater uero ipsū
 apud semetipm ad suā dexterā collocando. Subiungit.
 Charitate: quā habui apud te priusq; mūd⁹ fieret. i hoc *Textus.*
 ualet: quod ait. Et nunc clarifica me. hoc est. Sicut tūc:
 ita & nunc. Sicut tunc prädeterminatione: ita & nunc pfe-
 ctione. Fac in mūdo quod apud te fuerat ante mundū.
 ¶ Homelia beati augustinī episcopi de eadē lectione.

Nte ista: quæ nunc sumus adiuuante dño tra-
 ctaturi: dixerat Iesus. Hæc locut⁹ sum uobis:
 ut in me pacē habeatis. Quæ nō recētiora pau-
 lo sup̄ius ab eo dicta: sed omnia debemus accipere: siue
 quæcūq; eis locutus est: ex quo eos cepit habere disci-
 pulos. siue certe ex quo post cenā exorsus est illū admi-
 rabile prolixumq; sermonē. Talē quippe cōmemorauit
 causam cur eis sit locutus: ut ad eum finem rectissime
 referantur uel omnia quæ locut⁹ est eis. uel ea maxime:
 quæ dixit iam pro illis moritur⁹ tanq; uerba nouissima
 postea q̄ de cōuiuio sancto ille: qui eum fuerat traditu-
 rus: egressus est. Hanc ergo cōmēdauit sermōe suo: ut

in illo pacem haberet. propter quod totū agitur q̄ xp̄ia
nī sumus. Hæc enim pax finē temporis non habet. sūt
omnis præ nostræ intētionis actionisq; finis ipsa erit.
Propter hanc sacramētis eius imbuimur. ppter hanc
mirabilibus eius opibus & sermōib⁹ erudimur. ppter
hāc spūs eius pign⁹ accipim⁹. ppter hāc in eū credim⁹
& speramus: & eius amore quātum donat accēdimur.
Hac in pace in pressuris oībus cōsolamur. hac a pres-
suris oībus liberamur. ppter hanc oēm tribulationem
fortiter sustinemus: ut in hac scēlicet pacē haberet: in mūdo
hñtes pressuram: exhortatusq; fuisset ut uideret quem
ipse uicit mundū: eo qui erat ad eos sermone finito: de-
inde ad patrē uerba direxit & orare iam cepit. Sic enim
euangelista sequit⁹ dicēs. Hæc locutus est Iesus. & sub-
leuatis oculis in cœlum dixit. Pater uenit hora. clarifi-
ca filiū tuū. Poterat dñs noster unigenitus & coæter-
nus patri in forma serui & ex forma serui si hoc op⁹ eēt:
orare silētio: sed ita se p̄i exhiberi uoluit peccatorē: ut
meminisset se eē doctore. Proinde eā: quā fecit: orōnē
p nobis notā fecit & nobis: qm̄ tantī magistri nō solū
ad ipsos sermocinatio: sed etiā pro ipsis ad patrē oratio
discipulorū eēt ædificatio. Et sic illorum: qui hæc dicta
erāt audituri: pfecto & nr̄a: q̄ fueram⁹ cōscripta lectu-
ri. Quapropter hoc quod ait. Pater uenit hora. clarifi-
ca filiū tuū ostēdit oē tēp⁹ & qd qñ faceret uel fieri sine
ret ab illo esse dispositū: q̄ tpi subdit⁹ nō est: qm̄ quæ fu-
tura erāt per singula tpa in dei sapia causas efficientes

Textus,

hñt: in qua nulla sunt tpa. Nō ergo credat hęc hora fa-
to urgēte uenisse: sed deo potius ordināte. Dicit ergo.
Pater uenit hora: qui cū patre disposuit oēs horas tanq̃
dicēs. Pater quā ppter hoīes & apud hoīes ad me clari-
ficandū simul constituim⁹ uenit hora, clarifica filium
tuū: ut filius tuus clarificet te. Clarificatū a prē filium
nōnulli accipiūt in hoc q. ei nō pepercit: sed pro nobis
oībus tradidit illū. Sed si passione clarificatus dicitur:
quātomagis resurrectionē. Nam in passione magis ei⁹
humilitas q̃ claritas cōmēdatur apostolo dicēte: qui ait.
Humiliauit semetipm obediēs factus usq; ad mortem Philip. ij.
mortē at crucis. Deinde seq̃. Et de ei⁹ clarificatiōe iā di-
cit. Propter quod & de⁹ illū exaltauit: & donauit ei no-
mē: qđ est sup oē nomē: ut in noīe Iesu oē genu flectat
cālestiū terrestriū & ifernorū. & oīs lingua cōfiteat̃ qđ
dñs Iesus xp̃s in gl̃ia est dei pr̃is. Hęc ē clarificatio dñi
Iesu xp̃i: quæ ab ei⁹ resurrectionē supsit exordiū. Vt ergo
mediator dei & hominū hō xp̃s Iesus resurrectionē clari-
ficaret: prius hūiliatus est passiōe. Non enī a mortuis
resurrexisset: si mortu⁹ non fuisset. Humilitas clarita-
tis est meritū. claritas humilitatis est præmiū. Sed hoc
factum est in forma serui. In forma uero dei semp fuit.
semper erit claritas. imo nō fuit quasi iam nō sit: nec erit
quasi nōdum sit: sed sine initio. sine fine semper est cla-
ritas. Quod ergo ait. Pater uenit hora. clarifica filium
tuum: sic intelligēdū est tanq̃ dixerit. Venit hora semi-
nādæ hūilitatis. fructū nō differas claritatis. Sed quid
sibi uult quod sequit̃: ut filius tu⁹ clarificet te? Nūqd
etiam deus pater humilitatē ptulit carnis siue passiōis:

ex qua illum clarificari oporteret? Quomodo ergo eū
clarificaturus erat filius: cuius claritas sempiterna nec
ex forma hūana potuit uideri minor: nec diuina posset
eē amplior? Sed glorificatū a patre filiū secundum for-
mam serui: quā pater suscitauit a mortuis & ad suā dex-
teram collocauit: res ipsa indicat: & null⁹ ambigit xpia-
nus. Sed qm̄ non tantū dixit. Pater clarifica filiū tuum:
sed addidit etiam ut filius tuus clarificet te: merito quae-
ritur quomodo patrē clarificauerit filius: quū sempiter-
na claritas patris nec diminuta fuerit in forma huma-
na: nec augeri potuerit in sua pfectione diuina: sed i ipsa
claritas patris nec minui nec augeri potest. Apud homi-
nes aut̄ proculdubio minor erat: quādo in iudaea tātum
modo deus notus erat: nōdum a solis ortu usq; ad occa-
sum laudabāt pueri nomē dñi. Hoc aut̄ quia per euāge-
lium xpī factum est ut p filiū pater innotesceret gētib⁹
profecto patrē clarificauit & filius. Si aut̄ tantūmodo
mortuus fuisset filius nec resurrexisset: pculdubio nec
a patre clarificatus esset: nec patrem ipse clarificasset.
Nunc aut̄ resurrectiōe clarificatus a patre resurrectio-
nis suae prädicatione clarificat patrē. Hoc quippe ape-
rit ordo ipse uerborum. Clarifica inquit filiū tuū: ut
filius tuus clarificet te. Tanq̄ diceret. Resuscita me: ut
innotescas toto orbi per me. Deinde magis ac magis pā-
dens quomodo clarificet patrē filius: sicut inquit dedi-
sti eis ptātem omnis carnis: ut oē quod dedisti ei: det eis
uitam aeternam. Omnē carnē dixit oēm hominē a par-
te totum significans: quēadmodū rursus a parte supio-
re significat⁹ est homo totus: ubi ait apostol⁹. Ois aīa

potestatibus sublimioribus subdita sit. Quid enim dixit. Ois aia: nisi ois ho: Et hoc aut q: potestas xpo a pre data est ois carnis secundum hominem intelligendum est. Nam secundum deum oia per ipsum facta sunt. & in ipso condita sunt oia in coelo & in terra. uisibilia & inuisibilia. Sicut ergo dedisti ei potestatem inquit ois carnis: ita te glorificet filius. idest notum faciat omni carni: quam dedisti ei. Sic enim dedisti: ut omne: quod dedisti ei: det eis uitam eternam. Hæc Tertius. est autem uita æterna inquit: ut cognoscant te solum uerum deum: & quem misisti iesum xpm. Consequenter enim & spiritus sanctus intelligitur: quia spiritus est patris & filii tanquam charitas substantialis & consubstantialis ambobus: quoniam non duo dii pater & filius. nec tres dii pater & filius & spiritus sanctus: sed ipsa trinitas unus solus uerus deus. nec idem trinitas pater: qui filius. nec idem filius: qui pater. nec idem spiritus sanctus: qui pater & filius: quoniam tres sunt pater & filius & spiritus sanctus: sed ipsa trinitas unus est deus. Sic ergo eo modo te glorificat deus: sicut dedisti potestatem ois carnis. & sic dedisti: ut omne quod dedisti ei: det eis uitam eternam. & hæc est uita æterna: ut cognoscant te. sic te igitur filius glorificet: ut omnibus: quos dedisti ei: te cognitum faciat. Porro si cognitio dei est uita æterna: tanto magis uiuere tendimus: quanto magis in hac cognitione perficimus. Non autem moriemur in uita æterna. Tunc ergo dei cognitio perfecta erit: quando nulla mors erit. Summa est tunc dei glorificatio: quia summa gloria: quæ græce dicitur Doxa. Unde dictum est Doxazon. quod latini quidam sunt interpretati. Clarifica. quidam Glorifica. A ueteribus autem gloria: qua gloriosi homines dicuntur: ita est diffinita.

ps. lxxvii.

Tertius.

i. petri. ij.

ps. xxi.

Gloria frequens de aliquo fama cum laude. At si homo laudat quā famæ creditur: quomō deus laudabit: quādo ipse uidebitur? Propter quod scriptum est. Beati qui ambulāt in domo tua. in sæcula sæculorū laudabūt te. Ibi enī erit dei sine fine laudatio. Ibi erit dei plena cognitio. Et quā plena cognitio: ibi sūma clarificatio uel gloriificatio. Sed prius hic clarificat: dum annūciatus hominibus innotescit. & per fidē credētium predicat. Propter quod dicit. Ego te clarificaui super terrā. opus cōsumauī: quod dedisti mihi ut faciā. Non ait iussisti: sed dedisti. ubi cōmēdat euidēs grā. Quid enī habet: quod nō accepit: etiā in unigenito humana natura? An nō accepit ut nihil mali: sed bona faceret oīa: quādo in unitate psonæ suscepta est uerbo: per qd facta sunt oīa. Sed quomodo cōsumauit opus: quod accepit ut faciāt: quū restet adhuc passionis experimentū: ubi martyrib⁹ suis maxime prebuit quod sequeretur exemplum. Vnde ait apostolus Petrus. Christus passus est pro nobis relinques uobis exemplū ut sequamini uestigia eius. nisi quā cōsumasse se dicit: quod se cōsumaturū esse certissime nouit. sicut longe ante in prophetia præteriti tēporis usus est uerbis qn post annos plurimos futurū erat qd dicebat. Foderūt inquit manus meas & pedes meos. dinumerauerūt omnia ossa mea. Nō ait fodient & dinumerabūt. Et ipse i hoc euāgelio. Omnia inquit: quæ audiui a patre meo: nota feci uobis. Quib⁹ ait postea. Adhuc multa habeo uobis dicere: sed nō potestis illa portare modo. Qui enim certis & imutabilib⁹ causis omnia futura prædestinauit: quod factururus est fecit. Nam &

per prophetā dictum de illo est. Qui fecit quæ uentura
sunt. Secundū hoc etiā: quod sequit̃: dicit. Et nunc cla- Textus,
rifica me pater apud te meiū claritate: quā habui pri-
usq̃ mundus esset apud te. Nam supra dixerat Pater ue-
nit hora clarifica filiū tuum: ut filius tuus clarificet te.
In quo uerborū ordine ostēderat prius a patre clarificā-
dū filiū: ut patrē clarificaret filius. Modo aut̃ dixit.
Ego te clarificaui super terram. Opus cōsumauī: quod
dedisti mihi ut faciam: & nunc clarifica me tanq̃ ip̃e pri-
or clarificauerit patrem: a quo deinde ut clarificetur ex-
poscit. Ergo intelligendū utroq; uerbo usum superius
secundū id: quod futurum erat. eoq; ordine: quo futu-
rum erat: clarifica filiū: ut filius te clarificet. modo
uero usum fuisse uerbo p̃teriti temporis de futuro ubi
ait. Ego te clarificaui super terram. opus cōsumauī: qđ
dedisti mihi ut faciam. Deinde dicendo. Et nunc clari-
fica me tu pater apud te metip̃m: quasi posterius esset
clarificādus a patre: quem prius ip̃e clarificauerat: qđ
ostēdat: nisi superius ubi ait. Ego te clarificaui super ter-
ram: ita fecisse quod facturū esset. hic aut̃ poposcisse
ut faceret: quod illū filius facturū esset. id est ut pater
clarificaret filiū. per quam clarificationē filii etiam
filius esset clarificaturus patrem. Sed hanc clarifica-
tionē prædeterminationē in sua manifestius aperuit: quia
eum clarificauit pater. In eo quod adiunxit Claritate:
quam habui: priusq̃ mundus esset apud te. Ordo uer-
borum est. Quam habui apud te priusq̃ mundus esset.
Apud te ad hoc ualet: quod ait. Et nunc clarifica me.
hoc est. Sicut tunc: ita & nunc. Sicut tunc præde-

stinatione: ita & nunc perfectione. Fac in mundo quod
apud te iam fuerat ante mundū. Fac in suo tpe qđ ante
oīa tpa statuísti. Hoc quidā sic intelligendū putarunt:
tanquā natura humana: quæ suscepta est a uerbo: con-
uerteret in uerbū. & hō mutaretur in deū. Immo si dili-
gētius quod opinati sunt cogitemus: hō periret ī deo.
Nō enī priusq̃ existimatione hominis uel duplicari dei
uerbū dicturus ē. uł augeri. Aut duo sint quod unum
fuit. aut amplius sit quod minus fuit. Porro si natura
humana in uerbū mutata uel uersa uerbū dei quātum
erat & quod erat: hoc erit: ubi ē homo: si nō perit. Sed
hac opinione: quā ueritati prorsus nō uideo cōuenire:
nihil nos urget si filio dicēte & nunc clarifica me tu pa-
ter apud te metipm claritate quā habui priusq̃ mundus
esset apud te: intelligam⁹ prædestinationē claritatis hu-
manæ: quæ in illo est nature ex mortali īmortalis apud
p̃rem futuræ. & hoc iam destinando fuisse factū anteq̃
mundus esset: quod in mundo etiā suo tpe fieret. Sic
enim de nobis dixit apostolus. Sicut elegit nos in ipso
ante mundi cōstitutionē. cur abhorrere putatur a uero
si pater tunc caput nrm glorificauit: quādo nos in ipso:
ut mēbra eius essemus: elegit. Hinc audiam⁹ apostolū
in suarum exordio litterarū. Nā & prima epistolārū ei⁹
est ad Romanos. & ipius epistolæ principiū est ubi le-
gitur. Paulus seruus iesu christi uocatus apostolus. se-
gregatus in euāgeliū dei. quod ante promiserat per pro-
phetas suos in scripturis sanctis de filio suo: qui factus
est ei ex semine Dauid secūdū carnem: qui prædestina-
tus est filius dei in uirtute secūdū spiritum sanctifica-

Epheſio, j.

Roma, i.

tionis ex resurrectione mortuorū. Secundū etiam hāc
prædestinationē clarificatus est anteq̃ mūdus esset: ut
esset claritas eius ex resurrectione mortuorū apud pa-
trem: ad cuius dexterā sedet. Quum ergo uideret illius
prædestinatæ suæ clarificatiōis uenisse iam tēpus: ut &
nunc fieret in redditione quod fuerat in prædestinatio-
ne iam factū orauit dicens. Et nunc clarifica me tu pa-
ter apud temetipm claritate quā habui priusq̃ mundus
esset apud te. id est illam claritatē quā habui apud te in
prædestinatione tua: tempus est ut apud te habeā etiā
uiuens in dextera tua. Manifestauī nomen tuum homi-
nibus: quos dedisti mihi de mūdo. tui erāt: & mihi eos
dedisti. & sermonē tuum seruauerūt. Nunc cognoue-
runt quia oīa quæ dedisti mihi: abs te sūt: quia uerba q̃
dedisti mihi: dedi eis. & ipi acceperunt & cognouerunt
uere: quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.
Quāq̃ & hæc omnia de oībus futuris fidelibus dici po-
tuerunt specie perfecta quū adhuc essent futura. Sed
ut de ijs solis: quos tunc habebat: discipulis hæc loqui
intelligat: illud magis urget: quod paulo post ait. Quū
essem cum eis: ego seruabā eos in nomine tuo. quos de-
disti mihi custodiui. Et nemo ex his perit: nisi fili⁹ per-
ditionis: ut scriptura impleat iudam significās qui tra-
didit eum. Ex isto quippe duodenatio apostolorū nu-
mero solus perit. Deinde subiungit. Nūc autē ad te ue-
nio. Vnde manifestū est eū de corporali sua dixisse præ-
sentia. Quum essem cum eis: ego seruabam eos: ueluti
iam quum eis ea præsentia non esset. Eo modo enim si-
gnificare uoluit ascensionē suam mox futuram: de qua

Tertus.

dixit. Nunc autem ad te uenio: iturus utique ad dexteram patris: unde est uenturus ad uiuos & mortuos iudicandos presentia quidem corporali secundum fidei regulam sanamque doctrinam. Nam presentia spiritali cum eis erat utique: futurus post ascensionem suam & cum tota ecclesia sua in hoc mundo usque ad consummationem seculi. Non ita recte intelligunt de quibus dixerit. Quum essem cum eis: ego seruabam eos: nisi illi: quos in se credentes seruare iam ceperat presentia corporali: & quos relicturus erat absentia corporali: quam apud patrem seruaret presentia spiritali. Postea uero adiungit & ceteros suos ubi dicit. Non pro his autem rogo: sed pro eis: qui credituri sunt per uerbum eorum in me. Vbi manifestius ostendit quod non de omnibus ad eum pertinentibus superius loqueretur: ab eo loco ubi ait. Manifestaui nomen tuum hominibus: quos dedisti mihi: sed de illis tantum: qui eum quum illa diceret. audiebant. Jam nunc ergo uideamus quid de illis: a quibus tunc audiebat: discipulis suis dicat. Manifestaui inquit nomen tuum hominibus: quos dedisti mihi. Non ergo nouerant dei nomen: quum essent iudei. Et ubi est quod legitur. Notus in iudea deus: in israel magnum nomen eius? Ego manifestaui nomen tuum hominibus istis: quos dedisti mihi de mundo: qui me audiunt haec dicentem. Non illud nomen tuum: quo uocaris deus: sed illud: quo uocaris pater meus. Quod nomen manifestari sine ipsius manifestatione non posset. Nam quod deus dicitur uniuersae creaturae etiam omnibus gentibus antequam in christum crederent: non omnino esse potuit hoc nomen ignotum. Haec est enim uis uere diuinitatis: ut creaturae rationali iam ratione utenti non omnino ac pe

nitus possit abscondi. Exceptis enim paucis: in quibus
nata nimium deprauata est: uniuersum genus huma-
nū deum mundi huius fatetur auctorem. In hoc ergo
q̄ fecit hunc mundū cœlum terramq; conspicuū: & an-
teq̄ imbuerent in fide xp̄i notus oībus gētibus deus: in
hoc aut̄ q̄ nō est iniuriis suis & cum diis falsis colēdus
notus in iudea deus. In hoc uero q̄ pater est huius xp̄i:
per quem tollit peccata mundi: hoc nomen eius prius
occultū oībus nunc manifestauit eis: quos dedit ei pa-
ter ip̄e de mundo. Sed quomodo manifestauit: si nōdū
uenit hora: de qua superius dixerat: q̄ ueniret hora: quū
iam nō in prouerbis inquit loquar uobis: sed palam de
p̄e meo annūciabo uobis: An uero annūciatio manife-
sta putabit̄ in prouerbis: Cur ergo dictum est palam
annūciabo: nisi quia in prouerbis non est palā? Quod
aut̄ nō prouerbis occultatur: sed uerbis manifestatur:
proculdubio palam dicitur. Quomō ergo manifestauit
quod nōdum palā dixit: Proinde sic intelligēdū est pro
tēpore futuro prāteritū positū: quēadmodū illud Oīa
que audiui a patre meo nota feci uobis: quod nōdum fe-
cerat: sed loquebat̄ quasi fecisset. Qd̄ imutabiliter esse
prāfixū sciebat ut faceret. Quid ē aut̄ quos dedisti mi-
hi de mūdo: Dictū est enī de illis q̄ nō essent de mūdo.
Sed hoc eius regeneratio p̄stitit: nō generatio. Quid est
etiā qd̄ sequitur tui erant: & mihi eos dedisti: An aliqn̄
erant p̄ris: quādo nō erant unigeniti filii eius: & habuit
aliquādo pater sine filio: Absit. Verūtamen habuit aliqd̄
aliqn̄ deus filius: quod nōdū habuit idē ip̄e hō filius. q̄a
nōdum erat homo factus ex matre: qn̄ tñ habebat uni-

Joānis.

Joānis.

uersa cū patre . Quappter quod dixit tui erāt: nō se idē
separauit dei filiū: sine quo nīhīl unquā pater habuit:
sed solet ei retribuere omne quod pōt: a quo est ipse: qui
pōt. A quo enim habet ut sit ab illo habet ut possit. & si
mul utrūq; semp habuit: quia nūquā nō fuit: & nūquā
non potuit. Quo circa q̄cquid potuit pater: semper cū
illo filius potuit. qm̄ ille: qui nūquā non fuit: & non po
tuit: nūq̄ sine patre fuit. nūquā sine illo pater fuit. Ac p
hoc sicut pater æternus oīpotēs: ita fili⁹ coetern⁹ om
nipotēs. & si oīpotens: utiq; oīum tenēs. Id enim uerbū
potius e uerbo interpretamur: si proprie uolum⁹ dice
re: quoda grācis dicit̄ pāthocrator. quod nostri nō sic
īterpretaretur ut oīpotēs dicerēt: quū sit pāthocrator
oīum tenēs: nisi tantūde ualere sentirēt. Quid igit̄ unq̄
habere potuit æternus oīum tenēs: quod non simul ha
buerit coetern⁹ oīum tenēs: Quod utiq; ait & mīhi eos
dedisti: hoīem se accepisse hanc ptātem ut eos haberet
ostēdit. qm̄ qui semp oīpotens fuit: non semp hō fuit .
Quam ob rem quū p̄r potius tribuisse uideat̄: ut ab eo
illos accepit: qm̄ ex ipso est q̄cquid est de quo est: etiam
ipse sibi eos dedit. hoc est cū patre deus xp̄s hominī xp̄o
quod cum p̄re nō est hoīs dedit. Deniq; qui hoc loco di
cit̄ tui erant: & mīhi eos dedisti: iam sup̄ius eisdē disci
pulis dixerat. Ego uos elegi de mūdo. Cōterat̄ hic cogi
tatio carnalis atq; dispereat. De mūdo sibi a p̄re dicit̄ fi
lius datos hoīes: quib⁹ alio loco dicit̄ . Ego uos elegi de
mundo. Quos dei filius de mūdo elegit cum p̄re: idē
ipse homo filius de mūdo eos accepit a patre. Nō enim
illos pater filio dedisset: nisi elegisset. Ac per hoc filius

sicut non inde separauit prem qm dixit. Ego uos de mū-
 do elegi: qm simul uos elegit & pater: sic non inde sepa-
 rauit & se qm dixit tui erāt: quia & ipsi filii pariter erāt
 Nunc aut homo idē ipse filius accepit eos qui non erāt
 ipsius: quia & formā serui accepit deus idē: qui nō erat
 ipsius. Sequitur ac dicit. Et sermonen tuū seruauerūt.
 Nūc cognouerūt quia oīa: quæ dedisti mihi: abs te sūt *Textus.*
 idest cognouerūt quia abs te sum. Similiter ei pater de-
 dit oīa quū genuit qui haberet oīa. Quia uerba inquit: *Textus.*
 quæ dedisti mihi: dedi eis. & ipsi acceperunt. idest intel-
 lexerunt atq; tenuerūt. Tunc enim uerbū accipitur: qm
 mente percipit. Et cognouerūt inquit uere quia a te exi-
 ui. & crediderūt quia tu me misisti. Et hic subaudiēdū
 ē uere. Qd enī dixit. Cognouerūt uere exponere uoluit
 adiūgēdo Et crediderūt. Hoc itaq; crediderūt uere qd co-
 gnouerūt uere. Id enī ē a te exiui: qd ē tu me misisti. Ego *Textus.*
 p̄ eis rogo: nō p̄ mūdo rogo: sed pro iis: quos dedisti mi-
 hi. Mūdū uult modo intelligi qui uiuūt secūdū cōcupi-
 scētiā mūdi: & nō sunt ī ea forte gratiā: ut ab illo eligāt̄
 ex mūdo. Nō itaq; pro mūdo: sed p̄ iis: quos ei pater de-
 dit: rogare se dicit. Per hoc nāq; q; eos illi pater iā dede-
 rat: factū est ut nō ptineat ad eum mundū: pro quo non
 rogat. Deinde subiūgit. Quia tui sunt. Nec enim q̄a pa-
 ter eos dedit filio: cōmisit ipse quod dedit: quū adhuc fi-
 lius sequat̄ ac dicat. Et oīa mea tua sūt: & tua mea. Vbi
 satis apparet qualiter unigeniti filiū sint omnia quæ sūt
 patris. Per hoc utiq; q; ip̄e etiā est deus & de patre patri
 natus est aequalis. Et clarificatus sum inq; in eis. Nūc *Textus.*
 suam clarificationē tanquā facta sit dicit: quum adhuc

Text. 9.

esset futura. Dicēdo enim esse iam factum ostēdit iā
fuisse prædestinatū. & certum haberi uoluit: quod eēt
futurū. Et iam inquit nō sum in mūdo. & hī in mundo
sunt. Si horā prorsus illā: qua loquebat attendas: utriq;
adhuc in mundo erāt & ipse scilicet & illi: de quib⁹ hoc
dicebat. Non enim secūdum prouectū cordis & uitæ
hoc accipere possumus uel debemus. ut illi propterea
esse adhuc dicant in mūdo: q; mudana adhuc sapiant: il
le aut iam nō esse in mundo sapiendo diuina. Positū est
enim hic unum uerbū: quod nos ita intelligere oīno nō
finat. quia nō ait. Et non sum in mūdo: sed iam nō sum
in mundo per hoc ostēdens fuisse se in mundo: ac iā nō
esse. Nunq̄ ergo fas est ut eum credam⁹ aliqñ munda
na sapiuisse: & ab hoc errore liberatū iam illa nō sapere?
Quis tam impio sensu se induerit? Restat igit ut secun
dū id: quod ipse etiā in mundo prius erat: in mūdo se di
xerit iam nō esse. profecto pñtia corporali a mundo scia
licet absentia suā cito futurā: illoꝝ aut tardius: per hoc
ostendens se iam nō hoc esse. ipsos aut hoc eē dixit: quū
& ipse hoc & illi adhuc essent. Sic enim est locutus ho
mo congruens hoībus: ut mos loquēdi sese habeat hu
manus. An nō quotidie dicimus: iam non est hic de ali
quo quantotius abituro? Et maxime hoc de morituris
solet dici. Quāq̄ & ipse dñs prauidēs quid lecturos mo
uere posset adiecit. Ego ad te uenio: sic exponens quo
dāmodo cur dixerit iam non sum in mundo.

Textus.

¶ In die ascensionis dñi.

¶ Ex euangelio Marci decimosexto
& ultimo capite.

In illo tpe. Recūbentib⁹ undecim discipul⁹
pparuit illis Iesus: & exprobrauit increduli
tate illorū: & duritiā cordis: quia iis: qui ui
derāt eū resurrexisse: nō crediderant. Et dixit
eis. Eūtes in mūdū uniuersū prädicate euāgelium om
ni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit: salu⁹
erit. Qui uero non crediderit: condēnabitur. Signa autē
eos: qui crediderint: hæc sequētur. In nomine meo dæ
monia eiicient: Linguis loquentur nouis. serpentes tol
lent. Et si mortiferum quid biberint: non eis nocebit.
Super ægros manus imponent: & bene habebunt. Et
dominus quidem Iesus postquam locutus est eis: assū
ptus est in cælum & sedet a dextris dei. Illi autem pro
fecti prädicauerunt ubiq; domino cooperante. & ser
monem confirmante. & sequentibus signis.

¶ Homelia beati Gregorij papæ.

Quod resurrectionem dominicam discipu
li tarde crediderunt: non tam illorum infir
mitas: q̄ nostra (ut ita dicam) futura firmi
tas fuit. Ipsa namq; resurrectio illius dubi
tantibus per multa argumēta monstrata est. quæ dum
nos legentes agnoscimus: quid aliud: q̄ de illorum du
bitatione solidamur? Minus enim mihi Maria magda
lene præstitit: quæ citius credidit: q̄ Thomas: qui diu
dubitauit. Ille etenim dubitando uulnerum cicatri
ces tetigit: & de nostro pectore dubitatiois uulnus am
putauit. Ad insinuandā quoq; ueritatē dominicæ resur
rectionis notandū nobis est quid Lucas referat dicens

Actum. j.
Ibidem.

conuescēs præcepit eis ab hierosolymis ne discederēt. Et post pauca uidētibus illis eleuatus est. & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Notate uerba. signate mysteria. Cōuescēs, eleuatus est, comedit. & ascendit: ut uide licet per effectū comestionis ueritas patesceret carnis. Marcus uero priusq̃ cœlum dñs ascendat: cum de cordis atq; infidelitatis duritia inc̃ repasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandū est: nisi q̃ idcirco dñs tunc discipulos increpauit: quum corporaliter reliquit: ut uerba: quæ recedens diceret: in cordibus audientiū arctius impressa remanerēt? Increpata igitur eorum duritia quid amonēdo dicat audiamus. Euntes in mundum uniuersum prædicate euangeliū omni creature. Nunquid fratres mei sanctum euangeliū uel insensatis rebus. uel brutis animalibus fuerat prædicandum: ut de eo discipulis dicatur. Prædicate euangeliū omni creaturæ? Sed omnis creaturæ nomine signatur homo. Sunt namq; lapides: sed nec uiuunt. nec sentiūt. Sūt herbæ & arbuta. uiuūt quidē: sed nō sentiūt. uiuūt dico: nō per aīam: sed p̃ uiriditatē. Quia & Paul⁹ dicit. Insipiens tu quod seminas nō uiuificat: nisi prius moriatur. Viuit ergo quod morit⁹: ut uiuificet. Lapidēs itaq; sūt: sed nō uiuūt. Arbuta aut sūt. uiuūt: sed nō sentiūt. Bruta uero aīalia sunt. uiuūt. sentiūt: sed nō discernūt. Angeli sunt. uiuūt. sentiūt & discernūt. Oīs aut creaturæ aliqd̃ habet hō: habet nāq; cōmune esse cū lapidib⁹. uiuere cū arborib⁹. sentire cum aīalibus. intelligere cū angelis. Si igit̃ cōmune habet aliqd̃ cū omni creatura hō: iuxta aliquid omnis creatura hō. Omni ergo crea-

Textus.

1. cor. intbi. xv.

turæ prædicatur euangelium: quoniam soli hominibus prædicatur.
Quia ille uidelicet docetur: propter quoniam in terra cuncta
creata sunt. & a quo omnia per quandam similitudinem
aliena non sunt. Potest etiam omnis creaturæ nosse omnis
natio gentium designari. Ante etenim dictum fuerat. In
uiam gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur. *Matth. x.* Omni creaturæ
prædicare. ut scilicet prius a iudæa apostolorum
repulsa prædicatio tunc nobis in adiutorium fieret: quoniam
hanc illa ad damnationis suæ testimonium superba repu-
lisset. Sed quoniam discipulos ad prædicandum ueritas mittit
quid aliud in mundo facit: nisi grana seminis spargit?
Et pauca grana mittit in semine: ut multarum messium fru-
ges recipiat ex nostra fide. Neque etenim in uniuerso mun-
do tanta fidelium messis exurgeret: si de manu domini super ra-
tionalē terram illa electa grana prædicantium non uenissent.
Sequitur. Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit. *Tertius.*
Qui uero non crediderit: condemnabitur. fortasse unusquisque
apud semetipsum dicat. Ego iam credidi. saluus ero. Verum
dicit: si fidem operibus tenet. uera etenim fides est: quæ
in hoc: quod uerbis dicit: operibus non contradicit. Hinc
etenim est: quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus di-
cit. Qui confitentur se nosse deum: factis autem negant. Hinc *Titum. i.*
Ioannes ait. Qui dicit se nosse deum: & mandata eius non
custodit: mendax est. Quod quoniam ita sit: fidei nostræ ue-
ritatem in uitæ nostræ consideratione debemus agnosce-
re. Tunc enim ueraciter fideles sumus: si quod uerbis
promittimus: operibus implemus. In die quippe baptisma-
tis omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis
abrenunciare promissimus. ITAQUE unusquisque uestrum

ad cōsiderationē suā mentis oculos reducat. & si seruat
post baptisimū quod ante baptisimū spondit: cert⁹ iā
q̄a fidelis ē gaudeat. Sed ecce quod p̄misit minime ser-
uauit. ad exercēda praua opa. ad cōcupiscēdas mūdi pō-
pas dilapsus est. Videamus si iam scit plangere quod er-
rauīt. Apud misericordē nāq; iudicē nec ille fallax habe-
bit; qui ad ueritatē reuertit; etiā postq̄ mētitur. quia oī
potens deus dum libēter nām p̄niam suscipit; ipse suo
iudicio hoc: quod errauim⁹; abscondit. Signa autē eos:
qui credituri sūt: hęc sequētur. In noīe meo dæmonia
eiiciēt. linguis loquēt nouis. serpētes tollēt. & si mortī
ferū quid biberint: non eis nocebit. Sup̄ agros manus
imponēt; & bene habebūt. Nūquid nam frēs mei quia
īsta signa nō facitis: minime creditis. Sed hęc necessa-
ria in exordio ecclesiæ fuerunt. Vt enim ad fidē cresce-
ret: miraculis fuerat nutriēda: q̄a & nos quum arbuta
plantamus: tamdiu eis aquā fundim⁹: quousq̄ ea in ter-
ra iam conualuisse uideam⁹. At si semel radicē fixerint
irrigatio cessabit. Hīc est enī quod Paulus dicit. Lin-
guæ in signū sunt non fidelib⁹: sed infidelibus. An ha-
bem⁹ de his signis atq; uirtutib⁹ quæ adhuc subtilius
considerare debeam⁹? Sancta quippe ecclesia quotidie
spūaliter facit: quod tunc p̄ apostolos corporaliter facie-
bat. Nam sacerdotes eius quū per exorzismi grām ma-
nū credētib⁹ imponūt: & habitare malignos spūs in eo-
rum mēte cōtradicūt: quid aliud faciunt: nisi dæmonia
eiiciūt? Et fideles quicq; qui iam uitæ ueteris secularia
uerba derelinquūt: sancta autē mysteria insonāt: cōdito-
ris sui laudes & potētia q̄tū præualēt narrant: qd aliud

Terius.

i. d. bonin. xij

faciūt: nisi nouis linguis loquūt? Qui dū bonis suis exhortatiōib⁹ maliciā de alienis cordib⁹ auferūt: serpētes tollūt. Et dum pestíferas psuasiōes audiūt: sed tñ ad operationē prauā minime ptrahūt: mortiferū quidē est qđ bibūt: sed nō eis nocebit. Qui quotiēs pximos suos in bono ope cōfirmari cōspiciūt: dum eius tota uirtute cōcurrūt & exēplo suae opatiōis eorū uita roborāt: q in p^opria actiōe titubāt: qđ aliud faciūt: nisi sup aegros manus imponūt: ut bene habeant? Quae nimis miracula tantō maiora sūt: quāto spiritalia. tanto maiora sunt: quāto per haec nō corpora: sed aīa suscitant. Haec itaq; signa frēs charissimi auctore deo: si uultis: facitis uos. Ex illis enī exteriorib⁹ signis obtineri uita ab hac operatiōib⁹ nō ualet. Nā corpalia illa miracula ostēdūt aliquā sanctitatē: nō aut faciūt. Haec uero spiritalia: quae agunt in mēte: uirtutē uitae nō ostēdūt: sed faciūt. Illa habere & mali pnt: istis aut perfrui nisi boni nō pnt. Vnde de quibūdā ueritas dicit. Multi dicēt mihi in illa die. Domine dñe nō ne in noīe tuo pphetauim⁹? & in tuo noīe uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia nunquā noui uos. Discedite a me omnes: qui operamini iniquitatem. Nolite ergo fratres charissimi amare signa: quae possunt cum reprobis haberi cōmunia: sed haec: quae modo diximus charitatis atq; pietatis miracula amate: quae tanto securiora sunt: quanto & occulta. & de quibus apud dominū eo maior fit retributiō: quo apud homines minor est gloria. Sequit. Et dñs qui dē Iesus postq locutus est eis: assūpt⁹ ē in caelū: & sedet a dextris dei. In ueteri testamēto cognouim⁹ q. Elias

Matth. vii.

Actus

rapt⁹ sit in cœlum. Sed aliud est cœlum aereum. aliud
æthereū. Cœlum quippe aereū terræ est pximū. unde
& aues cœli dicim⁹: quia eas uolitare in aere uidemus.
In cœlum quippe aereum helias subleuatus est: ut in se
crētam quandā terræ regiōē repente duceret: ubi in
magna iam carnis & spūs quiete uiueret: quousq; ad fi
nem mūdi redeat: & mortis debitū soluat. Ille enī mor
tem distulit: non euasit. Redēptor aut noster quia non
distulit: superauit: eamq; resurgēdo consumpsit. & re
surrectiōis suæ gloriā ascēdendo declarauit. Notan
dūq; q helias legit^r in curru ascēdisse: ut uidelicet apte
monstraret quia prius homo adiutorio egebat alieno.
Per angelos quippe illa facta & ostēsa sunt adiumenta
quia nec ad cœlum quidē aereum per se ascendere pote
rat: quē naturæ suæ infirmitas grauabat. Redemptor
aut noster non curru. nō angelis subleuatus legitur: q
is qui fecerat omnia: nimirū sup omnia uirtute sua fere
batur. Illuc etenim reuertebat: ubi erat. & ide redibat:
ubi remanebat. quia quum per humilitatē ascēderet in
cœlum: per diuinitatē suā & terrā pariter continebat &
cœlum. Sicut aut ioseph a fratribus uēditus uenditio
nē redēptoris nostri figurauit: sic. Enoch translatus us
q; ad cœlum aereū. Helias subleuatus ascensionē diuicā
uterq; designauit. Ascensionis ergo suæ dñs prænūcios
& testes habuit. unū ante legem. aliū sub lege: ut qñq;
ueniret ipse: q ueraciter cœlos penetrare potuisset. Vñ
& ipse ordo in eorū quoq; utrorūq; subleuatiōe p quā
dam incremēta distinguit. Nam Enoch translatus. He
lias uero ac cœlum subuect⁹ esse memorat: ut ueniret

postmodū: qui nec translatus nec subuectus cœlum
 æthereum sua uirtute penetraret. Qui nobis in se cre-
 dētibus: quia carnis quoq; mundiciā largiret; & sub eo
 per incrementa tēporū uirtus castitatis excresceret: in
 ip̄a quoq; eorū trālatiōe: q̄ ascēsiōē dñicā ut uidelicet
 famuli designauerūt: & in se ip̄o: qui ad cœlos ascendit;
 dñs ostēdit. Nam Enoch quidē uxore & filios habuit.
 Helias uero nec uxore. nec filios legit̄ habuisse. Pensa
 te ergo quomodo per incremēta creuerit mūdiciā san-
 ctitatis. quod & per translatos famulos & per ascēden-
 tis dñi personā patēter ostēdit. Trāslatus nāq; ē Enoch
 & per coitū genitus & per coitū generans. Raptus est
 Helias per coitū genit⁹: sed nō per coitū generās. Assū-
 ptus uero ē dñs nec per coitū generās: nec per coitū ge-
 nerat⁹. Cōsiderādū uero nobis ē qd est qd Marcus ait. *Albarci. xvi.*
 Sedet a dextris dei. & Stephan⁹ dicit. Video cœlos aper- *Actuum. vii.*
 tos & filiū hoīs stantē a dextris dei. Quid ē q̄ hūc Mar-
 cus sedētē. Stephan⁹ uero stātē se uidisse testatur. Sed
 scitis charissimi frēs q̄a sedere iudicātis ē: stare uero pu-
 gnātis. uel adiuuātis. Quia igit̄ redēptor nr̄ assūpt⁹ est
 in cœlū & nūc oīa iudicat: & ad extremū iudex oīum ue-
 niet: hūc post assumptionē Marcus sedere describit. q̄a
 post ascēsiōis suæ gloriā iudex in fine uidebit̄. Step̄a-
 nus uero in laboris certamine positi⁹ stantē uidit: quē
 adiutorē habuit. q̄a ut iste ī terra p̄secutorū infidelitatē
 uinceret. pro illo de cœlo illius gr̄a pugnauit. Sequit̄. *Terms.*
 Illi aut̄ p̄fecti p̄dicauerūt ubiq; dño cooperante. & ser-
 monē cōfirmate sequētib⁹ signis. Quid in his cōsiderā-
 dū ē. qd memoriæ cōmēdādū: nisi q̄ p̄ceptū obediētia:

obedientiā uero signa secuta sūt: Sed quia auctore deo
breuiter lectionē euangelicā exponēdo trāscurrimus:
restat ut aliquid de ipā tantæ cōsideratiōe solēnitatis di
camus. Hoc autē nobis primū querēdū est quidnā sit
q̄ nato dño apparuerūt angeli: & tñ nō legunt in albis
uestibus apparuisse. ascēdēte autē dño missi angeli in al
bis uestib⁹ legūt apparuisse. Sic etenī scriptū est. Vidē
tib⁹ illis eleuatus est. & nubes suscepit eū ab oculis eo
rū. Quūq; intuerētur in cœlum euntē illum: ecce duo
uiri aliterunt iuxta illos in uestibus albis. In albis autē
uestib⁹ gaudiū & solēnitas mentis attēditur. Quid est
ergo q̄ nato dño nō in albis uestibus. ascēdēte autē dño
in albis uestibus apparent angeli: nisi q̄ magna tunc so
lēnitas angelis facta est: quū cœlū deus homo penetra
uit: Quia nascēte dño diuinitas uidebatur humiliata:
ascendēte autē dño est humanitas exaltata. Albæ etenim
uestes exaltationi magis congruunt q̄ humiliationi. In
assumptiōe ergo eius angeli in albis uestibus uideri de
buerūt: quia qui in natiuitate sua apparuit deus humi
lis: in ascēsiōe sua ostēsus est homo sublimis. Sed hoc
nobis magnope fratres charissimi in hac solēnitate pē
sandū est: quia delectum est hodierna die chyrographū
dānationis nostræ: mutata est sentētia corruptiōis no
stræ. Illa enim natura: cui dictum est terra es & in terrā
ibis: hodie in cœlum iuit. Pro hac ipā enim carnis nræ
subleuatiōe per figurā beatus Iob dñm auē uocat. Quia
enim ascēsiōis eius mysterium iudeam intelligere nō
conspexit: de infidelitate eius sententiā protulit dicens.
Semitam ignorauit auis. Auīs autē recte appellatus est

Actuum. i.

Genesis. iij.

Job. xxiij.

dñs: quia corp⁹ carneum ad ethera librauit.. Cui⁹ auis
 semitam ignorauit quisquis cum ad cœlum ascendisse
 nō credidit. De hac solēnitāte per psalmistā dicit. Ele- ps. viij.
 uata est magnificētia tua sup̄ coelos. De hac rursus ait.
 Ascendit deus in iubilatiōe: & dñs in uoce tubę. De hac ps. xlvj.
 iterum dicit. Ascendēs in altum captiuam duxit capti- ps. lxxvij.
 uitatē. dedit dona hoībus. Ascēdēs quippe in altum ca-
 ptiuam duxit captiuitatē: quia corruptionē nr̄am uir-
 tute suā incorruptiōis absorbuīt. Dedit uero dona ho-
 minibus: quia misso desuper spiritu alii sermonē sapi-
 entię. alii sermonē scientię. alii gratiā uirtutū. alii gra-
 tiam curationū. alii genera linguarū. alii interpretatio-
 nē sermonū tribuit. Dedit ergo dona hominibus. De
 hac ascēfionis eius gloria etiam Abachuc ait. Eleuatus Abachuc. iij.
 est sol. & luna stetit i ordine suo. Quis enim solis noīe:
 nisi dñs. & quæ lunæ nomīne: nisi ecclesia designatur?
 Quousq; enī dñs ascēdit ad cœlos: sancta ei⁹ ecclesia ad-
 uersa mundi oīno formidauit. At postquā eius ascensi-
 one roborata est: aperte prædicauit quod occulte cre-
 didit. Eleuatus ergo est sol & luna stetit in ordine suo:
 quia quum dñs cœlum petiit: sancta eius ecclesia in au-
 ctoritate prædicationis excreuit. Hinc eiusdem eccle-
 sie uoce per Salomonē dicitur. Ecce hic uenit salies in Lant. ij.
 montibus transiliens colles. Considerauit nāq; tantorū
 operū culmina & ait. Ecce iste uenit salies in mōtibus.
 Veniēdo quippe ad redēptionē nr̄am quosdā (ut ita di-
 xerim) saltus fecit. Vultis frēs charissimi ipos ei⁹ salt⁹
 cognoscere? De cœlo uenit in uterū. de utero uenit in
 præsepe. de præsepio uenit in crucē. de cruce uenit in

sepulchrū. de sepulchro rediit in cœlum. Ecce ut nos
post se currere faceret: quos pro nobis saltus manife-
stata per carnē ueritas dedit: quia & exultauit ut gigas
ad currendā uiam: ut nos ei ex corde diceremus: trahe
me post te. curremus in odore unguetorū tuorū. Vnde
fratres charissimi oportet ut illuc sequamur corde: ubi
cum corpore ascendisse credimus. desideria terrena fu-
giamus. nihil nos delectet in īfimis: qui patrē habem⁹
in cœlis. Et hoc nobis magnope est perpēdēdum: quia
is: qui placidus ascendit: terribilis redibit. & quicquid
nobis cum mansuetudine præcipit: hoc a nobis cū di-
strictiōe exiget. Nemo ergo indulta penitētiā tēpora
parui pēdat. nemo curā sui dum ualet agere negligat.
quia redemptor noster tanto tunc in iudiciū distri-
ctior ueniet: quanto nobis ante iudiciū magnam pa-
tientiā prærogauit. Hæc itaq; uobiscum fratres agite.
hæc in mente sedula cogitatione uersate. Quamuis ad
huc rerum perturbationibus animus fluctuet: iam tñ
spei uestre anchoram in æterna patria figite. intentio-
nē mentis in uera luce solidate. Ecce ad cœlum ascen-
disse dominū audiui⁹. Hoc ergo seruemus in medi-
tatione: quod credimus. & si adhuc hic tenemur in īfir-
mitate corporis: sequamur tñ cum passib⁹ amoris. Nō
autē deserit desideriu nrm īpe qui dedit iēsus xp⁹s dñs
noster: qui uiuit & regnat cū deo patre in unitate spiri-
tsu sancti deus per oīa sēcula sēculorū amē.

¶ Dominica post ascēsiōē.

¶ Ex euangelio Ioannis quin-
todecimo capite.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Quū uenerit paraclit⁹: quē ego mittam uobis a patre spiritū ueritatis: quia a patre procedit: ille testimoniū phibebit de me. Et uos testimoniū perhibebitis: quia ab initio mecū estis. Hæc locutus sum uobis: ut nō scādalizemini. Absq; synagogis faciēt uos. Sed uenit hora: ut omnis qui inrerficit uos: arbitretur obsequiū se præstare deo. Et hæc faciēt uobis: quia nō nouerūt patrē neq; me. Sed hæc locut⁹ sū uobis: ut quū uenerit hora eorū: reminiscamini: qā ego dixi uobis.

Homelia uenerabilis bedæ.

Ex multis sancti euangelii locis inuenim⁹ qā discipuli ante aduentū spūs sancti minus capaces erant ad intelligenda archana diuinæ sublimitatis. minus fortes ad tolerāda aduersa humane prauitatis: sed eis adueniēte spiritū cum augmēto diuine agnitionis data est etiā cōstantia uincendæ humanæ persecutiōis. Vnde illis nunc dñica promissione dicit. Quū uenerit paraclit⁹: quē ego mittā uobis a p̄re spiritū ueritatis: quia a patre procedit: ille testimoniū perhibebit de me. & uos testimoniū phibebitis. Notādū aut in primis q; dñs spiritū ueritatis & a se mittendū esse testatur: & eundem mox a patre procedere subiungit. nō quia idem spiritus aliter a patre procedit q̄ quū a filio mittitur. aut alio tempore a patre pcedit q̄ cum a filio mittitur. sed ideo filius eum a se mitti & a p̄re dicit procedere: ut aliā patris. aliā esse suā psonā designet: ac in eadem distinctione personarū unā esse operationē ac uoluntatem suam cum patris uoluntate & opatiōe

Textus.

^{gel. in a. i. u. u. e. s. i. n. g. m.}
denūciat. Quū enī eiūsdē spūs grā datur hoīb⁹: pfecto
spūs mittit a p̄re. mittit & a filio. pcedit a p̄re. pcedit &
a filio: q̄a & ip̄ius missio ip̄a pcessio est: qua ex patre pro
cedit & filio. Venit & sua sp̄ote: q̄a sicut equalis est p̄ri
& filio: ita eandē habet uolūtātē cū p̄re & filio cōmunē
Spūs enī ubi uult spirat. Et sicut enumeratis apostol⁹

^{i. corinth. i. r. e.} donis cælestibus ait. Hæc aut̄ oīa opatur unus atq; idē
spūs diuidēs singulis prout uult. Adueniēs aut̄ spūs te
stimonīū phibuit de dño: q̄a discipuloꝝ corda aspiras
omnia: quæ de illo scienda erant mortalibus clara illis
luce reuelauit: q̄ uidelicet equalis & cōsubstātiālis erat
patrī ante sēcula. q̄ cōsubstātiālis nobis factus est in fi
ne sēculoꝝ: q̄ de uirgine natus sine peccato uixit ī mū
do. quādo uoluit & qua uoluit morte transiuit de mun
do. q̄ ueraciter mortē resurgēdo destruxit uerā: in qua
passus est & resurrexit: carnē ad cœlos ascendēdo leua
uit: atq; in paternæ gloriæ dextera cōstituit. q̄ oīa pro
phetarū scripta illi testimoniū phibēt. q̄ confessio noīs
eius usq; ad fines erat propaganda terrarum: ceteraq;
fidei illius mysteria spiritus sancti testimoniō sunt re
serata discipulis. Nec illis tantūmodo: sed & omnibus
quæ secundū uerbum eorum credunt in dñm. quicqđ
recte sapiunt: eiūsdem spiritus est munere concessum.
Ille ergo inquit testimoniū ^{deat. p. 3.} perhibebit de me. & uos te
stimonīū perhibebitis: quia quæ spiritu intus docente
perceperūt: hæc abiecto timore pristino foris loquēdo
& aliis ministrabāt. Ip̄e nāq; spiritus corda eorū & sci
entia ueritatis ^{in p. 20} illustrauit: & ad docēda quæ nossent cul
mine uirtutis erexit. Vnde recte apud Esaia ^{testificans} spiritus

idē fortitudinis & scientiæ nuncupat. Est etenim spūs
scientiæ: quia per ipm quæ recte agere. uel etiā cogita
re debeam⁹ agnoscimus. Est etenim fortitudinis: quia
etiā per ipm ut quæ bene nouimus uiriliter opere
mur accipimus. ne aduersitate aliqua a bonis: quæ ce
pimus: repellamur. Et uos inquit testimoniū perhibe
bitis: quia ab initio mecum estis. Quū data spūs gratia
etiā hoc fiduciā discipuloꝝ iuuit q̄ ab initio erāt cū
dño. ideoq; quæ apud illum uiderunt & audierūt: abs
q; ulla ambiguitate predicare ualebant. Vnde bene pe
trus aliū pro Iuda ordinare uolens apostolū nō hunc
^{uultis} neophitū: sed probatū ex tēpore curabat eligere. Opor
tet ergo ex his uiris: qui nobiscū cōgregatī sūt in omni
tēpore quo intrauit & exiuit inter nos dñs iesus testē
resurrectiōis ei⁹ nobiscū fieri unū ex istis. Hinc ipse gē
tib⁹ xpm euāgelizās cōfidēter aiebat Hūc de⁹ suscitauit
tertiā die. & dedit eū manifestū fieri nō oī pplō: sed testi
bus p̄ordinatis a deo. nobis: q̄ māducauim⁹ & bibim⁹
cū eo: postq̄ resurrexit a mortuis. Sed quia crescētibus
electorū meritis statim crescere solet antiqui hostis in
uidia: qua uel per seipm latēter. uel per hoīes suæ mali
gnitati subditos patēter inchoata pietatis germina co
net obruere: recte dñs p̄missa discipulis p̄dicādi fidu
cia p̄secutionē quoq; eoꝝ: q̄ eidē p̄dicatiōi resisterēt: pa
riter exorturā ostēdit dicēs. Hæc locut⁹ sum uobis: ut
nō scādalizemini. Absq; synagogis faciēt uos. Curauit
nāq; pius magister futura discipulis prauoꝝ bella p̄di
cere: quo min⁹ hæc eos ueniētia possēt offēdere. Quia
solēt nimirū leuius ferri aduersa: quæ possūt ante pre

Actum.

Actum, f.

Actum, x.

Actum.

nosci. Nam quæ imparato ac nō prauidēti aīo mala in
 gerūtur: grauius hūc sēpe ab integritatis suæ statu deī
 ciunt. Vnde bene Salomō amonet dicens. Fili accedēs
 ad seruitutē deī sta in iusticia & timore. & ppara aīam
 tuā ad tentationē. Non solū uero discipulos saluator a
 cōtribulū societate pellēdos: sed ab eis etiā picula mor
 tis passuros fuisse præmonuit. Nā seqt̃. Sed uenit ho
 ra: ut oīs: qui interficit uos: arbitret̃ obsequiū se p̃stare
 deo. Arbitrabātur aut̃ obsequiū se deo præstare iudæi i
 eo q̃ ministros noui testamēti odiis inseqbant̃ & morti
 b⁹: quia sicut illis testimoniū phibet ap̃lus: Emulatio
 nē deī hñt: sed nō secundū scientiā. Et de se ip̃o loq̃tur.
 Et ego quidē existimauerā me aduersus nomē Iesu na
 zarenī debere multa cōtraria agere: quod & feci hīero
 solymis. Prædictis ergo pressuris aduersantiū repente
 quasi cōsolās discipulos adiūgit. Sed uenit hora ut oīs:
 qui interficit uos: arbitretur obsequiū se præstare deo.
 Ac si apte dicat. Bella quidē tribulatiōnū a cōtribulib⁹
 uris estis passuri: sed eo tolerabili⁹ hæc suscipite: quo
 nō tam odio uestri q̃ diuinæ legis emulatiōe uobis inge
 rūtur. Cuius memor amonitiōis beat⁹ martyr Stepha
 nus flexis genib⁹ pro his: qui se interficiēbāt: pia uoce
 supplicabat dicēs. Dñe nē statuas illis hoc peccatū. Ar
 bitrabant̃ ergo legis emulatores obsequiū se præstare
 deo: dū præconibus gratiæ necēs inferrent. sed frustra
 legē: quæ per famulū data est: defendunt: qui gratiā: q̃
 ip̃se filius offert: accipere renuūt. In cassum se deo patri
 placere existimāt: qui deī filiū contemnere imo etiā
 psequi ac blasphemare laborāt. Vnde recte subiungit̃.

Eccle. ij.

Tertus.

Roma. x.

Actus. xvi.

Actum. vii.

Et hæc faciēt uobis: quia nō nouerūt patrem neq; me. Textus
Quia enī filiū in patre: & pater est in filio: & qui uidet
filiū uidet & patrē: pfecto patet qā qdūq; filiū creduli-
tati obstināta mēte resistūt: neq; p̄m nosse p̄bant. Vñ
etiā idē Ioānes ueritatē diuinæ unitatis insinuās ait. Oīs i. Ioan. 5.
q negat filiū: neq; patrē habet. q cōfitef filiū: & patrem
habet. Et itē. Et oīs: q diligit eū qui genuit: diligit eū:
qui nat⁹ est ab eo. Vex qā discipuli: qui patrē bene no-
uerāt & filiū: multa p̄ eiusdē sciētix defensiōe ac p̄latio-
ne fuerāt passuri: p̄uida dñs amonitiōe subiungit. Sed Textus.
hæc locut⁹ sum uobis: ut quū uenerit hora eorū: remi-
niscamini qā ego dixi uobis. Magnope p̄sandū ē quod
ait. Ego dixi uobis. Ego: qui p̄ uestra uita ac salute mori-
tur⁹ sum. qui uos meo sanguine redēptur⁹. qm tribu-
latiōe uos semp adiutur⁹. q æterna uobis p̄mia post tri-
bulationē datur⁹ sū. Magnū qp̄pe certatib⁹ leuamen.
magnā cōsolationis gratiā p̄stat: qm ille certamina eadē
futura prædixisse reminiscit⁹: q & milites suos ne uinci
possent adiuuare. & ne incassum uincant imortalē post
prælia solet repēdere palmā. Qui enī hic horā p̄secutio-
nis uenturā fuisse p̄monuit: ipse paulo post in eadē p̄se-
cutiōe suū fidelib⁹ auxiliū pollicet dicens. In mūdo p̄f Joan. xvi.
furā habebitis. sed cōfidite. ego uici mūdū. Ipse alibi le-
gitime certantib⁹ coronā uitæ repromittit dicens. Bea- Matth. v.
ti: q p̄secutionē patiūt p̄pter iusticiā: qm ipsorū est re-
gnū celorū. Hæc de euāgelica lectione frēs charissimī
breuiter explanāda trāscurrim⁹. Nūc libet de ipsa: quā
colim⁹: quinquagesimæ solēnitāte subtili⁹ loq. Sicut. n.
iminetib⁹ solēniis paschalib⁹ q̄dragesimā ieiuniorū ob

seruantia celebrauimus: sic eisdem ^{palatibus} peractis quinquagesimā non sine certi causa mysterii festa deuotiōe agimus. Nam quia sancta ecclesia in quibusdā suis membris adhuc pro æterna requie laborat in terris, in quibusdā uero omni finito labore cum christo iam regnat in cœlis: in memoriā utriusq; uitæ cōstituere patres nostri gemina hæc congruæ religionis solēnia quadragestimā uidelicet afflictionem & ieiuniorū. ^{actibus} instante iam dñicæ resurrectiōis tempore gaudiisq; paschalibus: ut per eam nobis sepius ad memoriā ^{reuerentia} reuocarent: quia per labores & cōtinentiā. per uigilias & orōnes. & per cætera: quæ apostolus cōmemorat: arma iusticiæ ad uitæ imortalis præmia debeamus attingere. Porro quinquagesimā ab ipso dñicæ resurrectiōis die inchoare: & gaudiis potius laudibusq; diuinis q̃ ieiuniis uoluerunt esse celebrem: quatenus annuis eius festis dulcius amoremur: desiderium nostrū ad obtinēda festa: quæ non sunt ānua sed cōtinua. nō terrena: sed cælestia: semp accendere fixūq; tenere: quia nō in tpe mortalitatis hui⁹: sed i æternitate futuræ icorruptiōis uera nobis quærēda felicitas: uera est inuenienda solēnitas: ubi cessantibus cunctis languoribus tota in dei uisione ac laude uita gerit: iuxta hoc quod propheta corde pariter & carne in deū uiuum exultans aiebat. Beati: qui ambulāt in domo tua. in sæcula sæculorum laudabūt te. Vnde merito quinquagesimæ diebus in memoriā huius nostræ quietissimæ ac feliciissimæ actiōis crebrius ac festiuius alleluia canere solem⁹. Alleluia nāq; hebræ⁹ sermo est: & interpretatur latine. Laudate dñm. Deniq; in psal-

Roma, xliij.

ps. lxxxiij.

mo: ubi nos canim⁹ Laudate dñm: pro hoc uerbō apud
hebræos semp alleluia canitur. Quod euangelista Ioā-
nes in apocalypsi sua cælestium agmina uirtutū cantā-
tia se audisse phibet. Sed & uenerabilis pater Thobias
ex uisione angelica intelligēs qualis supernorū ciuium
gloria. quāta ipsius Hierusalē cælestis sit claritas: hæc
mystica uoce dicebat. Ex lapide præcioso & mūdo cēs Thobi, xciij.
plateæ eius sternetur: & p uicos ei⁹ alleluia cantabit⁹.
Rectissime autē & pulcherrime generaliter sanctæ ec-
clesiæ mos inoleuit ut hoc diuinæ laudationis carmen
propter reuerentiā primæ auctoritatis a cunctis per or-
bem fidelibus hebreæ uoce cantet⁹. Quod ideo fit: ut p
talis consonantiā deuotiōis oīs amoneatur ecclesia: qā
& nunc in una fidei confessione ac dilectiōe christi cō-
sistere debeat: & ad illam in futuro patriā festinare: in
qua nulla diuersitas montium. nulla est dissonātia līn-
guarum. Nam quomodo in hierosolymis quondā mul-
titudinis credentium erat cor unum & anima una: &
erant illis omnia cōmunia: ita in illa summæ pacis ui-
sione multitudinis uidentium deum erit cor unum &
anima una: uidelicet diligendi ac laudandi eum: cuius
se gratia uiderint esse saluatos. & ibi ueraciter omnib⁹
omnia cōmunia. quia sicut apostolus ait. Erit deus om- i. cor. in. xv.
nia in omnibus. In cuius typum temporis ac laudabū-
dæ nostræ quietis ultimī septem psalmi: qui speciali-
ter in domini laudem canuntur: alleluia titulo præno-
tantur. Septima namq; dies sabbati idest requiei per le-
gē uocari & haberi præcepta est. Et apte liber psalmo-
rum post tanta cælestium præceptorū instituta tota:

chanorū spiritaliū mysteria decantata tantas saluberri-
me cōfessionis ac deprecationis humillimae uoces editas
semper alleluia titulis finitur: quia quicquid in hac ui-
ta boni gerimus: quicquid in obsequiū redēptoris nrī
lingua exultante proferimus: quicquid pro eterne pa-
triae desiderio cogitamus: cuncta haec nimirū ea nobis
mercede recōpensant: ut in requie sempiterna & audire
uocem laudis eius & ipsi cū sanctis ei⁹ eū benedicere.
gloriā regni eius dicere. potentiā uirtutis eius loqui me-
reamur. Idcirco autē plures ecclesiae magistri decantati-
onē alleluia tempore quadragesimae intermittēda esse
sanxerūt: quis in ecclesia nunquā a diuina laude cesset:
sed aliis uerbis: quae id ipm perfecte significāt: ei⁹ quo-
tidie dona cantātur: ut noua repetitio eius maiore gra-
tiorēq; paschalibus gaudiis honorificentia reddat &
splendorē. Sed & hoc in eo mysteriū maxime designa-
re uoluerūt: q; in hui⁹ exiliū peregrinatione sicut ex par-
te nouimus: & ex parte prophetamus: ita etiam ex parte
dñm laudamus dicentes cum propheta. Quomodo cā-
tabimus canticū dñi in terra aliena? Quū uero nostrā
patriā terram uidelicet uiuentiū domūq; regni celestis
nobis olim a dño repromissam intrare meruerim⁹: tūc
illū sicut & perfecte intueri: sic etiā perfecte ualebim⁹
laudare: iuxta illud psalmistae. Et in tēplo eius omnes di-
cent gloriā. Vnde & alibi dicit. Celi enarrāt gloriā dei.
Coelos quippe caelestis patriae ciues appellat. Et quidē
terrigine gloriā dei narrare possūt: nō autē hāc enarrare
nisi ciues cœli sufficiūt: qui quo hanc uicin⁹ uidēt: co-
certius ualent eloqui. Vtrāq; sane hanc solēnitatē scili-

ps. cxxvi.

ps. rrvij.
ps. rviij.

cet & quadragesimæ & quinquagesimæ nō quorūlibet
hoīum: sed ipsius dñi ac saluatoris nrī prima nobis san-
xit auctoritas quadragesimā uidelicet ī eo q̄ quadragin-
ta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit in deserto
uictaq; tentatoris uersutia ministeriis fruebat̄ angeli-
cis. ubi suo nos informauit exemplo. quia per macera-
tionem carnis aduersarij spiritalis machinas euitare; &
ad angelorū debeamus peruenire cōsortiū. Porro quin-
quagesimæ nobis in eo gaudia seruanda monstrauit q̄
post resurrectionē seipm discipulis uiuum in multis ar-
gumētis per dies quadraginta præbuit apparens eis &
loquēs de regno dei & cōuescens: ut in eorum actibus
legimus: quia illos suæ frequētia uisionis lætabūdum
hoc tēpus habere fecit ac festiuū. Sed & ī cœlum ascen-
dens nequaquā eis priscæ suæ præsentiæ dulcedinē ab-
stulit: sed eandē potius promisso spūs sancti charisma-
te cumulauit. Deniq; quū promitteret eos spū sancto
baptizādos post dies nō multos eisq; benedicēs ascēde-
ret ac ferretur in cœlum: quadragesima utiq; die suæ re-
surrectionis mox illi adorātes regressi sunt in hierusa-
lem cum gaudio magno: & erant semp in cœlo laudan-
tes & bñdicētes deum. Hoc quoq; nobis gaudio ac lau-
de & bñdictione cælesti: qua spūs sancti præstolabant̄
aduentū usq; ad diem quinq̄gesimū: quem græci pen-
thecosten appellant: solēnitatis hui⁹ læticiā docuerūt
esse protelandā. Inter hæc uero sollertius intuentū fra-
tres charissimiq; dñs hac quadraginta dierum cōuersa-
tione cum discipulis non solum futuri sæculi gaudia:
quæ cum illo sumus habituri: præsignauit: uerū etiam

ineffabile circa nos suæ pietatis ostendit affectû: qui de
posita iam infirmitate corpis imo finita & per resurre-
ctionis uirtutē in cælestē glîam cōmutata: dignatur tū
adhuc discipuloꝝ interesse cōuiuio: ut eos socios possit
habere in cælo: ut & præcepta: quib⁹ ad regnū dei pue-
niant: uiuati⁹ ipsa familiaritate cōmēdet. Quid enim
frēs mei. quid sibi uult horꝝ cōiunctio uerboꝝ: qua di-
citur. Apparēs eis & loquēs de regno dei & cōuescens
nisi quia patenter ostēdit q̄ ob hoc maxime cōuictui so-
ciabat eorꝝ: quū de regno dei loqueret⁹: ut terrenas iter
eos epulas sumēs: quibus cæleste corpus suū monstra-
bat: arctius eos uinculīs suæ charitatis obligaret: atq; il-
lius t̄p̄is memoria roboraret. de quo eis āte passionem
suam promittēdo prædixerat. Et ego dispono uobis: si-
cut disposuit mihi pater meus regnum: ut edatis & bi-
batis super mensam meam in regno meo. Merito ergo
sacro sanctis diebus his nos quoq; maiorib⁹ epulis atq;
hymnis cælestibus uacamus ob reuerentiā nimirū dñi
cæ resurrectionis. ob memoriā dñici cōuictus cum di-
scipulis simul. & ob spem futuræ nostræ quietis ac ui-
tæ immortalis. Sed & genu in oratione minime iuxta mo-
rem flectimus: quia pro certo genuum inflexio poenitē-
tiæ & luctus indicatiū est. Quod etiam oībus dñicis die-
bus obseruandū propter eiusdem resurrectionis uel do-
minicæ uel nostræ sacramēta patres instituerūt. De sa-
cramēto aut̄ quinquagenariū. uel quadragenariū nume-
ri multipliciter a patribus disputatū est. Sed nos quia i
longū duximus sermonē: breuiter modo fraternitati ue-
stræ dicere sat ē q̄ recte ieiunioꝝ ceremoniæ q̄ dragena

Actum, s.

Luce. xxij.

rio dieꝝ numero obseruatur: ut scilicet per hoc insinuetur qꝫ toto huius uitæ tꝑe quo æternæ uitæ pꝑceptione laborare debem⁹. Quater enim deni quadraginta sunt. & uita pꝑsens cōgrue qꝫternario numero figurat⁹. uel qꝫ quattuor ānis tꝑibus tota uariat⁹. uel qꝫ mūdus ipse in quo uiuimus: quattuor elemētis subsistit. uidelicet igne. aere. aqua & terra. Futuræ autē uitæ beatitudo denario numero nō incōueniēter exprimit⁹. Hinc est enim qꝫ dñs operarios uineæ denario remuneratos esse perhibet. Operarii quippe uineæ cultores sunt sanctæ ecclesiæ. Denarius autē uitæ cælestis perfectionē designat: in qua gloriam domini sūmi uidelicet regis speculātes in eandem imaginem transformamur: non solum in eo qꝫ regis imaginē habet & inscriptionē: uerū etiam in eo qꝫ decem obolis: qui est perfectus numer⁹: cōstat: unde & nomē accepit. Recte ergo quadragenario. hoc est qꝫter denario dieꝝ numero ieiuniū animæ celebram⁹: ut per hoc specialius amoneamur qꝫ qnādiu uiuim⁹ i mūdo: pro cælestium præmiōꝝ adeptione semper laborare debeam⁹. Recte etiam qnquagenario dieꝝ numero statū futuræ nostræ beatitudinis i imagine ueneramur ieiunia uidelicet relaxādo. alleluia canēdo. stātes orādo. quæ sunt aptissime perpetuæ quietis resurrectionis & laudis pꝑetragia. Septies enim septem quadraginta nouem faciunt. Et quidem per septem sepe requiem designari luce clari⁹ est. Septem uero septies ducta eiusdem requiei perfectionem insinuāt: quæ nullo unquā fine claudit⁹. nulla labe maculat⁹: sed ubi dies iudicii uersaliter resurrectionis aduenerit: āpliori corpore rece

Roma. viij.

ptorum gratia perficitur. Quod enim ad septem septima
nas monas additur. id est ipsa dies dnica pēthecostes: q̄
spūm sanctū accepit ecclesia primitiua: & ita quinq̄ge-
narius numerus perfecte completur: ipsum iudicii & re-
surrectionis oīum tempus ostendit: qn̄ sanctarū reges
aīarum īmortaliū receptione geminabitur: & ille apostoli
sermo adimplet. Quod si spūs eius: qui suscitauit iesū
a mortuis: habitat in uobis: uiuificabit & mortalia cor-
pora uestra per inhabitantē spūm eius in uobis. Verū
hoc quoq; q̄ non statim peracta die quinq̄gesima genu
ad orandū curuamus: sed & illa adhuc septimana. Itan-
tes dño supplicamus. Et quis intermissa repetētes ieiū-
nia: tamen alleluia quotidie psonamus. nemo absq; dis-
cretionē: sed apta & cōgrua rōne mysteriū putet actitari
Quia enim spūs sancti septiformis est gratia: iure solē
nitatis aduētus eius per septem dies laude hymnoz de-
bita simul & missarum celebratione colitur. Quia tem-
pore pēthecostes ecclesia toto orbe nouos semper deo
populos per aquā regenerationis aggregare cōsueuit:
merito salutē eoz cōgaudētes quousq; albis induūtur
stolis & nitore purificatę mentis splēdore habit⁹ prae-
mōstrant: hymnū deo deuotę laudis offerimus iuxta p̄-
ceptū ipsius piissimī pastoris ac redēptoris nostri: quo
ait. Congratulamini mihi: quia inueni ouem meā: quę
perierat. Merito etiam tunc stantes oramus ob signifi-
cantia uidelicet liberationis eorundem: quia per donū
spūs sancti: de morte aīę ad uitā resuscitari ac resurge-
re meruerunt: cuius donante gratia etiam carnis īmor-
talitate nos in nouissimo die uestiendos atq; ad gaudia

Luce. xv.

beate resurrectionis perducendos esse speramus: iuxta
hoc: quod paulo ante apostolo testate docuim⁹. Quod
uero inter hæc ieiuniorū castigatio reperit⁹: de iporum
apostolorū exēplo sumptū credere debemus: qui acce-
pto spīritu quo perfectius noua cælestiū bonorū sua-
uitate fruebātur: eo altius mentē a memoria delitiarū
abstulere terrestriū. Iam enim aduenerat tēpus illud:
de quo dñs predixit: quia discipuli ipso secum cōuersan-
te ieiunare nō possent. ablato autē eo ieiunarēt. Nā quū
interrogaret eum discipuli ioānis dicētes. Quare nos *Matth. ix.*
& pharisei ieiunamus frequēter: discipuli autē tui nō ie-
iunant: Ait illis. Nunqd possunt filii sponsi lugere quā
diu cum illis est sponsus: Venient autē dies cū auferet⁹
ab eis sponsus: & tunc ieiunabūt. Qui ergo & ante pas-
sionē & post resurrectionē dñicam propter ipius dñi
præsentiā lugere: quia ieiunare nequiuērāt: cōstat pro-
fecto ac post ablationē eius spōtaneis sese subdidere ie-
iuniis. Nāq; ubi spūs sancti sunt acceptione recreati: si-
cut a cæteris mūdalibus illecebris: sic & ab epularū ap-
petitu mentē prorsus auerterāt. animæ potiusq; corpo-
ris alimonia gaudētes: & præ memoria patriæ cælestis
orōnib⁹ ac lachrymis insistētes salubrib⁹. Deniq; luca
referēte cognouim⁹ de illis tribus milibus uiroz: qui
ipso die pētecostes Petro predicāte crediderūt: q̄ parco-
uictu cōtēti fuerint. q̄ sobriā cælestēq; in terris egerint
uitā. Erāt inquit pseuerātes in doctrīna apostolorū & *Actuum ij.*
cōmunicatiōe fractiōis panis & orōnib⁹. Et paulo post
Quotidie quoq; pseuerātes unanimitē in tēplo: & frā-
gētes circa domos: panes sumebāt cibū cū exultatiōe

& simplicitate cordis: collaudātes deū. & cetera huius
modi. Ad quorū nos exēplū uītā moreſq; ſollerter apta
re neceſſe ē: quia perfectū uītæ magiſteriū eſt eccleſiæ
primitiuæ ſemp actus imitari illamq; edificiū ſpiritalis
normā ad finē uſq; ſeruare: quā ab ipſis apoſtoliſ in fun
damēto liquet eſſe propoſitā. Nec dubitandū quia quo
rum nunc ueſtigia ſequimur: ad eorum in futuro ſum⁹
præmia peruenturi. Et quidē fratres mei pulcherrimā
etiā in pñti future beatitudinis figurā gerimus: de qua
modo aliquāta perſtrinximus. Sed ita nobis uiuendum
eſt: ut quæ exteri⁹ in imāgine⁹ colimus: ante interni iu
dicis oculos ueraci corde ſeruemus. Perſeuerem⁹ ergo
& nos in doctrina ſanctorū: ut uidelicet diſcēdo & ope
ribus exercēdo quæ docent: orōnibus incūbamur aſſi
duis. dominici panis cōmunionē digni ſatagam⁹ exiſte
re. unamiter in eccleſia horis⁹ perſiſtam⁹ canonicis. pa
nem indigenti proximo. uel quicquid ualemus pię con
ſolationis porrigamus. ita cibum corpori indulgeam⁹:
ut memoria uīni panis potius mentis intima letificet. ^{in lege}
ſimplicitatē cordis in oībus teneam⁹: quod eſt ſola in
tentione ſupernæ retributionis bona operari. & quod
præſentia feſta maxime decet hymnū diuinæ laudis cō
ſona uoce ſimul & mente perſonemus. Sic enī ſolūmo
do deo nſo fit laudatio: ſi quod ore canimus: nō impu
gnamus opere: ſed cum labiis alleluia pſerimus: a turpi
& maligna cogitatioē præcordia caſta geſtam⁹. Ea tan
tum ratione ſuaue erit ei laudatio nſa: ſi nō in rebus ca
ducis & infimis: ſed delectemur in dño. Quod ipſe præ
ſtare dignetur: qui tanta nobis tãq; præclara beneficio.

rum pignora per paschalia sacramēta prerogauit iēsus
xp̄s dñs noster: qui uiuit & regnat cum p̄re in unitate
sp̄s sancti deus per omnia sēcula sēculorū amen.

In uigilia pentecostes.

Ex euangelio iōānis quartodecimo capi.



N illo tpe. Dixit iēsus discipulis suis. Si dili-
gitis me: mandata mea seruate. Et ego roga-
bo patrē & alium paraclitū dabit uobis: ut
maneāt uobiscū in eternū: sp̄ritū ueritatis: quē mūd⁹
nō potest accipere: quia nō uidit eum: neq; scit eū. Vos
aut cognoscetis eum: quia apud uos manebit & in uo-
bis erit. Nō relinq̄a uos orphanos. ueniam ad uos. Ad
huc modicū: & mūdus me iam nō uidebit. Vos aut ui-
detis me: q̄a ego uiuo: & uos uiuetis. In illo die uos co-
gnoscetis: q̄a ego sum in patre meo: & uos in me: & ego
in uobis. Qui habet mandata mea & seruat ea: ille est q̄
diligat me. Qui aut diligit me: diliget a p̄re meo. & ego
diligam eum: & manifestabo ei meipsum.

Homelia uenerabilis bedę presbyteri.



Via sancti sp̄s hodie fratres charissimi ce-
lebramus aduentū: debemus ip̄i congruere
solēnitati: quā colimus. Hoc etenim ordi-
ne tm̄ festiuitatis huius digne gaudia celebram⁹: si nos
quoq; domino opitulāte aptos reddiderimus. ad quos
sp̄ritus sanctus aduenire: & in quibus habitare digne-
tur. Ea autem solummodo ratione aduentu & illu-
stratiōe sp̄ritus sancti apti existimus: si & corda nostra
diuino amore repleta & corpora sint dominicis man-
cipata pr̄ceptis. Vnde in exordio lectionis huius

Textus,

euāgelicæ discipulis ueritas ait. Si diligitis me: mādata mea seruate. Et ego rogabo patrem: & aliū paraclitum dabit uobis. Paraclit⁹ quippe cōsolator interpretatur. Et spūs sanctus recte paraclitus uocat⁹: quia corda fidelium: ne inter huius sæculi aduersa deficiāt: cælestis uitę desiderii subleuat ac reficit. Vnde in actibus apostolorū crescēte sancta ecclesia dicit⁹. Et edificabat⁹ ambulās in timore dñi. & cōsolatiōe sancti spūs replebat⁹. Quod ergo ait. Si diligitis me: mandata seruate: & ego rogabo patrem & aliū paraclitū dabit uobis. In ip̄is quidē discipulis: qui uere eū dilexisse. uere mādati ei⁹ obedisse nō dubitatur. Hodierna die cōpletū est quādo illis in cenaculo oratib⁹: repēte spūs sanctus in igneis linguis apparuit: eosq; ī ore per diuersitatē linguarū docuit. & in corde per amoris sui cōsolatiōē roborauit. Habebant autē & prius paraclitū ip̄m uidelicet dñm secū in carne cōmōrantē: cuius & miraculorū duleedine & ope p̄dicationis ne infidelium p̄secutiōe scādalizari possent: erigi & cōfortari solebāt. Verū q̄a ille post resurrectionē ascendens in cōelū eos corporaliter deseruit: q̄bus tñ diuinæ p̄sentia maiestatis nūquā defuit: recte de hoc paraclito idest spū sancto subiūxit. Vt maneat uobiscū in eternū. In eternū quippe manet cū sanctis: quos & in hac uita semp inuissibiliter intus illustrat. & in futuro ad cōtemplandū p̄petuo speciē suæ maiestatis introducit. Sed & nos fr̄es charissimi si xp̄m perfecte diligim⁹: ita ut eiusdem dilectiōis ueritatē mādatōrū obseruariōe pbem⁹. rogabit etiā pro nobis patrē: & aliū paraclitum dabit nobis pater. Rogabit patrem per humilitatē: qui dabit

Actuum. ix.

Textus,

cum patre per diuinitatē. Nec enim putandū est: quia
ante passionē suam tātūmodo pro ecclesia rogauerit: &
nō etiam nunc post ascensionē roget quū dicat de illo
apostolus. Qui est ad dexteram dei. qui etiā interpellat
pro nobis. Habemus autē & nos paraclitū dñm nostrū Roma, viij.
iesum xpm. quē & si corporaliter uidere nequimus: ea
tñ: quæ in corpore gessit & docuit: in euāgeliis scripta
tenemus. Et si in his audiendis. legēdis. inuicem confe
rendis. corde & opere cōseruādīs curam impendimus:
constat nimirum q̄. erūnas sēculi facillime quasi dñm
nobiscū perpetuo cōmorāte ac nos cōsolante uincam?
Si ergo hunc paraclitū diligimus: eiusq; mādata serua
mus: rogabit patrē: & aliū paraclitū dabit nobis. id est
spūs sui grām nr̄is cordibus clementer infundet. quæ
nos inter aduersa præsētis exiliū patriæ cælestis expe
ctatione letificat: ita ut cum ppheta possimus dicere.
Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo: pa ps. xciij.
raclises. id est consolationes tuæ letificauerūt animam
meam. Alium ergo inquit paraclitū dabit uobis ut ma
neat uobiscū in eternū. Et addidit. Spīritum ueritatis: Tertius.
quem mundus non potest accipere. Mundum autem
appellat homīnes mundi huius amorī deditos. sicut
econtra sancti: qui cēlestium desiderio flagrant: recte
cœli uocantur dicente psalmista. Et annūciabunt cœli ps. cxi.
iustitiam eius populo: q̄ nascet. Quod est aperte dice
re. Annūciabunt excelsi mente. uoce. actione doctores
iustitiam eius populo: qui ad fidem ueniendo nuper in
illo nasci desiderat. Quisquis igitur consolationē foris
in mundi rebus inquirīt: hic diuinæ consolationis mu

nere intus reformari nō ualet. Quisq; infimis delectati
onib; inhiat: nō potest spūm ueritatis accipere. Fugit
enī spūs ueritatis cor: quod uanitati subditū cernit: so
losq; eos: quos mādāta ueritatis per dilectionē operari
cōspicit: aduēt; sui luce reficit. Vnde bene quū diceret
Quē mūdus nō potest accipere: mox addidit dicēs. Quia
nō uidet eū: neq; scit eū. uos aut; cognoscetis eum: quia
apud uos manebit: & in uobis erit. Dñm nāq; saluatore
& infideles ante passionē in carne uiderūt. sed qā dei fi
lius esset: qā paraclit; a deo missus in mūdū: nō nisi fide
les scire potuerūt. Spūmaut sanctū nec oculis uidere i
fideles: neq; aīo cognoscere ualebāt: qā nō indut; huma
nitate discipulis apparuit. sed ita ad eos uenire. ita apud
eos maluit manere: ut in ipīs eor; cordib; gratissimā si
bi sedē cōsecraret. Hoc ē enī qd ait. Vos aut; cognosce
tis eū: qā apud uos manebit: & i uobis erit. Qui aut; iui
sibiliter i hac uita manet cū electis: iuisibiliter utiq; eis
grām suā cognitiōis exhibet. Nō uos relinqūa orpha
nos. ueniā ad uos. Videbat infidelib; qā moriēs i cruce
dñs discipulos relinqret orphanos: sed nō reliq; orpha
nos: qb; & se ipm p̄buit uiuū post passionē suā i multis
argumētis p̄ dies q̄draginta. & post dies decē assūptiōis
suā. hoc ē hodierna die spūs sc̄ti illos de cœlo charisma
te donauit. Vbi ipm xpm ad eū uenisse nō ambigit: q in
separabilē sc̄tē trinitatis naturā. uirtutē & opationē eē
cognouit. Qd ipm lati; exequēs quātū causa illo; de
gēte nō sancta sit discreta denūciat. Adhuc modicū: &
mūd; iā me nō uidet. Vos aut; uidetis me: qā ego uiuo:
& uos uiuetis. Nā qā hac ad passionē itur; loqbat; mo

Textus.

Textus.

Textus.

dicū erat usq; ad tēp⁹ expletē passiōis: ex quo illū repro
bū nūquā uidere ualebāt. Soli etenī iustī: qui morte illi⁹
erāt cōtristati: gaudiū resurrectionis eius uidere merue
runt. At qui uisa morte eius exultabāt: nequaquā ipī ui
sa eius resurrectionē letari: sed audita cōturbati ac dolore
prout decebat habebāt. Vos autē uidetis me inquit: qā
ego uiuo & uos uiuetis. Ego uiuo pntis tpis uerbo po
fuit. & uos uiuetis futuri: qā nimirū in pximo esse cer
nebat. ideoq; quasi prēsente nominabat horā: ī qua ipē
morte destructa in eternā resurgeret uitā. illoꝝ uero ui
tam in futuro nouerat esse differēdam: quos & usq; ad
prēfinitū suā mortis tēpus singulos pro ingressu uite
perēnis agnoscere: & usq; ad finē seculi resurrectionē
sui corpis expectare oportebat. Ait ergo. Adhuc modi
cum: & mundus iam me nō uidet. uos autē uidetis me:
quia ego uiuo & uos uiuetis. Ac si aperte dicat. Adhuc
modicū: & mundi amatores me mortalem ultra uidere
desistunt. resurgentē uero a mortuis cernere nequeūt
quia illā nesciūt uitam: cuius soli amatores gloriā meę
resurrectionis merētur intueri. Vos autē ideo me post
hęc uidere ualetis: quia ego uiuo resuscitatus a mor
tuis. & uos digni estis meę resurrectionis exemplo cō
fortari: qui & ipsi ad perpetuam uitam & beatę resur
rectionis estis gaudia uenturi. In illo die uos cognosce
tis quia ego in patre meo & uos in me & ego in uobis.
Nouerant etiam tunc discipuli christum esse in patre
per unitatem indiuiduę diuinitatis. nouerant se esse
in christo per susceptionem fidei et sacramentorum
eius. Nouerant in se esse christum per dilectionem:

& obseruantia mādatoꝝ eius. Dixit enim eis ipse. Si q̄s diligit me: sermonē meū seruabit. & pater meus diligit eum. & ad eum ueniemus. & māsiōē apud eum faciemus. Hæc utiq; & tunc imbuti a x̄pō nouerant apostoli. & nunc apostolicis imbuta litteris nouit oīs ecclesia x̄pī. Sed in illo nimis die: quo ueraciter uiuere incipiunt: longe melius ea iusti cognoscūt. idest in die resurrectionis quādo eo perfectius cuncta: quæ scienda sūt: sciunt: quo ipsū scientiæ fontē uicinius sine fine conspiciunt. Quod etiam de quibūdā p̄fectionib⁹ sanctis & ante temp⁹ resurrectionis fieri dubiū nō est: illis uidelicet: qui fiducia bonoꝝ operū dicere cum apostolo ualent. Cupio dissolui & esse cū x̄pō. mihi uiuere est x̄p̄us & mori lucrum. Hæc quidē oīa dñs quasi apostolis specialiter dicere uidetur. sed ne putarem⁹ eum illis solūmodo & nō etiā nobis: si illoꝝ exempla seq̄remur: beatitudinē diuinæ cognitiōis polliceri: generalē post hæc sniam sub intulit. & oībus se diligētibus eadē suæ uisionis & cognitiōis præmia promittit dicens. Qui habet mandata mea & seruat ea: & ego diligā eum: & manifestabo ei meipsum. Vbi omni intentiōe considerādū: quā x̄pm uere diligere est nō ipsam dilectionē labiis. p̄fiteri sed mādata x̄pī: quæ discēdo habemus: operando seruare. Vnde & Ioannes amonens ait. Filioli mei non diligamus uerbo nec lingua: sed opere & ueritate. Omni gaudio amplectendum est: quia merces ueræ uestræ dilectionis illa erit: qua maior esse nulla poterit: nos scilicet a patre & filio diligī. nobis contemplandam perpetuo filio dei gloriam reuelari. Non autem dubitandū

psal. i.

Textus.

f. Ioan. iij.

ga quibus gloria filii dei reuelabitur: eisdem quoque pa-
tris & spiritus sancti liceat adesse conspectui. quia quorum
una est diuinitas: una utique & inseparabilis uisio est. Hinc
etenim dicit. Qui me uidet: uidet & patrem. Et notandum quod Joan. xiiij.
quum patris temporis uerbo diceret. Qui autem diligit me:
adiecit de futuro diligetur a patre meo. & ego diligam eum
& manifestabo ei meipsum. Diligit etiam nunc dilectores
suos cum patre filius: sed nunc diligit ad hoc ut recte ui-
uant ex fide: quae per dilectionem operatur. tunc ad hoc di-
liget: ut perueniant ad uisionem ueritatis: quam per fidem gu-
stauerant: & pro qua ad mortem usque certauerant. Non autem
frustra cum additameto ait. Et manifestabo ei meipsum
Se enim cunctis hominibus. seipsum uero solis manifestabit
electis. Nam & reprobis in iudicio christum uidebunt. Sed si Joan. xix.
cut scriptum est. uidebunt in quem transfixerunt. Soli autem
regem in decore suo uidebunt oculi iustorum. Beati enim multi Matth. v.
de corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Haec de lectione eu-
angelica fraternitati uestrae charissimi prout dominus dedit ex-
ponendo diximus. Videtur autem opportunum de solennitate ad
huc hodierna breuiter aliqua disserere. In primis autem
sciendumque haec solennitas non euangelicis tantum consecrata
charissimis: uerum etiam legalibus praesignata est my-
steriis. ac domino iubente per omnes annos sacris obseruata ce-
rimonis. Hodierna enim die ut nouimus: positus in cena
culo discipulis factus est repente de caelo sonus. & spi-
ritus sanctus in uisione ignis apparens scientiam illis om-
nium linguarum tradidit. Facta autem hac uoce conuenire
uiri religiosi: qui de diuersis nationibus hierusalem pas-
chalis festiuitatis gratia confluxerant. stupebantque mi-

rantes: quia audiebat unusquisque lingua sua illos lo-
quentes magnalia dei. Exponentibus autem discipu-
lis quia spiritus sancti esset gratia: quam cernebant:
olim quidem uoce prophetarum promissa: tunc autem
christi munere missa: crediderunt ex eis tria milia ui-
rorum: & baptizati acceperunt etiam ipsi donum spi-
ritus sancti. Hæc est diei huius annua celebritas. hæc
est gratiæ cælestis semper grata festiuitas. Ob huius
memoriam fidelium cordibus arctius imprimendam
pulcherrimus sanctæ ecclesiæ mos inoleuit ut annis
singulis in ea baptismatis mysteria celebretur: ablutis-
que fonte salutari credentibus superuenienti spiritu san-
cto templum uenerabile paretur. Ac per hoc non solum
ueteris facti recordatio: uerum etiam in nouos adopti-
onis filios nouus in ea spūs sancti celebratur aduentus
Attendat ergo charitas uestra fratres mei qualiter huic
nostræ festiuitati legalis festi typus figura cōcinat. Li-
berati de egyptia seruitute filii israel per imolationem
agni paschalis exierunt in desertum: ut uenirent ad terrā
repromissionis: perueneruntque ad montem sinai. Et descē-
dens dñs in igne super montem comitatus sonitum
buccinæ tonitruis ac fulgoribus quinquagesimo die p-
acti paschæ legis decalogum eis apta uoce disposuit: atque
in memoriā datæ legis statuit eodē die per singulos an-
nos sacrificium sibi nouum de frugibus eiusdem anni
panes uidelicet primitiæ: duos ad altare deferri. Quæ
aut sit agni paschalis imolatio. quæ egyptiæ seruitutis
absolutio cunctis legētibz liquet quia uidelicet pascha
nostrum imolat⁹ est xp̄us. Et ipse uere est agn⁹: qui ab-

Exodi, xix.

stulit peccata mūdi: qui sui precio sanguinis nos a peccatorum seruitute redemit. suae resurrectionis exemplo nobis spem uitae & perpetuae libertatis oñdit. Quī quagesimo uero die post occisionem agni data est lex descendente domino super montem in igne. Et quinquagesima aequae die post resurrectionem nostri redemptoris: quae est hodie: est data gratia spiritus sancti discipulis in cenaculo cōstitutis. qua apparente foris igne uisibili: inuisibiliter eorum pectora luce scientiae irradiant: ac inextinguibili charitatis ardore succendit. Et haec autē altitudo cenaculi. & ibi cacumen montis sublimitatem praeceptorum & donorum indicat caelestium: & quia nullus adhuc infimis desideriis inharens. uel diuinis obtemperare mandatis. uel supernis possit dignus existere donis. sed hic in maioris signum perfectionis omnes qui accipiebant spiritū: in cenaculo erant positi. Illic ad designanda infirmorum corda auditorum populus quidem omnis infra montem stabat. at pauci seniorum montis partem conscenderant. solus autem Moyses in ipsum uerticem: ubi in igne & caligine diuina maiestas praefulgebat: ascendit. quia nimirum altiora & intima legis archana perfectiores solum capere & seruare nouerunt populus uero carnalis litterae superficie contentus: quasi & infra positus uerbi caelestis astant auditui. ac nunc data latius gratia spiritus sancti ad intelligenda sublimius simul & capienda perfectius sancti euangelii dicta fidelium corda subleuantur. Ibi inter flammās ignium & micantia fulgura. Fragor quoque tonitruorum & clangor

buccinæ personabat. hic cum ignearum uisione linguarum sonitus pariter de coelo tanquā spūs uehementis aduenit. Sed quū in utraq; datioe & legis uidelicet & gratiæ foris audiret sonitus: hic tñ ampliori miraculo cum auditu sonitus affuit uirtus doni cælestis: quæ intus sine sonitu discipulorū corda doceret. Ibi auditis legalib⁹ edictis respondet omnis populus una uoce cōcorditer dicens. Omnia uerba quæ locutus est dñs: audiemus & faciemus. Hic accepta illustratione spīritus nascentis ecclesiæ ceteris oīum nationū linguis dei magnalia loquebātur. certæ utiq; discretionis gratia: quia legis obseruatio unī tñ nationi iudeꝝ data sit: uerbum uero euāgelii cunctis per orbem gentibus predicādū cunctorū linguis populorū christianæ fidei essent preconia dicenda impleta prophetia: quæ dicit. A solis ortu usq; ad occasum laudabile nomen domini. excelsus super omnes gentes dñs. Sed & hoc q; in uenerationē acceptæ legis omnibus annis sacrificium nouū domīo die pentecostes offerri iussum est. & in nostra quoq; festiuitate spīritualiter agi ex acceptæ gratiæ tēpore nūquam defuit. Nouum quippe in eo sacrificium offert ecclesia: quum sabbato incipientis sancti pentecostes nouū adoptionis populum per baptisma domino cōsecrat ritu uere decentissimo sicut & supra docuimus: ut nō solū populis christianis ueteris facti memoria inueneret: sed & in nouā renatorū sobolē noua paracleti a prēmīssio celebret. Nouū in ea sacrificiū dño ipī quoq; apostoli mox accepto dono spūs obtulerunt: quū euangelizantes iīs: qui conuenerant: plurimos con-

uertunt ad fidē. & hos fonte baptismatis renatos uiuas
utiq; noui testamēti primitias ad cōionem dñici altaris
obtulerūt. Bene autē duo panes primitiarū de nouis fru
gibus iubebātur offerri: quia nimis ecclesia de utroq;
populo iudæorū scilicet & gentiliū colligit: quos in no
uam suo redēptori familiā dño consecret. Inter hæc ue
ro sollerter intuendū est q; nō sine magno mysterio qn
quagenarius numerus in datiōe uel legis uel gratiæ ob
seruatus est. Nam qnq̄gesima die paschæ & illa in mō
te populo data & hæc discipulis ī cenaculo missa ē. Sed
hoc nimis numero ppetuitas futuræ quietis ostendit.
in quo recte uel legis decalog⁹ mandatur. uel spūs san
cti gratia datur hoībus: ut apte mōstraret q̄a quicunq;
diuinæ legis iussa iuuāte spūs gratia pficiunt: ad uerā
profecto requiē tendunt. Quia enī quinq̄gesim⁹ ānus
in lege iubile⁹. idest dimittēs siue mutat⁹ appellari ius
sus est: in quo popul⁹ ab omni opatiōe quiesceret. om
niū debita laxaretur. serui liberī redirēt. ānus ipse maio
ribus solēniis ac laudib⁹ diuinis eminētior cæteris exi
steret: merito per hunc numerū illa sūmæ pacis trāgli
tas indicat: qñ sicut apostolus ait. Canēte nouissima tu
ba mortui resurgent. & nos imutabimur in gloriā. Vbi
cessantib⁹ hui⁹ sæculi laboribus & erūnis. dimissis om
niū culpaꝝ debitis in sola diuinæ uisionis cōtemplatio
ne cūctus electorū populus in æternū gaudebit imple
to illo desiderabili dñi ac saluatoris nostri mandato. Va
cate & uidete: qm̄ ego sum deus. Ad quā profecto uaca
tionē & uisionē incōmutabilis ueritatis quia nō nisi p
obseruationē præceptorū cælestium & spūs sancti do

i. corinth. xv.

ps. cly.

num pertingit: recte & legē decalogi & eiusdem spiri-
 tus grām in eo dierum numero: qui requiē designaret:
 dari decebat. Nec hoc prætereūdū q̄ ideo numer⁹ qn-
 quagenarius significatiōi æternæ q̄tis aptat: q̄a septē
 septimanis & monade perficit. Sex quippe dies in lege
 populus opari: septima quiescere. sex annis arare & me-
 tere. septimo iussus est cessare: quia scilicet & sex dieb⁹
 dñs mūdi ornatū pfecerit: septimo ab opere suo cessa-
 uerit. Quibus oib⁹ mysticæ amonemur q̄ ij qui i hoc
 sæculo: quod sex ætatibus constat: bonis opibus p dño
 instant: in sabbatū in futuro. idest in requiē a dño indu-
 cūtur æternā. Quod aut septē dies uel anni septies du-
 cūtur: multiplicē eiusdē requiē abūdantiā designant. in
 qua præmiū illud sublime datur electis. quod ocul⁹ nō
 uidit. nec auris audiuit. nec in cor hoīs ascendit quæ p̄
 parauit deus iis: qui diligūt illū. Cui⁹ præmiū cognitio
 nē quia in cor hoīs. idest humana adhuc sapiētis nō pos-
 se ascendere testat: aperit subsequēter unde hoc diligen-
 tibus deū possit ostēdi. Nobis aut inqt reuelauit de⁹ p
 spūm suū. Per spūm ergo reuelat̄ p̄miū magnitudo pen-
 nis: q̄a dū ipse corda q̄ implet: appetitu inuisibiliū inflā-
 mat: eadem bona inuisibilia q̄ præclara q̄ terrenis oib⁹
 præferēda manifestat. Vnde bene eiusdē spūs grā septi-
 formis a ppheta describit̄. q̄a nimis & per ei⁹ inspira-
 tiōnē ad requiē puenit. & in ei⁹ plena pceptiōe ac uisio-
 ne reges uera possidet. Porro ipse dies uel añ⁹ qnq̄ gesi-
 m⁹: q̄ septē septimanis supest: & maiore p̄ceteris erat
 solēnitāte uenerabilis: tempus futuræ resurrectiōis in-
 dicat: in quo illa requies: qua nunc aīæ fruūtur electo-

Textus.

rum: corporum quoque receptorum gloria cumulat. Vbi sollicitius intuendum est fratres mei charissimi quia spiritus sanctus non solum in futuro perfectam: sed & in presenti maximam iustis quietem tribuit: quum eorum mentes celestis igne charitatis accendit. Dicit namque apostolus. Spes autem non confundit quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et haec est uera: imo haec est sola in hac uita requies animarum diuina dilectione repleti. spe supernae retributionis prospera mundi simul & aduersa contemnere. terrena a se desideria fundit^{imodece} extirpare. concupiscentiis renunciare saecularibus. illatis pro christo contumeliis & persecutionibus gaudere. & cum apostolo dicere posse. Et gloriamur in spe gloriae filiorum dei. non solum autem sed & gloriamur in tribulationibus. Nam qui in rebus mundanarum delectationibus & opulentiis se requiescere confidit: fallitur etenim creberrimis eiusdem mundi perturbationibus. & ipso fine conuincit: quia super arenam fundamentum suae quietis posuerit. At quicumque sancto afflatus spiritu suauissimum illud dominicae dilectionis iugum super se leuauerint: atque exemplo illius mites esse & humiles corde didicerint: non nulla etiam in presenti futurae quietis imagine fruuntur: dum a conturbatione hominum saecularium tota mente secreti uultum sui conditoris semper reminisci gaudent: atque ad perfectam eius contemplationem pertingere sitiunt: dicentes sibi cum Ioanne apostolo. Scimus quia quum apparuerit: similes ei erimus: uidebimus enim eum sicuti est. Ad cuius praemium uisionis si peruenire desideramus: oportet fratres charissimi ut huius euangelicae lectio

Roma. v.

Ibidem.

i. Ioan. iij.

nis perpetuo memores a mundi nos illecebris imunes
exhibeamus: quaten⁹ ad percipiēdā spūs sancti gratiā:
quā mūd⁹ nō pōt accipere: digni existere ualeamus. Di-
ligamus xpm eiusq; mādata: quā habemus incipiendo
seruemus perseuerādo. Fit enī iusta mercede ut illū di-
ligendo diligī amplius mereamur a patre. sed ipse ma-
iorē dilectionis suæ grām præstare dignetur in futurū
Dat. n. nūc diligēdo nos ut credentes sperem⁹ in eum.
tunc aut ut uideamus eum facie ad faciē: manifestetq;
seipsum nobis. hoc est. in claritate: quā habuit pri⁹ quā
mundus esset apud patrē. cum quo uiuit & regnat de⁹
in unitate spūs sancti per oīa sēcula sēculorū. Amen.

¶ In die pentecostes.

¶ Ex euangelio Ioannis quartodecimo cap.

Nillo tpe. Dixit dñs Iesus discipulis suis.
Si quis diligīt me: sermōnē meū seruabit. Et
pater meus diliget eum. & ad eum ueniem⁹
& mansiōnē apud eum faciemus. Qui non diligīt me:
sermōnes meos non seruat. Et sermōnē quē audistis: nō
est me⁹: sed eius: qui misit me: patris. Hæc locutus sū
uobis apud uos manens. Paraclitus autē spūs sanctus:
quem mittet pater in nomine meo: ille uos docebit oīa.
& suggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. Pacē
relinquo uobis. pacem meā do uobis. Non quomodo
mundus dat: ego do uobis. Non turbet cor uestrum.
nec formidet. Audistis quia ego dixi uobis uado & ue-
nio ad uos. Si diligeretis me: gauderetis utiq; quia ua-
do ad patrem. quia pater maior me est. Et nunc dixi uo-
bis priusq; fiat: ut quū factum fuerit credatis. Iam non

multa loquar uobiscū. Venit enī princeps huius mūdi
& in me nō habet quicq̃. Sed ut cognoscat mūd⁹ q̃a di-
ligo p̃rem. Et sicut mādatū dedit mihi p̃r: sic facio.

Homelia beati gregoriū pape.



Libet fratres charissimī euāgelice uerba lecti-
onis sub breuitate trāscurrere: ut post diuti-
us liceat in cōtēplatione tantę solēnitatis im-
morari. Hodie nāq; spūs sanctus repentīno sonitu sup
discipulos uenit: mentesq; carnaliū in sui amorē permu-
tauit. & foris apparētib⁹ linguis igneis intus facta sūt
corda flamātia: quia dum deum in ignis uisione susci-
piūt: per amorē suauiter arserunt. Ipse nāq; spūs sanct⁹
amor est. Vnde & Ioānes dicit. Deus charitas est. Qui *i. Ioan. iij.*
ergo mēte integra deum desiderat: profecto iam habet
quem amat. Neq; enim quisq; possit deū diligere: si eū
quem diligit: nō haberet. Sed ecce unusquisq; uestrum
si requirat an diligit deum: tota fiducia & secura mēte
respondet Diligo. In ipso autē lectionis exordio audistis
quid ueritas dixit. Si quis diligit me: sermonē meū ser- *Tertus.*
uabit. Probatio ergo dilectiōis exhibitio est opis. Hinc
in epistola sua idem Ioānes dicit. Qui dicit quia diligo *i. Ioānis. iij.*
deum: & mandata eius non custodit: mendax est. Vere
enim diligimus: si ad mandata eius a nostris nos uolu-
ptatibus coartamus. Nam qui adhuc per illicita deside-
ria diffluit: profecto deum nō amat: quia ei in sua uolu-
ptate contradicit. Et pater meus diliget eum. & ad eum *Tertus.*
ueniemus. & mātionē apud eum faciemus. Pensate fra-
tres charissimī quanta sit ista solēnitas habere in cordis
hospitio aduentum dei. Certe si domū uestram quisq;

Textus,

diues & potēs intraret: omni festinātia domus tota mū
daret: nequid fortasse esset: quod oculos amici intrātis
offenderet. Tergat ergo sordes prauī opīs: qui deo prę-
parat domū mētis. Sed uidete quid ueritas dicat. Veni-
emus & apud eū māsiōnē faciemus. In quorūdā etenim
corda uenit: & māsiōnē nō facit: quia per cōpunctionē
quidē dei respectū percipiūt: sed tētatiōis tpe hoc ipm
quod cōpuncti fuerāt obliuiscunt: sicq; ad perpetrā-
da peccata redeunt: ac si hoc minime planxissent. Qui
ergo deū uere diligīt: qui eius mandata custodit: in eius
corde dñs & uenit: & māsiōnē facit: quia sic cū diuini-
tatis amor penetrat: ut ab hoc amore tētatiōis tpe non
recedat. Ille ergo uere amat: cuius uidelicet mentē dele-
ctatio praua ex cōsensu nō superat. Nā tanto quisq; a su-
perno amore disrumpit: quāto inferius delectat. Vnde

Textus,

& adhuc subdit. Qui nō diligit me: sermones meos nō
seruat. Ad uos metipos ergo fratres charissimi intror-
sus redite. Si uere deū amatis exquirite. Nec tñ sibi ali-
quis credat quicqd sibi animus sine opīs attestatiōe re-
spondeat. De dilectiōe cōditoris lingua, mens & uita re-
quirat. Nūquā ē dei amor ociosus. Operat enī magna
si est. si uero opari renuit: amor nō est. Et sermonē quē
audistis: nō est meus: sed eius qui misit me pñs. Scitis
fratres charissimi: quia ipē qui loquit: unigenit⁹ filius
uerbū patris est. & ideo seruo: quē loquit filius: nō est
filiū: sed pñs: quia ipē filius uerbū est pñs. Hęc locut⁹
sum uobis apud uos manēs. Quādo nō maneret apud
eos: qui ascēsur⁹ cōlū pmittit dicēs. Ecce ego uobiscū
sum oib⁹ dieb⁹ usq; ad cōsumationē sēculi: Sed uerbū

Textus,

Textus,

incarnatū & manet & recedit. Recedit corpore, manet
diuinitate. Apud eos ergo tūc mansisse se perhibet. *q. 72*
is qui inuisibili semper potestate præsens erat: corpo-
rali iam uisione recedebat. Paraclitus autē spūs sanctus
quē mittet pater in nomie meo; ille uos docebit oīa: &
italia suggeret uobis omnia quaecunq; dixero uobis. Nostis
plurimi fratres mei q; greca locutione paraclitus: lati-
na aduocatus dicitur uel cōsolator. Qui idcirco aduo-
cat⁹ dicitur: quia pro errore delinquētū apud iustitiā
patris interuenit. Qui unius substantiæ cum patre &
filio exorare pro delinquētib⁹ *10172* perhibet. quia eos quos
repleuerit: exorātes facit. Vnde & Paulus dicit. Ipse enī
spīritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹. *Roma. viij*
Sed diceret quis. Minor est qui postulat q̄ qui postula-
tur. Quomodo ergo spīrit⁹ postulare dicitur: qui mi-
nor nō est. Sed ipse spīritus postulat: qui ad postulādū
eos quos repleuerit inflammat. Consolator autē idem
spīritus uocatur: quia de peccati perpetratiōe meren-
tibus dum spem ueniæ præparat: ab afflictione tristitie
mentem leuat. De quo recte promittitur. Ipse uos do-
cebit omnia. quia nisi idem spīritus cordi assit audien-
tis: ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti ho-
mini tribuat quod ex ore docentis intelligit. quia nisi
intus sit qui doceat: doctoris lingua exterius inuacuū
laborat. Ecce unam loquentis uocem omnes pariter au-
ditis. nec tamen pariter sensum audite uocis percipi-
tis. Quum ergo uox dispar non sit: cur in cordibus
dispar est uocis intelligentia: nisi quia per hoc quod
uox loquentis cōmuniter ammonet: est magister inte-

1. Ioānis, v.

1. 133

Genesi. liij.

Textus.

rior: qui de uocis intellīgētia quosdā specialiter docet.
De hac unctione spūs rursus per Ioannē dicitur. Sicut
unctio eius docet uos de oībus. Per uocem ergo nō in-
struitur quādo mens per spīritū nō ungit. Sed cur ista
de doctrina hominū loquimur: quādo & ipse conditor
nō ad eruditiōē hoīs loquit: si eidē homīni per uncti-
onē spūs nō loquit. Certe Cayn priuſq̃ fratricidiū ope
perpetraret audiuit. Peccasti. quiesce. Sed quia culpis
suis exigētibus uoce est amonitus: nō unctione audire
dei uerba potuit: sed seruare cōtēpsit. Requīrendū ue-
ro nobis est cur de eodē spīritu dicat. Sugeret uobis:
quū suggerere esse soleat minoris. Sed quia suggerere
aliquādo dicit sumministrare: inuisibilis spūs suggere
dicit. nō q̃ nobis scientiā ab imo inferat: sed ab occulto
Pacem relinquo uobis. pacē meā do uobis. Hic relin-
quo. illic do. Sequētibus relinquo. perueniētibus do.
Ecce fratres charissimi uerba sacrae lectiōis sub bre-
uitate discussimus: nūc ad contēplatiōē tantæ solēni-
tatis animū transſeramus. Sed quia cum lectiōe euan-
gelica nobis ē etiā actiū apostolorū lectiō recitata: ex
ea ergo aliquid in usum nr̃ae contēplatiōis trahamus.
Audistis etenim quia spūs sanctus super discipulos in
igneis linguis apparuit: oīumq̃ linguarū scientiā de-
dit: quid scilicet hoc miraculo designās: nisi q̃ sancta
ecclesia eodē spū repleta oīum gentiū erat uoce locutu-
ra: Qui uero cōtra deum turrim edificare conati sūt:
cōmuniōē unius linguæ pdiderūt. In iis aut: qui deū
humiliter metuebāt: linguæ oēs unitæ sunt. Hic ergo
humilitas uirtutē meruit. illic superbia confusionem.

Sanctus spiritus
Sed querendū nobis est fratres dilectissimi cur spiritus
sanctus patri & filio coeternus in igne apparuit. cur in
igne simul & linguis. cur aliquādo in colūba. aliquādo
uero ī igne mōstrat: cur super unigenitū filiū apparu-
it in specie colūbæ. & sup̄ discipulos in igne: ita ut nec
super dñm ueniret in igne. neq; super discipulos mon-
straret in colūba. Per quattuor itaq; hæc quæ pposui-
mus soluēdo reddāmus. Patri nāq; & filio coetern⁹ spi-
ritus in igne mōstratur: quia in corporeus atq; inuisibi-
lis ignis est deus: attestāte Paulo. Deus noster ignis cō-
sumens est. Deus quippe ignis dicit: quia per hūc pec-
catorū rubigo cōsumit. De hoc igne ueritas dicit. Ignē
ueni mittere in terrā. ecquid uolo: nisi ut accendatur?
Terra enī uocata sunt corda terrena: quæ dū sæpe in-
fimas in se cogitatōes cōgerunt: a malignis spiritibus
cōcultantur. Sed ignē dñs in terram mittit: quū afflatu
spūs sancti corda fideiū inflāmat. Terra quippe accen-
ditur: quū cor carnale in suis prius uoluptatibus frigi-
dum relinquit cōcupiscētias pñtis sæculi: & incendit
ad amorem dei. Bene ergo in igne apparuit spūs: q̄a ab
omni corde: quod replet: torporem frigoris excutit. &
hoc in desiderio suæ æternitatis accēdit. In igneis autē
linguis mōstratus est: quia idem spūs coeternus est fi-
lio: & habet cognationē maximā lingua cū uerbo. Ver-
bū quippe patris est filius. Et quia una est patris & uer-
bi substantia: idem spūs debuit monstrari in lingua. Vel
certe quia per linguā procedit uerbum: ī linguis igneis
apparuit spūs: quia quisquis spū sancto tangit: dei uer-
bū, id est unigenitū dei filium confitetur. & negare dei

Hebreor. xij

Luce. xij.

uerbū non ualet: quia iā sancti spūs linguam habet. Vel certe in linguis igneis apparuit spūs: quia oēs quos repleuerit: ardētes piter & loquētes facit. Linguas igneas doctores habēt: quia dū deū amādo prēdicāt: corda audientiū inflāmant. Nam & ociosus est sermo doctoris: si præbere nō ualet incendiū amoris. Hoc doctrinę incendiū ab ipso ueritatis ore cōceperāt: qui dicebāt. Nōne cor nrm ardens erat in nobis dum loqueret in uia: & apperiret nobis scripturas? Ex audito quippe sermo ne inardescit animus corpis. frigus recedit. fit mens in superno desiderio anxia. a cōcupiscētis terrenis aliena. Amor uerus dū hanc repleuerit: fletibus cruciat. Sed quū tali ardore cruciatur: ipis suis cruciatibus pascit. audire ei libet præcepta cēlestia. & quot mādatis instruitur: quasi tot facibus inflāmat. & quæ torpebat prius per desideria: ardet postmodū per uerba. Vnde bene p

Moy sen dicitur. In dextera eius ignea lex. Sinistra quippe reprobis: qui ad sinistrā ponendū sunt. dextera autē dei appellātur electi. In dextera ergo dei ignea lex ē: quia electi mandata cēlestia nequaquā frigido corde audiunt: sed ad hæc amoris intimi facibus inardescūt. Sermo ad aurem ducitur. & mens illorum sibimet irata ex internæ dulcedinis flāma concremat. In columba uero spiritus sanctus & in igne monstratus est: quia omnes quos repleuerit: simplices & ardentes facit. simplices puritate ardentes emulatione. Neq; enim placet deo aut simplicitas sine zelo. aut zelus sine simplicitate. Hinc ueritas dicit. Estote prudētes sicut serpētes: & simplices sicut columbæ. Qua in re notandū est q; discipulos suos nec

Luce. xliij.

Deut. xxxij.

Mathei. x.

de columba sine serpente. nec de serpente sine columba
uoluit dominus amonere; quatenus & columbae simp-
licitate astutia serpentis accenderet. & serpentis astu-
tiam columbae simplicitas temperaret. Hinc Paulus ait. *i. corinth. xiii.*
Holite pueri effici sensibus. Et prudentiam serpentis
audiuimus. nunc de simplicitate colubae monemur.
Sed malicia paruuli estote. Hinc de beato Iob dicitur. *Job. i.*
Erat uir simplex & rectus. Quae est autem rectitudo si-
ne simplicitate; aut quae simplicitas sine rectitudine?
Quia ergo & rectitudinem docet iste spiritus & simpli-
citatem. & in igne monstrari debuit & in columba; qua-
tenus omne cor: quod eius gratia tangitur; & mansue-
tudinis lenitate tranquillum; & zelo iustitiae accensum
fiat. Ad extremum uero quaerendum est cur in ipso redem-
ptore nostro mediatore dei & hominum per colubam *Quaestio.*
apparuit. in discipulis uero per ignem. Certe unigeni-
tus dei filius iudex est generis humani. Sed quis eius iu-
stitiam ferret: si priusquam nos per mansuetudinem collige-
ret: culpas nostras per zelum rectitudinis examinare uo-
luisset? Homo ergo pro hominibus factus: mitem se hominibus
praebuit. noluit peccatores ferire; sed colligere. Prius uolu-
it mansuete colligere: ut haberet quos postmodum in iudi-
cio saluaret. In coluba ergo apparere super eum debuit
spiritus: qui non ueniebat ut peccata iam per zelum percu-
teret; sed adhuc per mansuetudinem toleraret. At contra
super discipulos in igne debuit spiritus sanctus demon-
strari: ut illi qui erant simpliciter homines; atque ideo peccatores
eos contra semetipsos spiritalis feruor accenderet. & pec-
cata: quae deus per mansuetudinem parceret: ipsi in

^{2. ad hanc p. 100}
se per pñiam punirēt. Neq; ipsi quippe esse poterāt si-
ne peccato: quia adhærebāt cælesti magisterio Ioāne at-
testante: qui ait. Si dixerim⁹ quia peccatū non habem⁹
^{quod sit peccatū} nosmetipsos seducimus: & ueritas in nobis non est. In
igne uenit ergo in hoibus. in colūba uero apparuit in
dño. quia peccata nostra: quæ pie dñs per māsuetudi-
nem tolerat: nos per ^{2. ad hanc p. 100} zelum rectitudinis debem⁹ caute
conspicere & ardore semp pœnitētiae cremare. Igif per
columbā spūs in redemptore mōstratus est. per ignem
uero in hoibus. quia quanto nobis nostri iudicis facta
est seueritas tempata: tanto erga se debet fieri nostra in-
firmitas accensa. Quattuor itaq; ppositionum expleta
rōne ad eiūsdē spūs dona cōtemplāda transeamus. De
isto quippe spiritu scriptum est. Spūs eius ornauit cœ-
los. Ornāmēta enī cœlor: sunt uirtutes prædicantiū. q̄
uidelicet ornāmēta Paul⁹ enumerat dicens. Alii datur
per spūm sermo sapientiæ. alii sermo scientiæ secundū
eundē spūm. alteri fides in eodē spū. alii gratia sanitatū
in uno spū alii opatio uirtutum. alii prophetia. alii dis-
cretio spiritūū. alii genera linguarū. alii interpretatio ser-
monū. Hæc aut oīa opatur unus atq; idem spūs diui-
dens singulis prout uult. Quot ergo sunt bona prædi-
cantiū: tot sunt ornāmēta cœlor. Hinc rursus scriptū
est. Verbo dñi cœli firmati sunt. Verbum enī dñi fili⁹
est patris. Sed eosdem cœlos uidelicet sanctos aposto-
los: ut tota simul trinitas ostendatur operata: cuius uir-
tus firmauerit: repente de spūs sancti diuinitate adiūgi-
tur. Et spūs oris eius omnis uirtus eorum. Cœlor: igitur
uirtus de spiritu sumpta est: quia mundi huius po-

s. Ioan. s.

Job, xvi.

s. corinthi, xij.

ps. xxxij.

Ibidem.

testatibus cōtraire nō p̄sumerēt: nisi eos spūs sancti for-
tudo solidasset. Quales nāq; doctores sancte ecclesiæ
ante aduentū hui⁹ spūs fuerint: scim⁹. & post aduentū
illius cui⁹ fortitudinis sint facti aspiciamus. Certe iste
ipse pastor ecclesiæ: ad cuius sacratissimū corpus sede-
mus: quātæ debilitatis. quātæ formidinis ante aduētū
spūs fuerit ancilla ostiaria requisita dicat. Vna enī mu-
lieris uoce percussus: dum mori timuit uitam negauit
Et pensandū quia eū cōprehensū. Petrus negauit in ter-
ra: quē suspēsū latro cōfessus est ī cruce. Sed uir iste
tantæ formidinis qualis post aduētū spūs existat audia-
mus. fit cōuentus magistrat⁹ atq; senioꝝ. celsis denun-
ciat⁹ aplis: ne in noīe Iesu loqui debeāt. Petr⁹ magna au-
ctoritate respōdit. Obedire oportet deo magis q̄ hoib⁹
Et rursum. Si iustū est in cōspectu dei: uos potius audite
q̄ deū iudicate. Nō enī possumus quæ uidim⁹ & audi-
uim⁹ nō loqui. Et illi quidē ibāt gaudētes a cōspectu cō-
ciliū: qm̄ digni habit⁹ sunt pro noīe Iesu cōtumeliā pati.
Ecce gaudet Petrus in uerberib⁹: qui ante in uerbis ti-
mebat. & qui prius ancillæ uoce requisitus timuit: post
aduētū spūs sancti uires principū celsus premit. Libet
oculos fidei in uirtute opificis hui⁹ attollere. atq; spar-
sim patres testamenti noui ac ueteris cōsiderare. Ecce
aptis ei⁹dem fidei oculis. Dauid. Amos. Danielem. Pe-
trū Paulū. Matthæū intueor. & sanct⁹ iste spūs qualis
sit artifex cōsiderare uolo: sed in ipsa mea cōsideratiōe
deficiō. Implet enim citharedū puerū & psalmistā facit
Implet pastorem armētariū sic moros uellicantē & p̄-
phetā facit. Implet abstinentē puerum & iudicem senū

Act. iiii. v.

Ibidem.

sancti spiritus 2. 70

hinc 707. 1. 8

facit. Implet piscatorem & prædicatorem facit. Implet
persecutorem & doctorem gentium facit. Implet pu-
blicanum & euāgelistam facit. O qualis artifex est iste spi-
ritus. Nulla ad discendum mora agitur in omne quod
uoluerit. Mox enim ut tetigerit mentem; docet. solum
q̄ tetigisse docuisse est. Nam humanum animum subi-
to ut illustrat ^{mutat} immutat. abnegat hinc repēte quod erat.
exhibet quod non erat. Pensamus sanctos prædica-
tores nostros quales hodierna die reperit quales fecit.
Certe qui in una conclaui pro iudeorum metu reside-
bant: natiuitatis suæ singuli linguam nouerant. & ta-
men nec ea ipsa lingua: quā nouerant: apte xpm loq̄ p̄su-
mebāt. Venit spūs: & in ore eos per diuersitatē lingua-
rum docuit. in mente aut ex auctoritate roborauit. Ce-
perunt & in aliena xpm eloqui: qui de illo pri⁹ & in sua
lingua loqui metuebant. Inflāmatū enim cor despexit
tormēta corporis: quæ ante metuebat. Vicit uim car-
nalis formidinis præ amore cōditoris. & qui prius suis
aduersariis succūbebāt formidine: eis iā præerāt aucto-
ritate. Qui quū in tantæ eos celsitudinis culmē erexit:
quid aliud dixerim: nisi q̄ mentes terrenorū hoīum cœ-
los fecit? Pensate frēs charissimi post incarnationē uni-
geniti filii qualis sit hodierna sollēnitas de aduētū spūs
sancti. Sicut enim illa: ita quoq̄ & hæc est honorabilis
In illa quippe deus in se p̄manens semetipm creauit ho-
minē. in ista uero homines uenientē desup susceperunt
deum. In illa de⁹ naturaliter factus est homo. in ista ho-
mines facti sūt per adoptionē dii. Si ergo remanere scar-
nales in morte nolumus: hunc fratres charissimi uiuifi-

canthem spiritum amemus. Sed quia caro spiritum ne-
scit: dicat fortasse carnali cogitatione apud se aliquis.
Quomodo diligere ualeo: quē ignoro. Hæc & nos cō-
cedimus. quia mens uisibilibus intenta uidere nescit in
uisibilem. Nulla enim nisi uisibilia cogitat. eaq; & quū
non agit: eorū imagines introrsus trahit. dumq; in ima-
ginibus corporeis iacet: surgere ad incorporea non ua-
let. Vnde fit ut tanto deterius creatorem nesciat: quan-
to in cogitatione sua familiarius creaturā corpoream
portat. Sed quum deum uidere nō possumus: habem⁹
aliquid: quod agamus: unde iter fiat: quo ad Deum no-
stra intelligentiæ oculus ueniat. Certe quem in se nul-
lo modo uidere ualemus. hunc in seruis suis iam uide-
re possumus. quos dum mirabiliter conspiciamus age-
re: certum nobis fit in eorum mentibus deum habitare.
In re autē incorporea a reb⁹ corporalib⁹ usum traham⁹.
Nemo etenim nostrū oriente clare sole in sphaerā illi⁹ in-
tendendo ualeat cōspicere: quia tensi in eius radiis oculi
reuerberāt⁹. Sed sole illustratos mōtes aspiciam⁹. & quā
iā sol ort⁹ ē uidem⁹. Quia ergo solem iusticiæ in seipso
uidere non possumus: illustratos montes claritate illi⁹
uideamus. sanctos uidelicet apostolos: qui uirtutibus
emicant. miraculis coruscant. quos nati solis claritas
perfudit. & quum in seipso inuisibilis sit: per eos qua-
si nobis per illustratos mōtes se uisibile p̄buit. Virtus
enī diuinitatis in se q̄si sol in cœlo est. Virt⁹ diuinitatis
in hoībus sol in terra. Solē ergo iusticiæ intueamur in
terra: quē uidere nō possum⁹ in cœlo: ut dum inoffenso
pede opis per hunc in terra gradimur: adintuendū illū

ad illam pte
quādoq; oculos & in cœlum leuem⁹. Sed in offenso pe-
de iter nrm̄ in terra agitur: si deus ac proximus intima-
mente diligať. Nec enim deus uere sine proximo. nec
proximus uere diligit sine deo. Hinc est q̄ sicut in alio
sermone iam diximus: idem discipulus secūdo legitur
discipulis datus. prius a dño in terra degente. postea a
dño cœlo præsidente. In terra quippe datur ut diligať
proximus. e cœlo uero ut diligatur deus. Sed cur prius
in terra. postmodū e cœlo: nisi q̄ patenter datur intelli-
gi quia iuxta loānis uocem. Qui nō diligit fratrem suum
quem uidet: deum quem nō uidet: quomodo potest di-
ligere? Diligamus ergo proximū fratres. amemus eū:
qui iuxta nos est: ut peruenire ualeamus ad amorē illi⁹:
qui super nos est. Meditetur mēs in proximo quod ex
hibeat deo: ut perfecte mereatur in deo gaudere cū pro-
ximo. Tunc ad illam supernæ frequētiæ leticiā perue-
nimus: de qua nunc sancti spūs pignus accipimus. Ad
istum finem toto amore tendamus: in quo sine fine leta-
bimur. Ibi supernorū ciuium societas sancta. ibi solēni-
tas certa. ibi requies segura. ibi pax uera: quæ nobis iā
nō relinquit: sed dat: per dñm nrm̄ iesum xpm: qui ui-
uit & regnat i unitate spūs sc̄ti de⁹ p oīa secula sc̄lorū.

Dñica i octaua pētecostes: q̄ & dñica de trinitate dī.
Ex euangelio Ioānis tertio capite.

Nillo tpe. Erat hō ex phariseis Nicodemus
noīe princeps iudeorū. Hic uenit ad Iesum
nocte: & dixit ei. Rabi scim⁹ quia a deo ue-
nisti magister. Nemo enim pōt hęc signa facere: q̄ tu
facis: nisi fuerit de⁹ cum eo. Respōdit Iesus & dixit ei.

^{reue} Amen amē dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo: nō
 potest uidere regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus.
 Quomodo potest homo nasci: quū sit senex? Nunquid
 potest in uentrē matris suæ iterato introire & renasci ^{sermo}
 Respondit Iesus. Amen amē dico tibi nisi quis renat⁹ fue-
 rit ex aqua & spiritu sancto: nō potest introire in regnū
 dei. Quod natū est ex carne: caro est. & quod natū est
 ex spiritu: spiritus est. Non mireris quia dixi tibi. Opor-
 tet uos nasci denuo. spūs ubi uult spirat. & uocē ei⁹ au-
 dis: sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Sic est omnis
 qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodem⁹ & dixit ei.
 Quomodo possūt hęc fieri? Rndit Iesus & dixit ei. Tu
 es magister in Israel: & hęc ignoras? Amē amen dico ti-
 bi quia quod scim⁹ loquimur. & qđ uidimus testamur: &
 testimoniū nostrum nō accipitis. Si terrena dixi uobis
 & nō creditis: quomodo si dixero uobis cælestia crede-
 tis? Et nemo ascendit in cœlū: nisi qui descendit de cœlo
 fili⁹ hoīs: qui est in cœlo. Et sicut Moyses exaltauit ser-
 pentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hoīs: ut oīs: q
 credit in ipsum: non pereat: sed habeat uitā aternā. Sic
 enī de⁹ dilexit mūdū: ut filiū suū unigenitū daret:
 ut omnis: qui credit in eū: non pereat: sed habeat uitam
 aternam.

¶ Homelia uenerabilis Bedæ.



Sicut ex lectione sancti euangelii frēs charis-
 simi audistis: princeps iudeorū uenit ad do-
 minū Iesum nocte cupiens secreta eius allo-
 cutiōe plen⁹ instrui. discere mysteria fidei
 cuius apta ostēsiōne signorū aliquaten⁹ iam rudimenta
 pceperat. Qui qm̄ prudēter ea: quæ ab illo fieri uidebat

Textus.

intelligere curauit: sublimiter ea: quæ ab illo quærebat:
^{ext. 10.} inuestigare promeruit. Rabbi inquit scim⁹ quia a deo
uenisti magister. Nemo enī pōt hæc signa facere: quæ
tu facis: nisi fuerit deus cum eo. A deo igitur Iesum ue
nisse ad magisteriū cæleste mundo adhibedū cōfessus
est. Deum cum illo fuisse miraculis prodētibus intelle
xit: nec dum tamen ipsum deum esse cognouit. Sed quæ
magistrum nouerat ueritatis: eum perfecte docen
dus adiit: merito ad agnitionem ueritatis eius perfe
cte docendus subiit: merito utriusq; natiuitatis eius di
uinitatis scilicet & humanitatis: sed & passiōis atq; ascē
sionis ipsius archana percepit: necnon etiā modū secū
dæ regeneratiōis. ingressum regnī cælestis: aliāq; p̄plu
ra doctrinæ euāgelicæ sacramēta dño reuelāte didicit.

Textus

Respōdit ei Iesus & dixit. Amē amen dico tibi nisi quis
renatus fuerit denuo: nō potest uidere regnū dei. Quæ
sn̄a tanto aptius lucet cunctis fidelibus: quanto cōstat
quia sine huius luce fideles esse nequeūt. Quis etenim
sine lauacro regeneratiōis remissionē peccatorū cōseq;
& regnum ualeat intrare cœlorum? Sed Nicodem⁹: q
uenit nocte ad dñm: necdum lucis mysteria capere no
uerat. Nam & nox: in qua uenit: ipsam eius: qua preme
batur: ignorantia designat. Necdum enim eorū nume
ro sociatus erat: quibus ait apostolus. Fuistis aliquādo
tenebræ. nūc aut lux in dño. Sed inter eos potius. rema
nebat: quib⁹ loquebatur. Esayas. Surge illuminare hic
rusalem: quia uenit lumen tuum. & gloria domini sup
te orta est. Respondit ergo & ait. Quomodo potest ho
mo nasci: quū sit senex? Nunquid potest in uentrē ma

Ephe. vi.

Esaye. lx.

Textus

tris suæ iterato introire: & renasci: Quia enim secūde
 natiuitatis adhuc nescius p̄seuerabat: de salute autē sua
 iam sollicitus extiterat: necessario de una: quā nouerat:
 natiuitate: an posset iterari, uel quo ordine regeneratio
 possit impleri quærebat: ne huius expers remanēdo ui
 tæ cælestis particeps esse nequiret. Notandū aut quia
 quod de carnali dixit: hoc etiā de spūali est regeneratio.
 ne sciendū: nequaquā uidelicet eam: postea q̄ semel exple
 ta fuerit: posse repeti. Siue enim heretic⁹. siue scismaticus.
 siue facinorosus quisq; in cōfessione sanctæ trinita
 tis baptizet: non ualet ille: qui ita baptizat⁹ est: a bonis
 catholicis rebaptizari: ne confessio uel inuocatio tanti
 nominis uideat̄ annullari. Et quia Nicodem⁹ ad primā
 dñi responsionē sollicitus quomodo sit intelligendum
 diligenter inquit: meretur iam plen⁹ instrui. Et quia
 secunda natiuitas non carnalis est: sed spiritalis: mere
 tur audire. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fue
 rit ex aqua & spiritu sancto: nō potest introire in regnū
 dei. Cuius natiuitatis modum subsequēter exponens:
 prorsusq; a carnali distinguens ait. Quod natum est ex
 carne: caro est. & quod natum est ex spiritu: spiritus est.
 Natura spirit⁹ inuisibilis. carnis est uisibilis. Atq; ideo
 carnalis generatio carnaliter administrat̄ uisibilib⁹ in
 cremētis. Qui in carne nascitur: per aetātū momēta p
 ficat. Spiritalis aut generatio tota inuisibiliter agitur.
 Nam uidetur quidem qui baptizatur: in fontem descē
 dere. uidetur aquis intinctus ascendere. Quid aut laua
 crum in illū regenerationis egerit: minime potest uide
 ri. Sola aut fidelium pietas nouit: q̄a peccator in fontē

Textus

Textus

descendit: sed purificatus ascendit. Filius autē mortis
descēdit: sed filius resurrectiōis ascendit. Filius praua-
ricatiōis descēdit: sed filius dei ascēdit. Filius irā descē-
dit: sed filius misericordiā ascēdit. Sola ecclesia mater
quæ generat: nouit. Cæterum oculis insipientiū uidet^{par}
talis exire de fonte: qualis intrauit. totūq; ioc⁹ eē: quod
agitur. Vnde in fine uidentes gloriā sanctorū dicent ge-
mentes in tormētis. Hi sunt: quos aliquñ ^{habuim⁹} in de-
risum: & i similitudinē improperii. quomodo ergo cō-
putati sunt inter filios dei. Et ap^lus Ioānes charissimī
inquit nūc dei filiū sum⁹: & nōdū apparuit ^{i. quā} qui erimus.
Quod ergo natuⁿ est ex spiritu: spūs est: quia ex aqua
& spiritu regeneratus inuisibiliter in nouū mutat ho-
minē. & de carnali efficitur spūalis. Qui ideo recte non
solū spūalis: sed etiam spūalis spūs uocat^r: qā sicut sub-
stantia spūs inuisibilis est nostris aspectib⁹: ita is: qui
per grām dei renouatur: inuisibiliter fit spūalis & dei fi-
lius: quū uisibiliter oībus caro & filius hoīs appareat.
Sequitur. Non mireris quia dixi tibi oportet uos nasci
denuo. Spūs ubi uult spirat: & uocem eius audis. & nō
scis unde ueniat. aut quo uadat. Sic est oīs: qui nat⁹ est
ex spiritu. Spūs ubi uult spirat: quia ipse habet prātem
cuiuscūq; quem gratia suā uisitatiōis illustret. Et uo-
cem eius audis dum te præsente loquit^r is: qui spū san-
cto repletus est. Sed nō scis unde ueniat: aut quo uadat
quia etiā si te præsente quēpiā ad horā repleuerit: non
potes uidere quomodo intrauerit. uel quomodo redie-
rit: quia natura est inuisibilis. Sic est oīs: qui natus ē ex
spiritu. Et ipse enim inuisibiliter agente spū incipit esse

Sap. v.

1. Joan. iij.

Tertus.

quod nō erat: ita ut infideles nesciāt unde ueniat & quo
uadat. quia ^{domini}gratia regenerationis uenit in adoptionē fili-
orū dei: & uadit in perceptionē regnī cælestis. Querē-
te adhuc Nicodemo quomodo possint hæc fieri respō-
dit Iesus & dixit ei. Tu es magister in israhel: & hæc igno-
ras? Nō quasi insultare uolēs ei: qui magister uocetur:

Textus.

quū sit ignarus cælestiū sacramētōrū: sed ad humilita-
tē illū prouocās: sine qua ianua cælestis nō potest inue-
niri. Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur
& quod uidim⁹ testamur. & testimoniū nīm nō accipi-

Textus.

tis. Si terrena dixi uobis: & nō creditis: quomodo si di-
xero uobis cælestia: credetis? Terrena dixit illis: ut i su-
periori ^{capit}lectione inuenimus: quū de passione & resurre-
ctione sui corpis: quod de terra assumpserat: loqueret di-
cens. Soluite templū hoc: & in tribus diebus fuscitabo

Joānis, ij.

illud. Nō tñ credebāt uerbo qđ dixit. Sed ne hoc quidē
intelligere ualebāt: qā nō de alio q̄ de tēplo corpis sui di-
ceret. Qui ergo terrena audiētes nō capiebāt: quāto ma-
gis ad cælestia. idest ad diuinæ generationis capiēda my-
steria nō sufficiūt? Addit autē adhuc dñs de cælest b⁹ sa-
cramētis & de terrenis instruere eū: quē uidit sapiēter
& diligēter ijs: quæ audit: intēdere. Cælestis nāq; ascen-
sio ei⁹ ad uitā sempiternā. terrena uero exaltatio ei⁹ ad
mortē tēporalē. Dicit ergo de cælestib⁹. Et nemo ascē-

Textus.

dit in cœlū: nisi qui descēdit de cœlo fili⁹ hoīs: qui ē in
cœlo. Merito autē quærit quomodo fili⁹ hoīs uel descē-
disset de cœlo. uel eo tpe: quo hæc in terra loq̄bat: iam
fuisset in cœlo. Nota est nāq; confessio fidei catholicæ
qā descēdēs de cœlo fili⁹ dei filiū hoīs in utero uirginis

suscepit: eumq; cōpleta dispēfatione passiōis suæ resu-
 scitauit a mortuis: & assumpsit in cœlū. Nō ergo caro
 xpī descēdit de cœlo. neq; ante tēpus ascēfionis erat in
 cœlo. Et qua rōne dicit. Nisi qui descēdit de cœlo filius
 hoīs: qui est in cœlo: nisi quia una xpī psona est in dua-
 bus existens naturis? Atq; ideo filius hoīs recte dicit &
 descēdisse de cœlo: & ante passionē fuisse in cœlo: quia
 qd in sua natura hēre non potuit: hoc in filio dei: a quo
 assumpt⁹ est: habuit. Sed & hoc querēdū quomodo di-
 ctum sit. Et nemo ascēdit in cœlū: nisi qui descendit de
 cœlo: quum oēs electi se ueraciter cōfidūt ascēfuros in
 cœlū: pmittēte sibi dño. Quia ego ubi sum illic & mi-
 nister me⁹ erit. Cuius tñ nōdū qstioīs apertissima ratio
 soluit. quia uidelicet mediator dei & hominū hō xpūs
 iēsus electorū oīum caput est. Itēq; oēs electi eiusdē ca-
 pitis mēbra sūt: dicēte apostolo. Et ipm dedit caput su-
 per oēm ecclesiā. Et rursus. Vos enī estis corp⁹ xpī &
 mēbra de mēbro. Nemo ascēdit i cœlū nisi xpūs i corpe
 suo: quod est ecclesia: qui in se ipo primū cernētib⁹ apo-
 stolis emīnētiorib⁹ nimirū mēbris suis ascēdit. & exin
 de mēbris suis quotidie ascendētib⁹ se colligit in cœlū
 Quisquis in cœlū ascēdere desiderat: ei qui de cœlo des-
 cendit & est in cœlo: se uera fide & dilectioīs unitate cō-
 iungat aperte intelligēs quia nullo ordine nisi per eū: q
 descēdit de cœlo: pōt ascendere in cœlū. Vnde alias ipē
 dicit. Nemo uenit ad prēm nisi per me. Et sicut Moy-
 ses exaltauit serpentē i deserto: ita exaltari oportet filiū
 hoīs. Mira magisterii cælestis arte dñs magistrū legis
 moysaycē ad spūalē legis eiusdē sensum iducit: recordās

Joānis. xij.

Eph. i.

i. corinth. iij.

Joānis. xij.

Tertus.

moz. vi. ij. c.

historiæ ueteris & hac in figurâ suâ passionis atq; hu-
manæ salutiōis factâ edisserens. Narrat quippe liber
numerosū quia percussus in heremo populus israel iti-
neris longi ac laboris tedio murmurauit cōtra dñm &
Moysem: ideoq; miserit dñs in illum ignitos serpentes.
ad quorū plagas & mortes plurimorū quū clamarent
ad Moysen & ille oraret: iussit eum dñs facere serpētē
eneum & ponere pro signo. Qui percussus inquit aspe-
xerit eum: uiuet. Et ita factū est. Plagæ igit serpentium
ignitorū: uenena sunt incentiua uitiorū: quæ aīam: quā
tāgunt: spūali morte perimunt. Et bene murmurās cō-
tra dñm populus serpentū moribus sternēbat: ut ex
ordine flagelli exterioris agnosceret quātā intus perni-
ciem murmurādo pateret. Exaltatio aut serpētis eneī:
quem dum percussus aspicerēt: sanabātur: passio est enī
nrī redēptoris in cruce: in cuius solum fide regnū mor-
tis ex peccatū superatur. Recte etenī per serpētes pctā:
quæ animā simul & corpus ad interitū trahunt: expri-
muntur: nō solū quia igniti. quia uirulēti. quia ad peri-
mendū sunt: uerum etiā quia per serpentē primī parē-
tes nostri ad peccādum persuasi: ac de mortalibus sunt
peccando mortales effecti: recte per serpentem eneum
dñs ostēditur: qui uenit in similitudinē carnis peccati
quia sicut eneus serpens effigiem quidē ignitis ser-
pentibus similem: sed nullum prorsus in suis mēbris
habens ardorem ueneni percussos a serpentibus sua ex-
altatione sanabat: sic nimirū redēptor humani generis
nō carnē peccati: sed similitudinē iduit carnis peccati:
in qua mortem crucis patiēdo credētes in se ab omni

peccato & ab ipsa etiam morte liberaret. Vt ois qui credit
 in ipso: non pereat: sed habeat uitam eternam. Cuius quidem
 uerbi patet sensus. Quia qui credit in iesum: non solum per-
 ditionem euadit poenarum: sed & uitam percipit eternam. Et
 hoc inter figuram distat & ueritatem. quia per illam uita elon-
 gatur temporalis. per hanc uita donatur sine fine mansura.
 Sed curandum sollerter est: ut qui intellectus bene sentit:
 operatio condigna perficiat: quatenus confessio recte nostre
 fidei pie & sobrie conuersando ad perfectionem promissam no-
 bis uitae mereatur attingere. Verum quia haec de filio hominis
 dicuntur: qui exaltari in cruce: & mortem uoluit pati: ne
 putaret Nicodemus filium tantum hominis eum esse: a quo uita esset
 expectanda perpetua: curauit ei dominus etiam diuinitatis suae
 patefacere archanum: unumque & eundem filium hominis mundi ostende-
 dere esse saluatorem. Nam sequitur. Sic enim deus dilexit
 mundum: & filium suum unigenitum daret: ut ois qui credit
 in eum: non pereat: sed habeat uitam eternam. Vnde nota-
 dum quod eadem de filio dei unigenito replicat: quae de filio
 hominis in cruce exaltato praemiserauit dicens: ut ois:
 qui credit in eum: non pereat: sed habeat uitam eternam.
 quia profecto idem redemptor noster filius dei ante saecula exi-
 stens: filius hominis factus est in fine saeculorum: ut qui per
 diuinitatis suae potentiam nos creauerat ad perfruendam
 uitae beatitudinem perueniret: ipse per fragilitatem humanita-
 tis nostrae nos restauraret ad recipiendam quam perdidimus
 uitam. Vnde nobis satagendum est fratres charissimi ut
 diuinis beneficiis lucem repedes diligamus toto cor-
 de. tota anima. tota uirtute deum patrem: qui nos tanto
 amore prior dilexit: ut proprio filio suo non parceret:

Tectus.

sed pro nobis oibus traderet illū. Diligamus ipm filiū:
qui quū in forma dei esset: nostræ libertatis & uitæ grā
formā serui accepit: factusq; est obediens usq; ad mor-
tem: mortem autē crucis. Et sicut de eo dicit loānes apo^{Apocalipsi. i.}
stolus: qui dilexit nos: & lauit nos a peccatis nostris in
sanguine suo. Diligamus sanctū eiusdem patris & filii
spiritū: in cuius unctione signati sumus in die redēpti-
onis. qui ubi uult spirat: & ubicūq; spirat: cōtinuo flam-
mam eiusdem diuinæ dilectiōis accēdit. Credam⁹ ipm
patrē & filiū & spiritū sanctū unum esse deum & dñm
nostrum. ac debitīs laudibus exaltemus nomen eius in
inūicem: cui est gloria imperium & potestas ante secu-
la saeculorum amen.

¶ Dñica prima post octauas pētecostes.

¶ Ex euangelio luce decimosexto capi.

IN illo tpe. Dixit dñs iesus discipulis suis pa-
rabolā hanc. Homo quidam erat diues: qui
induebat purpura & bysso: & epulabat⁹ quo-
tidie splendide. Et erat quidam mendicus noīe lazarus:
q̄ iacebat ad ianuā eius ulceribus plenus: cupiens satu-
rari de micis: quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo
illi dabat. Sed & canes ueniebant & lingeant ulcera ei⁹.
Factū est autē ut moreret⁹ mendicus & portaret⁹ ab an-
gelis in sinum abraæ. Mortuus est autē & diues & sepul-
tus est in inferno. Eleuans autē oculos suos quū esset in
tormētis uidit abraam a longe & lazarus in sinu eius.
& ipse clamans dixit. Pater abraam miserere mei: & mīt-
te lazarus ut intingat extremū digitum in aquam: ut
refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.

Et dixit illi Abraam. Filii recordare: quia recepisti bona in uita tua; & lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Et in his omnibus iter nos & uos chaos magnū firmatū est: ut ij: q uolūt hinc trāfire ad uos nō possint. neq; inde huc trāfire. Et ait. Rogo ergo te pater ut mittas eum in domū patris mei. Habeo enim quinq; fratres ut testetur illis ne & ipi ueniant in hūc locum tormētōrū. Et ait illi Abraam. Habēt Moysen & prophetas. audiant illos. At ille dixit. Non pater Abraam. sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiam agent. Ait autē illi. Si Moysen & prophetas nō audiunt: neq; si quis ex mortuis surrexerit credent.

¶ Homelia beati Gregorii pape.



N uerbis sacri eloqui fratres charissimi prius seruanda est ueritas historie: & postmodum requirenda spūalis itelligētia allegorie. Tunc namq; allegorie fructus suauiter carpitur: quū prius per historiam ueritatis radice solidatur. Sed quia non nūq; allegoria fidem edificat & historia moralitatem. Nos quia auctore deo iam fidelibus loquimur: non ab re credimus si ipm loquendi ordinē postponamus: quatinus qui fidem iam firmam tenetis: prius de allegoria aliquid breuiter audire debeat. Et quod nobis de moralitate historie ualde est necessariū: hoc in expositiōis nostre ordine seruetur extremū. quia ea plerūq; solent melius recolī: quæ cōtingit postmodū audiri. Sensum ergo allegoricū sub breuitate transcurrimus: ut ad moralitatis latitudinē citius uenire ualeamus. Homo qui

dam erat diues: & induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide. Quē fratres charissimi quē diues iste qui induebat purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide: nisi iudaicum populū designat: qui cultum uitæ exterius habuit. qui accepte legis diuitiis ad nitorem usus est: nō ad utilitatē. Quem uero lazarus ulceribus plenus: nisi gentilem populū figuraliter exprimit: qui dum conuersus ad dñm peccata sua nō erubuit confiteri: huic uulnus in cute fuit. In cutis quippe uulnere uirus a uisceribus trahitur: & foras erūpit. Quid est ergo peccatorū cōfessio: nisi quēdā uulnerū ruptio. Quia peccati uirus salubriter aperitur in confessione: quod pestifere latebat in mente. uulnera etenim cutis in superficiem trahūt humorem putredinis. Et cōfiteōdo peccata quid aliud agimus nisi malum: quod in nobis latebat: aperimus. Sed lazarus uulneratus cupiebat saturari de micis: quæ cadebant de mēsa diuitis: & nemo illi dabat. quia gentilem quēq; ad cognitionē legis admittere superbus ille populus despiciebat. Qui dū doctrinam legis nō ad charitatem habuit: sed ad elationē: quasi de acceptis operibus tumuit. Et quia ei uerba defluebant de scientia: quasi micę cadebant de mensa. At contra iacentis pauperis uulnera lingebant canes. Nō nunq̃ solent in sacro eloquio per canes prædicatores intelligi. Canum etenim lingua uulnus dum lingit curat quia doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt: quasi uulnus mentis per linguā tangūt. Et quia nos loquēdo a pctis eripiūt: q̃si tangēdo uulnera ad salutē reducunt. Quia enī canū nomine predicatorū

ps. lxxv.

lingua signatur dño per psalmistā dicitur. Lingua canū
tuorū ex inimicis ab ipso. Et iudæis quippe infidelibus
sancti prædicatores electi sunt: qui in assertiōe uerita-
tis contra fures latronesq; ueniētes magnos pro domi-
no (ut ita dicam) latratus dederūt. Quod cōtra de quo-
rūdam reprobatione dicit. Canes muti non ualētes la-
trare. Quia igitur prædicatores sancti peccata damnāt
cōfessionē uero peccatorū approbāt dicētes. Cōfitemi-
ni alterutrū peccata uestra: & orate pro inuicē ut salue-
mini: ulcera lazari canes līgūt. Sancti etenim doctores
dum gentiliū confessiōes accipiūt: mentiū uulnera sa-
luti restitūt. Vnde & bene lazarus interpretat̃ adiu-
tus. Quia & ipsi hunc ad ereptionē iuuant: qui ei⁹ uul-
nera per linguæ correctionē curāt. Potest etiā per lin-
ctionē canū lata adulantiū lingua signari. Adulātibus
etenim uulnera nostra lingere est: q; pleriq; solēt etiam
ipsa mala: quæ nos in nobis rephendim⁹: improbo fa-
uore laudare. Contigit uero ut uterq; moreret. Diues:
qui induebatur purpura & bysso: sepultus est in infer-
no. in sinum uero Abraæ lazarus ab angelis ductus est
Quid abraæ sinus: nisi secretū requiem significat p̃is.
De qua ueritas multi inquit ab oriente & occidēte ueni-
ent & recumbēt cum Abraam & Isaac & Iacob i regno
cœlorū. Filii aut̃ regni eiciētur in tenebras exteriores.
Qui enī ^{recurrunt} purpurā indutus dicit: recte regni fili⁹ uocat̃.
qui de lōginoquo ad uidendū lazari oculos leuat. q; dū
per pditiōis suæ supplicia infideles in imo sunt: fideles
quosq; ante diē extremi iudicii sup se in requiē attēdūt:
quorū post gaudia cōtemplari nullaten⁹ p̃nt. Longe ue-

isa. lvi.

Jacobi. v.

matth. viij.

ro est quod cōspiciūt: quia illuc per meritū nō attingūt.
In lingua aut̃ amplius ardere ostēditur: quū dicit. Mit-
te lazarū ut intingat extremū digiti sui in aquā ut refri-
geret linguā meā: quia crucior in hac flāma. Infidelis
popul⁹ uerba legis in ore tenuit: quæ ope seruare cōtē-
psit. Ibi ergo amplius ardebit: ubi se ostēdit scire quod
facere noluit. Quia ppter de doctis & negligētib⁹ p Sa-
lomonē dicit. Ois labor hoīs in ore eius: sed aīa illi⁹ nō Eccl. vi.
implebit̃. Quia q̃squis ad hoc solūmō laborat: ut sciāt
quod loqui debeat: ab ipsa ^{desiderat} refectione suæ sciētiae mēte
uacua ieiunat. Ab extremo digito se tangi desiderat. q̃a
æternis suppliciis dat⁹ optat opatione iustorū uel ulti-
ma participari. Cui rñdet q̃ in hac uita bona receperit:
quia oē suū gaudiū fœlicitatē transitoriā putauerit. Ha-
bere hic etenim pnt & iusti bona: nec tñ in recōpensatio-
ne recipe. q̃a dū meliora. idest æterna appetūt: eorū iu-
dicio q̃libet bona affuerint: quū sanctis desideriis æstu-
ant: bona minime uidēt. Vnde Dauid ppheta: q̃ regni
diuitiis multisq; obsequiis fulciebat̃: q̃uis & hæc ad ne-
cessitatē bona eē cōspiceret: uno tñ singulariter bono i-
hianter æstuat dicens. Mihi aut̃ adhærere deo bonū ē. ps. lxxj.
Inter hæc uero notādū est qd̃ ei dicit. Memeto fili. Ec-
ce eū Abraā filium uocat: quē tñ a tormēto nō liberat.
Qm̃ hui⁹ infidelis populi pcedētes p̃res fideles q̃a mul-
tos a sua fide deuiasse cōsiderāt: eos nulla cōpassiōe tor-
mētis eripiūt: quos tñ p carnē filios recognoscūt. In tor-
mētis aut̃ diues posuit qnq; frēs habere se phibet. q̃a sup
bus idē iudaic⁹ popul⁹: q̃ ex magna iā parte dānat⁹ est:
sequaces suos: quos sup terrā reliquit: qnq; sensib⁹ cor

poris deditos nominat. Quinario ergo numero
 fratres: quos reliquerat: exprimit: quia eos ad spi-
 ritualem intelligentiam non asurgere in inferno po-
 situs gemit. Petiit ut ad eos Lazarus mittatur: Cui
 quia Moysen & prophetas habeant dicitur. Sed ait
 quia non credent: nisi quis ex mortuis resurrexerit.
 Cui protinus responderet. ¶ Si Moysen & prophe-
 tas non audiunt: nec si quis ex mortuis resurrexe-
 rit: credent ei. Certe de Moyse ueritas dicit. ¶ Si
 crederetis Moyse: crederetis utiq; & mihi. De me
 enim ille scripsit. ¶ Impletur ergo quod per A-
 brae responsum dicitur. ¶ Ex mortuis enim
 dominus resurrexit: sed iudaicus ille populus quia
 Moyse credere noluit: ei etiam: qui resurrexerit ex
 mortuis: credere contempsit. Quumq; Moyse uer-
 ba spiritualiter intelligere contempsit: ad eum: de
 quo Moyses locutus fuerat: non peruenit. Hac nos
 fratres charissimi pro indagandis allegoriarum mysteriis
 succincte transisse sufficiat. Nunc ad intuendam lati-
 rei gestae moralitatem animus recurram. Homo quidam
 erat diues: & induebatur purpura & bysso: & epula-
 batur quotidie splendide. Et erat quidam medicus no-
 mine Lazarus: qui iacebat ante ianuam diuitis ulceri-
 bus plenus: cupiens saturari de micis: quae cadebant
 de mensa diuitis: & nemo illi dabat. ¶ Sed & ca-
 nes ueniebant & lingeabant ulcera eius. ¶ Nonnulli
 putant praecepta ueteris testamenti districtiora esse
 q̄ noui: sed hi nimirum improuida consideratione fal-

Joan. v.

Tertius

luntur. ¶ In illo etenim non tenacia: sed rapina mul-
ctatur. Ibi res iniuste sublata quadrupli restitutiōe pu-
nitur. Hic autem diues non aliena abstulisse repre-
henditur: sed propria non dedisse. Nec dicitur quia
ui quempiam oppresserit: sed quia in acceptis rebus
se extulit. ¶ Hinc ergo hinc summopere colligen-
dum est qua poena mulctandus sit qui aliena diripit:
si inferni damnatione percutitur qui propria non lar-
gitur. ¶ Nemo ergo securum se existimet dicens.
Ecce aliena non rapio: sed concessis licite rebus fru-
or: quia diues iste non idcirco punitus est: quoniam
aliena abstulit: sed quia acceptis rebus seipsum male
dereliquit. ¶ Hoc quoque fuit: quod hunc inferno
tradidit: quia in sua felicitate timidus non fuit. quia
percepta dona ad usum arrogantiae inflexit. quia visce-
ra pietatis ignorauit. quia peccata sua redimere etiam
quum sibi abundaret praecium: noluit. ¶ Et sunt
nonnulli: qui cultum subtilium praeciosarumque ue-
stium non putant esse peccatum. ¶ Quod si ui-
delicet culpa non esset: nequaquam sermo dei tam ui-
gilanter exprimeretque diues: qui torquetur apud in-
feros: bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe
uestimenta praecipua: nisi ad inanem gloriam quaerit. uide-
licet ut honorabilior ceteris esse uideatur. Nam quia
pro sola iam gloria uestimentum quaeritur: res ipsa testa-
tur: quod nemo uult ibi praeciosis uestibus indui: ubi ab
aliis non possit uideri. Quam culpam possumus melius etiam
ex diuerso colligere: quia si abiectio uilis indumenti uirtus

Mathei. iij.

nō esset: euāgelista uigilāter de Ioāne non dicerēt. Erat indutus pillis camelorū. Sed notandū nobis magnopere ueritatis de superbo diuite & humili paupe quātus sit ordo narratiōis. Homo quidā erat diues. Et protinus subinfert. Et erat quidā mēdic⁹ noīe lazari⁹. Certe in populo plus solent noīa diuitū quā pauperū sciri. Quid est ergo qd dñs de paupe & diuite uerbū faciens nomē paupis dicit: & nomē diuitis nō dicit: nisi qd deus humiles nouit atq; approbat: & supbos ignorat. Vnde & qbusdā de miraculo & uirtute supbiētib⁹ i fine dicturus est. Nescio uos unde sitis. discedite a me oēs q opamini iniquitatē. At cōtra Moy si dī. Noui te ex noīe. Ait ergo & de diuite hō qdā. Ait de paupe egen⁹ noīe lazari⁹. Ac si apte dicat pauperē humilē scio, diuitē supbū nescio. Illū cognitū per approbationē habeo. Hūc p iudiciū reprobatiōis ignoro. Pēsandū nobis est etiā quāta cōditor oīa cōsideratiōe dispēset. Vna etenī res nō pro una re agit. Nā ecce plenus ulcerib⁹ mendicus lazari⁹ ante ianuā diuitis iacet. Quia de re una dñs iudicia duo expleuit. Habuisset etenī fortasse aliquā excusationē diues si lazari⁹ paup & ulcerosus ante eius ianuā nō iacuisset. si remot⁹ fuisset. si eius inopia non esset oculis iportuna. Rursus si lōge eēt diues ab oculis ulcerosi paupis: minorē tolerasset in aīo tētationē paup. Sed dū egenū & uulneratū ante ianuā diuitis & delitiis affluētis posuit in una eadēq; re & ex uisiōe paupis non miserēte diuiti cumulū dānationis intulit, & rursus ex uisione diuitis tentatum quotidie pauperem probauit. Quantas nāq; hunc egenum & uulneribus obsessum tētationes cre-

Mathei. vij.

Ego. xxxij.

ditis in sua cogitatione tolerasse: quū ipse egeret pane:
& non haberet etiam salutem: atq; ante se diuitē cerne-
ret salutem & delicias hñtem: quū se dolore & frigore
affici: illum gaudere conspiceret: bysso & purpura ue-
stiti: se deprimi uulneribus: illum defluere acceptis re-
bus: se egere: illum nolle largiri: Quantus putam⁹ fra-
tres charissimi tunc in corde pauperis tumultus tenta-
tiōis fuit: cui certe poterat ad poenā sufficere paup⁹tas:
etiam si sanus esset. Rursus suffecisset ægritudo: etiam
si pauper non esset. Sed ut probaret amplius pauper: si
mul hunc & paup⁹tas & ægritudo tabefecit. atq; insup
uidebat procedentē diuitem obsequētibus confulciri:
& se in infirmitate & inopia a nullo uisitari. Nam q̄a ne-
cha quam dicere fatue. Non enim reatus ipse haberet gradus:
nisi gradatim etiam peccata commemoraretur. Qui enim
aeque in deum credenti dicit fatue: impius est in religione.

i. Ioannis, liij.
Tertius

Tertius

Tertius

Gratus itaq; sunt in istis peccatis: ut primo quisq; irascatur: & cum motum retineat corde conceptum, iam si extorserit uocem indignatis ipsa commotio non significans aliquid: sed illum animi uotum ipsa eruptione testantem: qua feriatur ille: cui irascimur. Plus est uero quam si surgens ira silentio premeretur. Si uero non solum uox indignatis audiat: sed etiam uerbum quod iam certam eius uituperationem: in quem profert designet & notet: quis dubitet amplius hoc esse: quam si solus indignationis sonus egrederetur. Itaq; in primo unum est: idest ira sola. In secundo duo. & ira & uox: quę utrumq; significat. & in uoce ipsa certę uituperationis expressio. Vide nunc etiam tres reatus. iudicii. concilii. & gehene ignis. Nam in iudicio adhuc defensionis datur locus. In concilio autem quaquā & iudicium esse soleat: tamen quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit: ipsa distinctio uidetur ad conciliū pertinere sententię prolatio quādo non iam cum ipso reo agitur. utrum dānādus sit: sed inter se qui iudicant: cōferunt quo supplicio dānari oporteat: quem constat esse damnandum.

¶ Homelia beati augustini epī de eadē lectiōe.



Ostea q̄ dñs cohortat⁹ est audiētes ut se preparēt ad oīa sustinēda pro ueritate atq; iusticia & ut nō absconderēt bonū: quod acceptu rierāt: sed ea beniuolētia discerēt ut cēteros docerēt nō ad laudem suam: sed ad gloriam dei bona opera sua referentes: incipit eos iam informare & docere quod doceāt: tanquā si quærerent dicentes. Ecce uolumus & omnia sustinere pro tuo nomine: & doctrinam tuam nō abscondere. Sed quid est hoc ipsum: quod uetas abscondi & pro

quo iubes omnia tolerari: Nunquid alia dicturus es
tra ea: quæ in lege scripta sunt: Nō inquit. Nolite enim
putare quoniā ueni soluere legem & prophetas. Nō ue
ni soluere: sed adimplere. In hac sentētia duplex sensus
est. Secundū utrūq; tractandū est. Nam qui dicit. Non
ueni soluere legem: sed adimplere: aut addendo dicit qđ
minus habet. aut faciendo quod habet. Illud ergo pri⁹
cōsideremus: quod primum posuimus. Nam qui addit
quod minus habet: nō utiq; soluit: quod inuenit: sed ma
gis perficiēdo confirmat. Et ideo sequitur & dicit. Amē
dico uobis donec transeat cœlum & terra: iota unū. aut
unus apex nō præteribit a lege donec omnia fiant. Dum
enim fiūt etiam illa: quæ adduntur ad perfectionē: mul
to magis fiunt illa: quæ premissa sunt ad inchoationē.
Quod autē habet iota unum. aut unus apex nō transiet
a lege: nihil aliud potest itelligi: nisi uehēmēs expressio
perfectionis quādo per litteras singulas demonstrata est
inter quas litteras iota min⁹ est cæteris: quia uno ductu
fit. Apex autē est ip̄ius aliqua in summa particula. Qui
bus uerbis ostendit in lege ad effectum etiam minima
queque perducī. Deinde subiecit. Qui enī soluerit unū
de mandatis istis minimis: & docuerit sic homines: mi
nimus uocabitur in regno cœlorum. Mandata ergo mi
nima significātur per unum iota & unum apicem. Qui
ergo soluerit & docuerit sic: idest secundū id quod sol
uit: non secundū id quod inuenit & legit: minimus uo
cabitur in regno cœlorum. & fortasse non erit in regno
cœlorum: ubi nisi magni esse non possunt. Qui autem
fecerit & docuerit sic. Qui autē fecerit. hoc est. Qui autē

Termino

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

nōn soluerit & docuerit sic. idest secundum id: quod nō
soluit. Quod uero magnus uocabitur in regno cœlorū.
sequitur & etiam sit in regno cœlorū quo magni admit
tuntur. Ad hoc enim pertinet quod sequitur. Dico enī uo
bis quia nisi abundauerit iusticia uestra plusq̃ scribarū
& phariseorū: nō intrabitis in regnū cœlorū. idest nisi nō
solum illa minima legis prœcepta impleueritis: quæ in
choant homines: sed etiam ista quæ a me adduntur: qui
nō ueni soluere legem: sed ad implere: nō intrabitis ī re
gnum cœlorum. Sed dices mihi. Si de illis mādatīs mi
nimis quā superius loqueret̃: minimū uocari in regno
cœlorum quisquis unum eorum soluerit: & secundum
solutionē suam docuerit: magnū autē uocari. quisquis
ea fecerit et sic docuerit. & ex eo iam in regno cœlorum
futurū esse quia magnus est: quid opus est addi prœce
ptis legis minimis: si in regno cœlorum potest esse quia
magn⁹ est: quisquis ea fecerit & docuerit. Quapropter
sic est accipienda illa sentētia. Qui autē fecerit & docue
rit sic. magnus uocabitur in regno cœlorum. idest non
secundū illa minima: sed secundū ea quæ dicturus sum
Quæ sunt autem ista: Vt abundet autē iusticia uestra
super scribarum & phariseorū. quia nisi abūdauerit: nō
intrabitis in regnum cœlorū. Ergo qui soluerit illa mi
nima & sic docuerit: minimus uocabitur. Qui autē fece
rit illa minima & sic docuerit: nō iam magnus habēdus
est & idoneus regno cœlorum: sed tñ nō tam minimus
q̃ ille qui soluit. Vt autē sit magnus atq; illo regno aptus
facere debet & docere sicut xp̃us nūc docet. idest ut abū
det in iusticia eius super scribarū & phariseorū. Iusticia

phariseorum est: ut non occidat. Iusticia eorum: qui intraturi sunt in regnum dei ut non irascantur sine causa. Minimū est ergo nō occidere: & qui illud soluerit: minimus uocabitur in regno cœlorum. Qui autē illud impleuerit ut nō occidat: nō continuo magnus erit & idoneus in regno cœlorum: sed tñ ascendit aliquem gradū. perficietur autē si nec irascatur sine causa. Quod si perfectus erit: multo remotior erit ab homicidio. Quapropter qui docet ut non irascamur: non soluit legem ne occidamus: sed implet potius ut & foris dum nō occidimus: & in corde dum nō irascimur. innocentia custodiamus. Audistis ergo inquit quia dictum est antiquis Nō occides. Qui autē occiderit: reus erit iudicio. Ego autē dico uobis: quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa: reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehēne ignis. Nam hoc postremū: quod grauissimū senat: ammonet gradus quosdam factos a leuioribus ad grauiora: donec ad gehenam ignis ueniretur. Et ideo si leuius est esse reū iudicio: q̄ esse reum concilio: q̄ esse reum gehēne ignis: & leuius esse itelligatur irasci sine causa fratri q̄ dicere racha q̄ dicere fatue. Nō enim reatus ipse haberet gradus: nisi gradatim etiam peccata cōmemorarentur. Vnum autem hic uerbum obscurum positum est. quia nec græcum est. nec latinum racha. cetera uero in sermone nostro usitata sunt. Nonnulli autē de græco trahere uoluerunt interpretationē huius uocis putantes pānosum dicere racha: quoniā græce pānus rachos dicitur. A quib⁹ tñ quū quæritur qd dicat græce pānosus

Tertius.

non respondent racha. Deinde posset latinus interpret
ubi posuit racha pannosum ponere. nec uti uerbo: quod
in latina lingua nullū sit. & in græca inusitatū. Probabi
lius ergo est quod audiui a quodam hebreo quū id inter
rogassem. Dixit enim esse uocem nō significantē aliqd:
sed indignātis animi motum exprimētē. His interiecti
ones grāmatici uocant orationis particulas significan
tes cōmoti animi affectum. uel ut quum dicitur a dolē
te heu. uel ab irascente hem. Quæ uoces quarūcūq; lin
guarum sunt proprie. nec in aliam linguam facile trāsfe
runtur. Quæ causa utiq; coegit tam græcum interpre
tem q̄ latinum uocē ipsam ponere: quum quo modo eā
interpretaret nō inueniret. Gradus itaq; sunt in istis pec
catis ut primo quisq; irascatur: & eum motum retineat
corde conceptum. Iam si extorserit uocem indignantis:
sed commotio non significantē aliquid: sed illum animi
motum. ipsa eruptione testantem qua feriatur ille: cui
irascimur plus est utiq; q̄ si surgens ira silentio præme
retur. Si uero non solū uox indignantis auditur: sed etiā
uerbum: quod iam certā uituperationē in quē profert
designet & notet: quis dubitet amplius hoc esse q̄ si sol⁹
indignatiōis sonus ederetur? Itaq; in primo unum est:
id est ira sola. In secūdo duo & ira & uox: quæ iram signi
ficat. in tertio & in uoce ipsa certa uituperatiōis expres
sio. Vide nunc etiam tres reatus. iudiciū. conciliū & ge
hēne ignis. Nam in iudicio adhuc defensionī datur lo
cus. in concilio autem quamquā & iudiciū esse soleat:
tñ q̄ interesse aliqd hoc loco fateri cogit ipa distinctio:
uidet ad cōciliū pertinere sentētiæ. platio: quādo non in

cum ipso reo agitur utrum dānandus sit: sed inter se cō-
ferunt quo supplicio damnari oporteat quem constat
esse dānādum. Gehēna uero ignis nec dānationē habet
dubiam sicuti iudiciū nec dānati pēnā sicut cōciliū
In gehēna quippe certa est & dānatio & pēna dānati.
Videntur ergo aliqui gradus in peccatis & in reatu: sed
quibus modis inuisibiliter exhibeant meritis animarū
quis potest dicere? Audiendū est itaq; quantū interfit in-
ter iustitiā phariseorū & istam iustitiā maiorem: quæ in
regnum cœlorū introducit. quia quum sit grauius oc-
cidere q̄ uerbo irrogare cōuiciū: ibi occisio facit reum
iudicio. hic autē ira facit reum iudicio. quod triū illorū
peccatorū leuissimū est: quia illi quæstionē homicidii
inter hoīes agitabāt. hic autē oīa diuino iudicio cōmittū-
tur: ubi finis dānatorum est in gehēna ignis. Quisquis
autē dixerit quia grauiore supplicio in maiore iustitia pu-
nitur homicidium: si gehēna ignis punitur cōuiciū: co-
git intelligi esse differentiā gehēnarum. Sane in tribus
istis sententiis subauditio uerborū intuenta est. Habet
enī prima sentētia oīa uerba necessaria: ut nihil subau-
diatur. Qui irascit̃ inquit fratri suo sine causa: reus erit
iudicio. In secunda uero ait. Qui autē dixerit fratri suo
racha: subauditur sine causa. & ita iungitur reus erit cō-
cilio. Iam in tertia uero ait. Qui autē dixerit fatue. duo
subaudiunt̃. & fratri suo & sine causa. Hoc est unde de-
fenditur q; apostolus Galathas uocat stultos: quos etiā
fratres nominat. Nō enī id facit sine causa. Ideo autem
hic frater subaudiendus est: quia de inimico postea di-
cit̃ quomodo etiā tractādus sit maiore iusticia. Deinde Tertius

hic sequitur. Si ergo obtuleris munus tuum ante alta-
 re & illic recordatus fueris quia frater tuus habet aliqd
 aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare. & ua-
 de prius reconciliare fratri tuo & tunc ueniens offeres
 munus tuum. Hinc utiq; apparet de fratre dictum esse
 superius: quoniā sentētia quæ sequitur: ea coniunctioe
 cōnectitur: ut superiori attestetur. Nō enim ait. Si autē
 obtuleris mun⁹ tuū ad altare: sed ait. Si ergo obtuleris
 munus tuum in altare. Nam si irasci nō est fas fratri si-
 ne causa. an dicere racha. aut dicere fatue: multo min⁹
 est fas animo tenere aliquid: ut in odium indignatio cō-
 uertatur. Quo pertinet etiam: quod alio loco dicit. Nō
 occidat sol super iracundiā uestrā. Iubemur ergo illatu-
 ri munus in altare si recordati fuerimus habere nos ali-
 quid aduersum fratrem: munus ante altare relinquere
 & pergere ac reconciliari fratri. deinde uenire & mun⁹
 offerre. Quod si accipiat ad litterā: fortassis aliquis cre-
 dat ita fieri oportere si præsens sit frater. Non enim diu-
 tius differri potest: quum munus tuum relinquere an-
 te altare iubearis. Si ergo de absentī & quod fieri potest
 etiam transmare constituto aliquid tale ueniat in mentē
 absurdum est credere ante altare munus relinquendū:
 quod post tot erras & maria peragrata offeras deo. Et
 idcirco prorsus intro ad spiritualia refugere cogimur:
 ut hoc quod dictum est: sine absurditate possit intelli-
 gi. Altare itaq; spiritualiter in interiore dei templo ipam
 fidem accipere possumus: cuius signum est altare uisi-
 bile. Quodlibet enim munus offerimus deo. siue pro-
 phetiam: siue doctrinam: siue orationem. siue hymnū:

siue psalmum. & siquid tale aliquid spiritualium dono-
rum animo occurrerit: acceptum esse deo non potest:
nisi fidei sinceritate fulciatur. & ei fixe atq; immobili tā
q̄ altari impenatur: ut possit integrum atq; illibatū esse
quod offertur. Nam multi heretici non habentes alta-
re. idest ueram fidem blasphemias pro fidei laude dixe-
runt terrenis uidelicet opinionibus agrauati uotū suū
tanquā in terram proijcientes. Sed debet esse sana etiam
offerentis intentio. & propterea quum tale aliquid obla-
turi sumus in corde nostro. idest in interiori dei tem-
plo. Templum enim dei sanctum est inquit: quod estis i. corin. iij.
uos. & in interiori homine habitare christum per fidē
in cordibus nostris si in mentem uenerit q̄ aliquid ha-
beat aduersum nos frater noster. idest si nos eum in ali-
quo lesimus: tūc enim ipse habet aduersum nos. Nam
nos habemus aduersus illum: si ille nos lesit: ubi nos nō
opus est pergere ad reconciliationem. Non enim postu-
labis ab eo: qui tibi fecit iniuriam: sed tūc dimittis: sicut
tibi a dño dimitti cupis quod ipse comiseris. Pergendū
est ergo ad reconciliationē quū in mentē uenerit q̄ nos
forte fratrē in aliquo lesimus. Pergendū autē nō pedib⁹
corpis: sed motib⁹ animi: ut te humili affectu p̄sternas
fratri. ad quē chara cogitatioe cucurreris i cōspectu ei⁹
cui mun⁹ oblatur⁹ es. Ita enī etiā si p̄ns sit: poteris eum
nō simulato aīo lenire atq; i grām reuocare: ueniā postu-
lādo si hoc pri⁹ corā deo feceris. pergēs ad eū nō pigro
motu corporis: sed celerrimo dilectiois affectu. atq; in-
de ueniens. idest intentionem reuocans: ad id: quod age-
re ceperas: offeres munus tuum. Quis autē hoc facit ut

fratri suo uel nō irascatur sine causa. uel racha nō dicat
sine causa. quod totum superbissime admittitur. uel si
forte in horum aliquo lapsus fuerit: quod unū est reme-
dium: supplicii animo ueniā deprecet: nisi quisquis in-
anis iactantiā spiritu inflatur. Beati ergo pauperes spi-
ritu: quoniā iporum est regnum ccelorū. Tu aut.

¶ Dominica septima.

¶ Ex euangelio Marci octauo capi.

In illo tpe. Quum turba multa esset cū iesu:
neq; haberēt quod māducarēt: cōuocatis dis-
cipulis suis ait illis. Misereor super turbam:
quia ecce iam triduo sustinēt me: neq; habent quod mā-
ducent. & si dimiserō eos ieiunos in domū suam: defici-
ent in uia. Quidā enī ex eis de longe uenerunt. Et respō-
derunt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic satu-
rare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot
panes habetis. Qui dixerunt septē. Et præcepit turbæ
discūbere super terrā. Et accipiēs septem panes gratias
agens fregit: & dabat discipulis suis ut apponerent. Et
apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos. &
ip̄os benedixit & iussit apponī. & māducauerūt: & satu-
rati sunt. Et sustulerūt quod superauerat de fragmētis
septem sportas. Erant aut qui māducauerūt quasi quat-
tuor milia. & dimisit eos.

¶ Homelia de eadem lectione.

Nostea q̄ illa: quæ ecclesiæ typū accepit: a flu-
xu curata est sanguinis. Postea q̄ apostolū ad
euāgelizandū regnum dei sūt destinati: græ
cœlestis impartitur alimentum. Sed quibus impartiat

aduertere. Non ociosis: nō in ciuitate quasi in synagoga,
uel seculari dignitate residētibus: sed inter deserta quæ
rētibus xpm. Qui enī nō fastidiunt: ipi excipiunt a xpo
& cum ipis loqitur uerbum dei. Nō de secularibus: sed
de regno. Et si qui corporalis gerunt ulcera passiōis: hīs
medicinā suā libēter indulget. Cōsequēs igitur erat ut
quos a uulnerū dolore sanauerat: eos alimonis spiritu-
alibus a ieiunio liberaret. Itaq; nemo cibum accipit xpi:
nisi qui fuerit ante sanatus. Si claudus fuit: gradiēdi fa-
cultatē ut ueniret accipit. Si lumine erat priuatus ocu-
lorū domū itaq; dñi: nisi refusa luce intrare non potuit.
Vbiq; ergo mysterii ordo seruat: ut prius per remissio-
nē peccatorū uulneribus medicinā tribuatur, postea ali-
monia mensæ cælestis exuperet: quāquā nōdum ualidi
oribus hæc turba reficiatur alimentis: nec xpi corpore
& sanguine ieiunia fidei corda pascantur. Lacte inqt uos i, corin. iiij.
potaui: nō esca. Nōdum enī poteratis: sed neq; quidem
adhuc potestis. In modū lactis quinq; sunt panes. esca
solidior. corpus est xpi. potus uehemētior. Sanguis est
dñi. Nō statim aut primo epulamur oīa. neq; potamus
oīa. Hoc primū inquit bibe. Est ergo primū. est etiā se-
cundū: quod bibas. Est & primū: quod māduces. est &
secundū. est & tertiū. Primo quinq; panes. Secūdo. Se-
ptimo tertio ipm corpus xpi est. Nequaquā igitur talē
dñm deseramus: qui pro uniuscuiusq; uiribus impari-
ri nobis alimēta dignatur: ne aut infirmū ualidior cib⁹
cibus opprimat. aut ualidum exigua alimēta nō faciant.
Qui enī infirmus est: holera manducet. Et ille: qui iam
uidetur laqueos infirmitatis euadere: de quinq; istis mā
ff

ducet panibus & duobus piscibus. Certe si petere cibū
uereret: ipse relictis suis oibus festinet ad dei uerbum.

[Homelia beati augustini de eadem lectione.]



L'ititudinē diuinitatis suae & misericordiā hu
manitatis multis & uariis modis in scriptu
ris sanctis dñs nŕ ielus xpus ostēdit quemad
modū solēt in mysterijs & sacramētis: ut & petentes ac
cipiant. & quærētes inueniāt. & pulsantibus aperiat.
Omnia enī quae in hoc mundo sub fragilitate nŕa exhi
buit miracula: nobis proficiūt. Nō utiq; sine causā facie
bat ea dñs. uel quasi frustra & inaniter. Verbum dei est
xpus: qui nō solū sonis: sed etiā tactis loquitur hominib⁹.
Hoc enī etiā quod hodie de sancto euāgelio lectum est:
quærīt itellectorē. & quū fuerit intellectū: spūale facit
gaudiū. Et in hac lectione simul cōsiderāda est in uno eo
demq; redēptore nŕo disiūcta operatio diuinitatis & hu
manitatis: atq; oīmodis detestandus error euticetis qui
unam tm̄ in xpo dogmatizare praesumit operationē. In
alterutra enī parte uel qui solum hominē fuisse dixe
rit: gloriā negabit cōditoris. uel qui solum deū: nega
bit misericordiā redemptoris. Nempe q; super turbam
miseretur dñs ne uel in edie. uel longioris uiae deficiat la
bore: nouerimus affectum esse atq; cōpassionē humane
fragilitatis. Quod autē de septem panibus & paucis pis
cibus satiauit quattuor milia hominū: credim⁹ diuinā
opus esse uirtutis. Attendat ergo sanctitas uestra: quia
hoc nobis propositū est: quod cum uestra charitate tra
ctemus. quod sibi uelit huius rei tantū mysterium q; eo

modo se deū discipulis demonstrasse sancta testat' scri-
 ptura: quomodo euangeliū narrat. Ait enim euāgelista
 in hodierna lectione. Quum multa turba esset cum ie- Tertius
 su; neq; haberent quod manducarent; conuocatis disci-
 pulis ait illis. Misereor turbæ huic. Sed requiram⁹ qđ
 ait superius: in illis diebus quum turba multa esset. Su-
 perius enim accesserunt iudei ad saluatorē accusantes
 discipulos ei⁹ eo qđ nō lotis manibus māducarēt. Quos
 dñs redarguit: qui ea; quæ de corde mala procedunt; ea
 potius hominē coinquinaret. Et relictis illis uenit in fi-
 nibus gentium; ubi mulier chananæa; quæ est mater gē-
 tiliū pro filia sua. idest ecclesia dñm deprecatur. Quæ tā-
 diu postulauit: donec acciperet quod petebat. Post hæc
 iterum curauit mutum & surdum. Ergo in his diebus
 quum multitudo populi cōcurrisset; nec haberet quod
 manducaret. Turbas enī hic oēs gentis significare cre-
 aturas intelligimus. pro quib⁹ ipse dñs misericordia cō-
 mouet; qđ nō haberet quod manducaret. Hic spūaliter
 debemus intelligere qđ ideo nō habebāt quod manduca-
 rent; quia gentes legem nō habebāt; idest quinq; libros
 Moyli nō profectas. nō deprecationē sancti Ioānis. quia
 gentes nō per legem; sed per fidem uenerunt ad redem-
 ptorē. Ideo triduo perseverant. hoc est in natiuitate. in
 passione. in resurrectione dñi. siue in p're. in filio. in spū
 sancto. Perseuerare enim permanere est in confessione:
 sicut ipse dñs ait. Qui autē perseverauerit usq; in finem: Matth. xxiij.
 hic saluus erit. Dicit ergo dñs. Non habet quod mādu- Tertius
 cent; quia legem nō habet. Et dimittere eos ieiunos no-
 lo; ne deficiāt in uia; ut qui per fidem christi crediderūt;

Tertius.

Tertius

Tertius.

Marci, vi.

Esa, cxi.

per fidem xpi pascerebantur. Quidam autem ex his de longe uenerunt. Longe enim erant gentes a deo errando per idola & modo omnes qui peccati: lode est a deo. Dicunt discipuli ei? Vnde istos quis poterit saturare panibus in solitudine? Adhuc apostolos tenebat incredulitas: donec mysteria reuelarentur, nec recordabantur quod fecerat de quinque panibus & duobus piscibus. Et interrogauit eos iesus quot panes haberent. Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbae ut discernerent super terram. Et accipiens panes gratias egit & dedit discipulis ut apponerent. Et pilces si militer benedixit & posuit ante illos. Et manducauerunt & saturati sunt. & sustulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quasi quattuor milia extra mulieres & infantes. Et uirtutes quidem domini manifestissime credimus esse factas in presenti: sed quod latet in mysterio ipsius gratia donante requiramus. In superiori enim lectione de quinque panibus & duobus piscibus quinque milia hominum satiauit. Hic septem panibus saturauit quattuor milia hominum. Ibi discipuli suggerent domino dicentes. Locum desertus est & hora praeteriis dimitte turbas: ut euntes in castella emant sibi escas. Hic penitus tacent discipuli sed ipse dominus pro eis sollicitus est. Videamus quare tacet. Quia necdum missi fuerant praedicare gentibus: sed potius ad oues perditas domus israel. Prior ergo illa parabola pertinet ad iudeos. ista uero ad gentes. Ibi quinque panes fuerunt. Hoc quinque libri Moyse. hic uero septem panes qui sunt septiformis spiritus dona. sicut ait sanctus Esaias propheta. Spiritus sapientiae & intellectus. Spiritus consilii & fortitudinis. Spiritus scientiae & pietatis. & replebit eum spiritus timoris

dñi. Ibi duodecim cophini pleni spū sancto. hic septem
ecclesiæ. siue septem candelabra aurea. Ibi duo pilcis: q
sunt duo testamenta. siue unus liber oīum prophetarū.
uel sancti Iōanis prædicatio. Hic indefinitus numerus
ponitur: quæ sunt dona grarum sicut ait apostol⁹. i, corin. xij,
alii per spūm datur sermo sapiētiae. alii sermo sciētiae. alii
prophetia. alii genera linguarū. alii interpretatio sermo-
nū. oīa uero hæc operatur unus atq; idem spūs. Ibi sup
fenū recūbunt. & hic super terrā. Vtrinq; una cōuerla-
tio. una gracia. una uirtus. una deitas. Ibi super fenū dis-
cūbunt. hoc est mortificata opera carnis. quia oīs caro Esa. xl,
fenum ait propheta. Hic super terram discūbunt. idest
opera terrena cōculcāt. Ibi quinq; milia resecti: qui nu-
mer⁹ pertinet ad iudeos. nam post ascēsiōē dñi loquē-
te sancto petro quinq; milia sūt baptizati. hic aut quat-
tuor milia. hoc est de tota terra omnes gentes a quattu-
or cardinibus cœli de septiformis sancti spūs grā esse re-
pletas in uitā æternam. Et ideo dilectissimi nos: qui nō
per legē: sed per fidē credimus in dño nrō iesu xpō: qui
nō ex operib⁹: sed ipius grā sumus redēpti. qui nō ex qn-
q; panib⁹. idest ex quinq; libris moysi: sed ex septiformi
grā spūs scti sumus repleti sicut beat⁹ Esaias pphetaue-
rat dicēs. Spūs sapiētiae & intellect⁹. Spūs cōsiliū & for-
titudinis. Spūs sciētiae & pietatis. & replebit illū spūs
timoris dñi. In hac ergo septiformi spūs scti gratia mā-
neamus. in qua uocati sumus repleti dono spūs sancti
per dñm nostrum iesum xpm: qui uiuit & regnat in uni-
tate eiisdē spūs sancti per omnia secula seculorū amē.

CDominica octaua.

¶ Ex euangelio Matthei septimo capi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attēdite a falsis prophetis: qui ueniunt ad uos in uestimētis ouium: intrinsecus autē sūt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nūquid colligūt de spinis uuas. aut de tribulis ficus? Sic oīs arbor bona fruct⁹ bonos facit. Mala autē arbor fruct⁹ malos facit. Nō potest arbor bona fruct⁹ malos facere. nec arbor mala fructus bonos facere. Oīs arbor: quæ nō facit fructū bonū: excidet: & in ignē mittetur. Igīt ex fructibus eorum cognoscetis eos. Nō omnis: qui dicit mihi dñe: intrabit in regnum cœlorum. sed qui facit uolūtātē prīs mei: qui in cēlis est: ipse intrabit i regnū cœlorū.

¶ Homeliā de eadem lectione.

Quod paulo superius spaciosam & latā nauit uiam: hoc nunc apertius falsos prophetas ostendit: p quos multi in perditionē abominabilē abierūt. Qui primo in Iudea multi apparuerūt. & modo perfidia totum repleuerūt mundū: sed illi qui prius falsi prophete fuerunt: uerissimos dñi prophetas usq; ad mortē psecuti sunt. Sicut Hieremiā & Micheam. aliosq; multos. Isti autem nunc falsi prophete & falsi xpiani q sūt ueraces: xpianos sine misericordia psequūtur: & opprimūt aliquādo si detur copia etiam gladiis sine intermissione. aut suis prauis moribus & exemplis. Idcirco oēs præueniēs dñs adhortatus est: dicens. Attēdite a falsis prophetis. attēdite diligēt⁹. obseruate cautius: ut nō seducamini. ut nō circūueniamini. ut nō

fallamini. Attēdite ergo. Hoc est cōsiderate. q̄a nō sunt
religiosi in figura religiositatis. Quod non sunt xp̄iani:
sed ueritate uacui xp̄ianorū persecutores. Attēdite a fal-
sis pphetis: qui ueniunt ad uos in uestimētis ouium: in
trinfecus aut sunt lupi rapaces. Ipsos & beatus apostol⁹ Actuū, xx.
ad Ephesios loquēs designabat dicēs. Scio enim q̄ post
discessum meū introibūt inter uos lupi graues. lupi ra-
paces. lupi uero graues nominātur oēs infideles hereti-
ci: qui grauiter sanctā ecclesiā opprimūt: & persequūt.
uel molestare frequētāt. qui sine misericordia rapere &
coaceruare nō desinunt. Aliquādo pecuniā irruunt ali-
nā. aliquādo ipsos pecuniarū dños multo magis etiā sata-
gunt aīas rapere: & miserabiliter in perditionē deduce-
re: & uestigium ouium habere dicuntur. quod nomen
habet xp̄ianitatis: uel q̄a simulant se ministros iustitiæ
figurā religiositatis mentientes. Per xp̄ianum itaq; no-
men multos seducere nitūtur dulcibus sermonib⁹ mul-
tis scādalum inferētes. Isti sunt de quibus iterū ait apo-
stolus. Per suos dulces sermones seducunt corda inno-
cētium: sed ex fructibus cognoscetis eos.

¶ Homelia beati augustinī de eadē lectione.

E inuestigāda ac possidēda sapientia dñs iam
incipit loqui. quod est lignū uitæ. Cui⁹ uti-
q̄ inuestigandæ ac possidendæ. idest contē-
plandæ talis oculus per oīa supiora perduct⁹ est: quo ui-
deri iā possit arcta uia & āgusta porta. Qd̄ ergo deinceps
dicīt. Intrate per angustā portā: q̄a lata porta & spaciōsa Mathei, vii
uia est: q̄ ducit ad pditiōnē & multi sunt: qui intrāt per
eā. q̄ angusta est porta & arcta uia: que ducit ad uitam: &
ff iiii

pauci sunt: qui inueniunt eam. Nō ideo dicit quia iugū
 dñi asperum est: & sarcina grauis: sed quia labores finia
 re pauci uolunt: minus credētes clamāti. Venite ad me
 oēs qui laboratis & onerati estis. & ego reficiā uos. tolli
 te iugū meū super uos. & discite a me: quia mitis sum
 & humilis corde. Iugum enī meum suaue est: & sarcina
 mea leuis est. Hinc autē iste sermo sumpsit exordium de
 humilibus & mitibus corde: q̄ iugum suaue & leuē sar
 cinā multi respuūt. pauci subeunt. eoq̄ fit arta uia: quæ
 ducit ad uitā. & angusta porta: qua intratur in eā. Hic
 ergo illi: qui promittūt sapientiā cognitionēq̄ ueritatis
 quā nō habēt: præcipue cauēdi sunt. sicut sunt heretici:
 qui plerūq̄ se paucitate cōmendāt. Et ideo quū dixisset
 paucos esse: qui inueniunt angustā portā & artā uia: ne
 se illi supponāt noīe paucitatis statim subiicit. Cauete a

Tertus.

pseudo prophetis: qui ueniunt ad uos in uestimētis ouī
 um. intrinsecus auetim sunt lupi rapaces. Sed isti nō fal
 lunt oculū simplicē: qui arborē dignoscere ex fructib⁹

Tertus.

nouit. Ait enī. A fructibus eorū cognoscetis eos. Dein
 de similitudines adiūgit. Nūquid colligūt de spinis
 uuas. aut de tribulis fic⁹? Sic oīs arbor bona bonos fru
 ctus facit. mala autē arbor malos fructus facit. Non pōt
 arbor bona fruct⁹ malos facere. neq̄ arbor mala fruct⁹
 bonos facere. Oīs arbor quæ nō facit fructū bonū exci
 detur: & in ignē mittet⁹. Igit⁹ a fructib⁹ eorū cognosce
 tis eos. Quo loco illorū maxim⁹ error cauēdus est: qui
 de his ipīs duabus arborib⁹ duas naturas opinātur esse.
 quarū una sit dei. altera uero nec dei nec ex deo. de quo
 errore i alijs libris disputatū est uberius. & si adhuc pa

Tertus.

rum est; disputabit. Nunc autē nō eos adiuuare istas duas arbores docendū est. Primo quia de hominib⁹ eū dicere tā clarū est: ut quisquīs precedētes & cōsequētes legerit; miret eorū cecitatē. Deinde attēdūt qđ dictū est. Non potest arbor bona malos fruct⁹ facere. neq; arbor mala fruct⁹ bonos facere. & ideo putāt neq; aīam malā fieri posse: ut in melius cōmutet. neq; bonā in deterius quali dictū sit. nō potest arbor bona mala fieri. neq; arbor mala bona fieri. Sed dictū est. Non pōt arbor bona fruct⁹ malos facere. neq; arbor mala fruct⁹ bonos facere. Arbor est ip̄a aīa & ip̄e hō. fruct⁹ uero opa hoīs. Nō ergo pōt malus hō bona opari. neq; bonus mala. Mal⁹ ergo si uult bona opari: bon⁹ prius fiat. Sic alio loco cui dēti⁹ ip̄e dñs ait. Facite ergo arborē bonā & fruct⁹ ei⁹ bonos. Quod si duas naturas istorū his duabus arboribus figuraret: non diceret facite. Quis enī hominū pōt facere naturā? Deinde etiā ibi quū ip̄arū duarū arborū mentionē fecisset subiecit. Hypocrite quomodo potestis bona loqui: quū sitis mali? Quādiu ergo quisq; malus est: nō potest facere fruct⁹ bonos. Si enī fructus bonos fecerit: iā malus non erit. Sic uerissime dici potuit. Nō pōt esse nix calida. Quū enī calida esse cēperit: non iā eam niuem: sed aquā uocamus. Potest ergo fieri ut q̄ nix fuit: nō sit: non potest autē fieri ut nix calida sit. Sic potest fieri ut qui malus fuit: nō sit malus. nō tñ pōt fieri ut malus bene faciat. Quia etiā si aliquādo utilis est: nō hoc ip̄e facit: sed fit de illo diuina procurāte prouidentia. sicut de phariseis dictum est. Quæ dicūt facite. quæ autem faciūt facere nolite. Hoc ip̄sum q̄ bona dicebāt

Mathei, xxi.

Mathei, xxi.

& ea: quæ dicebant: utiliter audiebatur & fallebant: nō
erat illorum. In cathedra enim inquit Moy si sedet. Per
diuinam ergo prouidētiā legem dei prædicātes possūt
esse audiētibus utiles: quum sibi non essent. De talibus
alio loco per prophetā dictū est. Seminaſtis triticum:
& spinas metetis: quia bona præcipiunt: & mala faciūt
Nō ergo qui eos audiebāt & faciebant: quæ ab eis dice-
bant: de spinis legebant uuas. sed per spinas de uite lege-
bant uuas: tanquā si manum aliquis per sepem mittat.
aut certe de uite: quæ sepi fuerit inuoluta uuam legat:
nō spinarum est fructus ille: sed uitis. Rectissime sane
quæritur quos fructus nos attendere uoluerit: quib⁹
cognoscere arborem possimus. Multi enim quædā in
fructibus deputant: quæ ad uestitum ouium pertinet.
& hoc modo a lupis decipiuntur: sicut sunt uel ieiunia.
uel orationes. uel elemosyne. que omnia nisi fieri etiam
ab hypocritis possint: nō superius diceret. Cauete iusti-
ciam uestram facere coram hominib⁹: ut uideamini ab
eis. Qua sentētia proposita ip̄a tria exequitur: elemosy-
nam. orationē. ieiunium. Multi enim multa pauperib⁹
nō misericordia: sed ambitione largiunt. & multi orāt:
uel potius uident orare nō intuentes deum: sed homini-
bus placere conātes. Et multi ieiunāt: & mirabilem ab-
stinētiā prætendūt eis: quibus ista difficilia uidentur
& honore digna existimantur. & huiusmodi dolis eos
capiunt: dum aliud ostētant ad decipiēdū. aliud exerūt
ad depredandū. uel interficiendo eos: qui sub isto uesti-
tu ouino lupos uidere nō possunt. Hi ergo nō sunt fru-
ctus: de quibus cognosci arborem monet. Ista enim cū

Ibidem.

De re, xij.

Matth. vi.

bono animo in ueritate fiunt: proprie sunt omib⁹ uestes:
quum autem malos: in errore nō aliud q̄ lupos cōtegūt.
Sed non ideo debent oues odisse uestimentum suum: q̄
plerunq; illo se occultant lupi. Qui sunt ergo fructus:
quibus inuentis cognoscamus arborem malam: Dicit
ergo apostolus. Manifesta autem sunt opera carnis. quę *Ad gala. v.*
sunt fornicatio. imunditia. luxuria. idolorum seruitus.
beneficia. inimicicia. contentiones. emulationes. ire.
rixę. dissensioēs. hereſes. sectę. inuidia. homicidia. ebrī-
etates. cōmessatioēs. & his similia: quę prædico uobis:
sicut prædixi. quoniam qui talia agunt: regnum dei nō
cōsequentur. neq; gaudium uirtutis: sicut uoluntas. Et
hęc potius ad sanctos pertinent. ad peccatores uero ge-
stus magnus & cupiditas deputanda sunt. Et qui sunt
fructus: per quos cognoscām⁹ arborem bonam: Idem
autem cōsequēter dicit. Fructus autē spīritus est chari- *Ibidem.*
tas. gaudium. pax. longanimitas. bonitas. benignitas. fi-
des. mansuetudo. modestia. continētia. Sane sciendum
est hic gaudium proprie positum. Mali enim homines
nō gaudere: sed gestire proprie dicūtur. sicut superi⁹ di-
ximus uoluntate proprie positam: quā nō habent mali.
ubi dictum est. Omnia quęcūq; uultis ut faciāt uobis *Matth. et. vii.*
homines: & uos facite illis. Et ista pprietate uerbis: quo
gaudiū nō dicit: nisi in bonis: etiam per pphetā loq̄r di-
cēs. Nō est gaudere impiis dicit dñs. Itaq; posita ē fides
nō q̄cūq; ubiq; sed uera fides. & cetera: q̄ hic posita sūt
habēt quasdam imagines suas mali hoīes & deceptores
ut oīno fallant. nisi quisq; iam mūdum oculum & sim-
plicē habuerit: quo ista cognoscat. Optimo itaq; ordine

primo actum est de oculo mundado. & deinde dicta sunt
 quæ caueretur. Sed quoniā quāuis quisq; oculo mūdo
 sit. id est sincero & simplici corde uiuat: nō pōt tñ cor al
 terius intueri quæcunq; in factis uel in dictis apparere
 nō potuerint: tētatiōib⁹ aperiunt⁹. Tentatio aut duplex
 est. aut in spe adipiscendi aliquod comodū tēporale. aut
 in terrore amittendi. Et maxime cauendū est ne tēdētes
 ad sapiētiā: quæ in solo xpō inueniri potest: in quo sūt
 omnes thesauri sapiētiæ & scientiæ absconditi. Cauen
 dum ergo est ne ipso christi nomine ab hereticis. uel qui
 buslibet male intelligētib⁹ & sæculi huius amatoribus
 decipiamur. Nam ideo sequitur & monet. Nō oīs qui
 dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū cœlorū. sed qui fa
 cit uolūtātē patris mei: qui in cœlis est: intrabit in regnū
 cœlorū ne putem⁹ ad illos fructus iā pertinere. si quis
 dño nō dicat. dñe dñe. & ex eo nobis arbor bona uideat⁹
 sed si illi sunt fructus facere uolūtātē prīs: qui in cœlis
 est: cuius faciēdæ se ipm exemplū præbere dignat⁹ est.
 Sed merito potest moueri quomodo huic sentētiæ cō
 ueniat illud apostoli ubi ait. Nemo in spū dei loquēs di
 cit anathema iesu. & nemo pōt dicere dñs iesus: nisi i spi
 ritu sancto: qā neq; aliquos habētes spūm sanctū possum
 dicere nō itrāturos in regnū cœlorū si pseuerauerūt
 usq; in finē. neq; illos: q dicūt dñe dñe & tñ nō itrāt in re
 gnū cœlorū possum⁹ dicere hēre spūm factū. Quō ergo
 nemo dicit dñs iesus: nisi in spū scō: nisi qā pprie apłus
 posuit uerbū qđ ē dicit ut significet uolūtātē atq; itelle
 ctū dicētis: Dñs uero generalr posuit uerbū qđ ait. Nō
 oīs q dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū cœlorū. Videt⁹

Tertius.

1. corinth. xij.

enim dicere etiam ille: qui nec uult. nec intelligit quod dicit. Sed ille proprie dicit. qui uoluntate ac mente sua sono uocis enunciat. sicut paulo ante quod dictum est. gaudium in fructibus spiritus proprie dictum est. non eo modo ut alibi dicit apostolus. Non gaudet super iniquitate. quasi qui quam possit super iniquitate gaudere: quia illa elatio est animi tumide gestientis non gaudium. nam hoc soli boni habet. Ergo dicere uidetur etiam illi qui non hoc quod sonat & intellectu cernit & uoluntate agunt: sed tamen uoce sonant. secundum quem modum dominus ait. Non omnis qui dicit mihi domine domine: intrabit in regnum celorum. Sed qui facit uoluntatem patris mei. qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. Vere autem ac proprie illi dicunt: a quorum uoluntate ac mente non abhorret prolatio sermonis sui secundum quam significationem dixit apostolus. Nemo potest dicere dominus iesus: nisi in spiritu sancto. Tu autem.

i. corinthi. xij.

CDominica nona.

CEx euangelio Luce capi. decimosexto.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Homo quidam erat diues: qui habebat uillicum. & hic diffamatus est apud illum: & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tue. Iam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se. Quid faciam quia dominus meus aufert a me uillicationem? Foderem non ua leo. medicare erubescio. Scio quid faciam: ut quam amotus fuero a uillicatione: recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit centum cados olei. Dixit illi. Accipe cautionem tuam: & sede cito: & scribe quinquaginta.

ta. Deinde alio dixit. Tu uero quantū debes? Qui ait. cē
tum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas & scri-
be octoginta Et laudauit dñs uillicū iniquitatis: q̃a pru-
denter fecisset: quia filii huius sæculi prudētiores filiis
lucis in generatione sua sunt. Et ego dico uobis. Facite
uobis amicos de māmōna iniquitatis: ut quum defeceri-
tis: recipiant uos in aeterna tabernacula.

¶ Homelia de eadem lectione.



Vis sit uillicus iniquitatis: qui dñi uoce lau-
datur. cuius quum uellem scire rōnem: & de
quo fonte processerit: reuoluī uolumē euan-
gelicū. & inter ceteros reperi q̃ appropinquātib⁹ salua-
tori publicanis & peccatorib⁹ ut audirēt illū: murmu-
rabāt scribæ & pharisei dicētes. Quare hic peccatores
suscipit: & māducat cum illis? Qui locutus est eis para-
bolā centū ouium & unius perditæ: quæ inuenta pasto-
ris humeris reportata est. Et cur esset proposita statim
intulit. Dico uobis q̃ ita gaudium erit in cœlo sup uno
peccatore penitentiā agente q̃ supra nonaginta nouē iu-
stos: qui nō habent opus pœnitentiā. Aliam quoq̃ para-
bolam decem dragmarum uniusq̃ perditæ atq̃ reperte
hanc quum proposuisset: simili etiam fine compleuit.
Sed dico uobis gaudium erit coram āgelis dei sup uno
peccatore pœnitentiā agēte. Tertiā quoq̃ parabolā pro-
posuit hominis duos filios habentis & diuidentis inter
eos substantiā. Quumq̃ minor facultatib⁹ perditis ege-
re cepisset: & comedere siliquas porcorū cibum: reuer-
sus ad patrem susceptus ab eo est. frater quoq̃ senior in-
uidens patris uocis corripitur q̃ letari debuerit & gau-

Matth. ix.
Marc. ii.
Luce. v.

Luce. xv.

dere: quia frater eius mortuus fuerat: & reuixit. perierat: & inuentus est. Has tres parabolas contra phariseos & scribas locutus est. qui nolebant recipere poenitentiam peccatorum & publicanorum salutem. Dicebat autem & ad discipulos suos. Aut dubium quin parabolam finit prius ad scribas & phariseos. Qua parabola ad clementiam discipulos hortaretur. Acti & aliis uerbis diceret. Dimittite: & dimittetur uobis. Et ut in oratione dominica libera fronte piscatis. Dimitte nobis debita nostra. *Mathei. vi.* sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quae est ergo parabola ad clementiam discipulos prouocans? Homo quidam erat diues: qui habebat uillicum. siue dispensatorem. Hoc autem echonomos significat. Villicus autem propriae uillae gubernator est. unde & a uilla uillicus nomen accepit. Echonomus autem tam pecuniae quam frugum & omnium: quae dominus possidet: dispensator est. Unde & economicus Xenophontis pulcherrimus liber est. Qui non gubernatione uillae: sed dispensationem uniuersae domus Tullio interpretante significat.

¶ Homelia de eadem lectione.

Vis est homo diues: nisi Christus? Diues in caelo. diues in terra. diues ubique. diues plenus gratiae & ueritatis. Et nos omnes de plenitudine eius accepimus. Diues. apud quem absconditi sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae. diues in omnibus & in omnes qui inuocant illum. Villicus autem est unusquisque christianus: qui in baptismo uillicationem suam accepit & proximi. Christianus enim unusquisque non tantum sui causa uiuit: sed & proximi. &

nō tm̄ redditurus est rationē pro anima sua: sed & pro
 eius: cum quo uiuit in hac uita. exercens se corpe & ani
 mo & adiuuans proximū documētis & exēplo. nec tm̄
 quærens quæ sua sunt: sed & quæ aliorū. Hæc est xp̄ia
 norū cura nobilis & sancta uillicatio. Hinc est iudiciū
 xp̄i tremēdū & futura exactio. Et hic diffamat⁹ est apud
 illū quasi dissipasset bona ip̄ius. Quotidie diffamamur
 apud deum: quia angeli n̄ri semper uident faciem p̄ris:
 & nunciant ei oīa opera n̄ra. Quid ergo faciemus? ubi
 abscondemur? Illi nos diffamāt: qui n̄ra interiora uidē
 tur? Illi nos infamāt: qui omni hora nos intuent⁹ & deū.
 Intuētur omnia n̄ra & deum: quia n̄ra intuendo nunci
 ant deo. Nō est obstaculū. nō sunt tenebræ: quibus im
 pediātur uidere oīa n̄ra. quia diuinū lumen: quo illumi
 nant: penetrat oīa. Quia lux in tenebris lucet. & nox si
 cut dies illuminabit⁹. Et hic diffamat⁹ est apud illū qua
 si dissipasset bona illius. Quis omnia sibi tradita bona
 bene dispensat in oībus. Quis non aliquādo dormitat?
 Quandoq; bonus dormitat homerus. Et in multis offē
 dimus oēs. Et si dixerimus quia peccatū nō habemus:
 nos ip̄os seducimus: & ueritas in nobis nō est. Et uoca
 uit illum & ait illi. Quid hoc audio de te? Quotidie nos
 uocat dñs. Venite filiū audite me. Venite ad me omnes
 qui laboratis & onerati estis. Et o uiri ad uos clamito. &
 uox mea ad filios hominū. Quotidie loquitur nobis. Lo
 quitur per prophetas. Loquitur per apostolos. loquitur
 per se ip̄m in euāgelio. Loquitur per doctores. Loquitur
 in cōscientiā. Quid hoc audio de te? Increpat male co
 gitantes. increpat male loquētes. increpat prauē agētes.

Textus.

Textus.
 ps. cxxij.
 Mathei. xi.

Sapient. viij.

Textus.

increpat male uiuētes. Quid hoc audio de te? Redde ra-
 tionē uillicatiōis tuę. Quia de omni uerbo ocioso quod
 locuti fuerint hoīes: reddent rōnem in die iudiciū. Red- *Terms.*
 de rōnem uillicatiōis tuę. Quid agas apud te. quid apud
 proximū. quid cogites in corde. quale proferas uerbū.
 quid auditū delectet. & cui infigas oculum. redde rōnē
 uillicatiōis tuę. Bona mea dissipas. bonis meis male ute-
 ris. bona mea das extraneis. Voco: & nō respōdes. porri-
 go manum; & nō respicis. Redde rōnē uillicatiōis tuę.
 iam enī nō poteris uillicare. Ad finē peruenisti. tempus
 est iudiciū & rōnis reddēdæ. Iam nō poteris uillicare. Ci- *Terms.*
 to hinc abiturus. cito moriturus es. iam nō poteris uilli-
 care. Post hanc enī uitā nō est uillicatio. Hic uillicando
 seruimus. Ibi requiescēdo mercedē rapimus. Hic acqui-
 rimus quod ibi possideamus. hic labor. ibi prēmium.
 Ait autē uillicus intra se. Quid faciā; quia dñs meus au- *Terms.*
 fert a me uillicationē? Felix: qui de fine cogitat. Felix: q
 quotidie cogitat se moriturū: quia melior est finis orati-
 onis q̄ principiū. Et sancti dum finiūtur in sæculo: fiūt
 in cælesti sede perpetui: quibus finis uitæ uiuendi inīti-
 um cōfert. Quid faciā? Quomodo de male dispensata
 uillicatiōe euadā? Fodere nō ualeo. Postquā defecit hu- *Terms.*
 ius uitæ uillicatio: nō relinquit actio post hanc uitā: pro
 qua mereamur æternā uitam. Ibi iam nō ualeo fodere:
 quia ibi nō est pauperes recreare. infirmos uisitare. uigi-
 liis sanctis & oronibus insistere. Quid est enī aliud fode-
 re: nisi sanctarū exercitiis actionū terram mentis & cor-
 poris excolere? Terrā fodimus quā a nobis extirpam⁹
 uitia & uirtutes inserimus. Quod fieri non potest post

hanc uitam. quia tēpus illud nō est pēnitētiæ aptū: sed
retributionis bonorū siue malorū operū. Mēdicare eru
besco. ne mihi dicat: quod fatuis uirginibus est dictū.
Ad thes. xxy. Ne forte nō sufficiat nobis & uobis. ite potius ad uēdē
tes: & emite uobis. Est mendicatio bona. est mendicatio
mala. Mendicatio bona hic. Hic enī bene mendicamus
a doctoribus sapientiā & doctrinā. a sanctis mēdicam⁹
in letaniis ut orent pro nobis. In alia uita mēdicatio eru
bescēda. Quis enī erubescat dicere: Date nobis de oleo
uŕo: quia lampades nræ extingūtur. Ideo mēdicare eru
besco. Vere mēdicatio erubescēda ubi nihil recuperat:
& egestas oīum bonorū perpetua comitat. Ideo mēdi
care erubescō. Ibi nō prodest alicui boni mēdicatio: ubi
defecit omne bonū suū. nec potest ab alio quisquā expe
ctare: quod ipse nō meruerit: quū unicuiq; uix sua suffi
ciant: et iustus uix saluabitur. Ideo mēdicare erubescō.

Textus.

Scio quid faciam: ut quū amotus fuero a uillicatiōe re
cipiant me in domos suas. Salubre cōsiliū reperit ad fi
nem: qui male dispensauit uillicationē. scilicet ut daret
pauca receptur⁹ plura. & reciperet in domos aliorum:
Textus. cui propria deficiebāt. Cōuocatis itaq; singulis debito
ribus dñi sui dicebat primo. Quātū debes dño meo? At
ille dixit. Centū cados olei. Cōmunē dñm habem⁹: qui
unū deū colim⁹. cui oēs debem⁹ qcqd boni possumus.
Sed qā oēs uillici sum⁹: de iure uillicatiōis nræ debitoꝝ
dñi pars ad nos refert: ut nō solū inueniamus debitores
dei: sed etiā iuicē nrī. Nō enī solū iubemur diligere deū
sed & pximū. Debitores sum⁹ ergo dei. debitores sum⁹
& pximī. deo tñ totū debem⁹ etiā id: qđ ad pximū refe

rim⁹: ut q̄cqd debem⁹: deo debeam⁹. Habem⁹ aut spūa
lia bona. habem⁹ & corpalia Spūalia: ut fidē. iustitiā.
charitatē. & cetera: q̄ deo debem⁹ & pximo. Corporalia
ut aurū. argentū. triticū. uinū & cetera. unde deo serui
mus & pximū adiuuam⁹. Quid meli⁹ p oleū possum⁹
itelligere q̄ spūali: qd̄ rarius est & leuius triticea solidi
tate. & lumē fouet. & cult⁹ uirtutū illuminat mentē ad
intuendā ueritatē. & pstat oībus liquidis ut spūalia cor
poralib⁹. Quid per triticū: nisi corpalia: Siqdē p spēm
sape gen⁹ itelligit. Villic⁹ aut primū debitori loqt: olei
q̄a priora sūt spūalia corporalib⁹. Qui debet centū cados
olei: q̄a debet deo q̄cqd spūalis habet bōi. Sic enī sūt olei
cadī plures: sicut spūalis boni multae spēs. Vas enī olei
cētenariū spēs designat oēs spūaliū bonorū. Nā & cēte
nariū plenitudinē saepe significat. & finit⁹ saepe ponit
pro infinito. Debet ergo cētū cados olei: q̄ debet deo p
fectionē spūalis boni. Sed multū p̄tinet pximo de hoc
qd̄ debet deo. Multū enī offēdim⁹: nisi fidē. iusticiā &
charitatē pximo reddam⁹. Quū igit de cētū cadis olei
uillic⁹ q̄nq̄gīta scribi iubet. qd̄ debet deo cōfirmat scri
pto. q̄a nō dimittitur qd̄ sibi debet. nō iubet scribi q̄a di
mittit. Dimittit qd̄ suū est. relinqt qd̄ dei ē. De hoc: qd̄
sibi debet: uenīa facit securū. de hoc: qd̄ debet deo: scri
pto facit sollicitū. Vnde seqt. Dixitq; illi. Accipe cautio
nē tuā: & sede cito & scribe quinq̄gīta. Ac si diceret. qd̄
mihī debes: dimitto tibi: qd̄ debes deo cautelā assume. &
q̄ supb⁹ stas: sede cito & hūiliare. & qd̄ paruipēdebas. ut
obliuioe pro nihilo ducebas: scribe ī tabulis cordis &
mēoria tene: ut frequenter pœniteas et expies donec &

Textus.

ipm dimittatur tibi. Sede cito. idest ne differas de die in diem. Scribe quinquaginta. Numerus poenitentiae & remissionis. Vnde & annus quinquagesimus remissionis. & psalmus quinquagesimus poenitentialis. Quinquaginta ergo scribuntur. & quinquaginta dimittuntur. Similis numerus simile significat offensionem in deum & hominem

Mathei .xxij

Vnde dominus dicit in euangelio. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima tua. & ex tota mente tua. hoc est primum & magnum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Nam quorum similis est dilectio. similis est & offensio. Sequitur. Deinde alio dixit. Tu uero quantum debes? Qui ait. Centum choros tritici. Cadus liquorum mensura est. & Choros seminum. Valde timendum est nobis: qui plenitudinem corporalium bonorum debemus proximis. debemus: & tamen non soluimus debemus totum: & uix parum soluimus. Quid ergo faciemus? Si non possumus soluere totum: quod debemus aliis: dimittamus saltem quod debetur nobis. Vnde sequitur.

Textus.

Textus

Ait illi. Accipe litteras tuas: & scribe octoginta. Qui enim de centum scribit octoginta: quintam partem dimittit. Quia de corporalibus hoc debetur proximo: quod quique sensus corporis exigunt. hoc scripto commendatur quod diuinae gratiae per octonarium relinquitur. Rapuisti meum. abstulisti praestitum. negasti commendatum. Si dimitto tibi quod mea refert: scribe octoginta. idest commenda memoriae quod adhuc eges uenia diuinae gratiae. Siquidem euangelii gratia significatur per octonarium: sicut austeritas legis per septenarium. Sed meretur octonarii gratiam: qui praecepta custodit: quae significatur per decem: ut per octonarium

iuncto quindenario gratiā intelligamus inſitam præce
 pro: ut qui ſcribit octoginta: per decalogi cuſtodia per
 ueniat ad octonarii gratiā. Et laudauit dñs uillicum in Tertius.
 quitatis: quia prudēter feciſſet. Mira res. Mal⁹ eſt uil
 licus & laudatur. male diſpēſauit & parcitur. Nō emen
 dauit quod fecit & indulget. Vere prudēter egit: q̃a di
 miſit pauca ut reciperet plura. diuiſit tēporalia: ut æter
 na perciperet. Audierat enī. Dimittite: & dimittetur uo Mathei. vj.
 bis. Et dimitte nobis debita nra: ſicut & nos dimittim⁹
 debitorib⁹ nris. Vere prudēter egit: qui deum molitur
 facere debitorē ſuū: ut exigat ab eo debitā remiſſionem
 quia remiſit. Prudenter egit: quia cui erat obnoxio⁹: ipſm
 ſibi facit obnoxium. & quem habebat durum exactorē
 nunc pium habet debitorē: ut fiducialiter dicat. Dimit
 te: quia dimiſi. redde quam debes ueniam: quia ego de
 di ueniam. Quia filii huius ſæculi prudētiores filiis lu Tertius.
 cis in generatiōe ſua ſunt. Filii lucis laborant & uix me
 rētur præciū. Currūt & uix ad brauiū perueniūt. Partu
 riunt & uix euadunt. Filii ſæculi poſt fraudes & illece
 bras ac illicitos mores ſolūmodo dimittunt. & deū de
 bitorē tenent. Parcunt & parcitur eis. Condonant: &
 donantur. Ideo prudentiores ſunt filii ſæculi filiis lucis
 in generatione ſua. idēſt quando regenerantur deo. & re
 nouantur ſpiritali uita. Et ego dico uobis. Facite uobis Tertius.
 amicos de māmona iniquitatis. Māmona. idēſt diuitiæ:
 quæ iniquitatis dicuntur. quia ſine iniquitate non ca
 ptantur. Et quia iniquū eſt eas reuocare in pprios uſus:
 quas creauit cōmunes domin⁹. Vnde ſcriptum eſt. Pro
 iniquitate uidi tentoria æthiopie. idēſt pro diuitiis ca. Abacuch. iij

ptandis uidi homines factos tabernacula' nigredinis. id
est uitio rû & demonû: ut qui poterant esse tabernacula
uirtutû sectâdo paupertatē: facti sunt uitiorû tentoria
pro iniquitate congregâda. Quis nō uideat multos per
iuriâ icurrere. homicidia facere. dolos machinari cōtra
proximos. rerum domesticarû & dñorum proditores
esse ppter diuitias. Hi sunt pro iniquitate tentoria æthi
opiæ. Sed cum uillicus fecerit superius & de spūalibus
& de corporalib⁹: cur dñs finem cōcludit parabola? sue
de solis corporalibus? Citius dimittimus iniuriâ factâ
q̄ præstitâ pecuniam. Facilius damus fidem q̄ possesi
onē. Proniores sumus dimittere odia q̄ expendere nra.
Ideo dñs parabole nobis ad misericordiâ instructis i ea
parte misericordiæ cōcludit sermonē quam nouit esse
apud homines difficiliorē. & ad eam nos enixius horta
tur in fine. ad quam uidit nos difficilius inclinari: quia
melior est finis orōnis q̄ principium. Faciam⁹ ergo de
diuitiis iniquitatis amicos pauperibus eas distribuēdo
& debitoribus atq; iis: quicq; eas abstulerint dimittendo.
Sed quia iniquitatis diuitiæ aliæ paterna possident suc
cessione. aliæ iusto conquirūtur labore. aliæ usurpant
ex scelere uel impietate: de iis certe amici nō fiunt: quæ
de scelere uel impietate ueniūt. nec putet quisquā ex iis
adiutores quærere salutis: quas ex mercedimonio corro
pit iniquitatis. Scriptum est enim. Hostiæ impiorum
abhominabiles: quia offerūtur ex scelere. Et immolātis
ex iniquo oblatio est maculata. & qui offert sacrificium
ex substantia pauperis: quasi qui uictimat filium in con
spectu patris. Quū ergo præcipitur fieri amicos de mā

mona iniquitatis: discernendum est ut eas intelligamus
quæ de successione uel iusto labore proueniunt. Quæ
tñ & ipse iniquitatis dicuntur: quasi inæqualitatis: quia
quum eas in proprietate tenemus: æqualitatem cū aliis
homīnibus nō seruamus. Sunt ergo illæ: de quib⁹ ami-
cos facere percipimur: diuitiæ & iniquitatis & iustitiæ
Iniquitatis quidem quantū ad deum: qui omnia cōmu-
nibus creat usibus. iustitiæ uero quantū ad sæculum:
quia iustitia sæculari possidetur ab hoībus. Diuitiæ er-
go: quæ iuste possidentur in terra: & iniustæ sunt quā-
tum ad diuinam iustitiā: & iustæ quantū ad terrenam.
Diuina iustitia cuiuslibet pprietas alicuius possessionē
defendit. Per terrenā iustitiā hoīes ppria colligunt. per
diuinā iustitiā sua cōmunia faciunt. Diuitiæ uerō: quæ
sunt ex scelere: omnino sunt iniustæ. nec illas iustitia di-
uina cōprobat: quas etiā terrena condēnat. & istæ nullo
modo sunt deo offerendæ: quæ de scelere sunt acquisitæ
Et cito tñ reddendæ sunt. imo proiciendæ: ne malefactor
inueniat in malo cepto perseuerare. Vt quū defeceritis Textus.
recipiant uos in eterna tabernacula. Exponit hic quod
dixerat. Recipiant uos in domos suas. Māisiones enim
æternæ domus sūt eorū: quib⁹ impēditur misericordia
dom⁹ in quā eorū: nō possessione: sed causa. nō posses-
sione q̄ eas possideāt: q̄s forsitan nō possidebūt. sed causa
q̄ scilicet causa sunt suis bñfactorib⁹ possidēdi. In suas
ergo domos nōs recipiāt: qñ in æternis māisionib⁹ nos
esse faciūt. Suas enī reputam⁹: quas nō nisi p̄ eos accipi-
mus. Quas nobis q̄si retribūt p̄pter bñficia: q̄ recepe-
runt. & p̄pter misericordias: quas acceperūt tēporaliū

æternorum retributores existūt per eum: qui pro ip̄is
reddit quod debuerunt. dñm nostrū iesum christū: qui
uiuit & regnat per omnia sæcula sæculorū amen.

¶ Dominica decima.

¶ Ex euangelio Luce decimonono capī.

In illo tēpore. Quum appropinquaret iesus
hierosolymā: uidens ciuitatem fleuit super
eam dicēs. Quia si cognouisses & tu. Et qui
dem in hac die tua: quæ ad pacem tibi nunc autē absco-
dita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te: & circū-
dabunt te inimici tui uallo. Et circūdabunt te. & coan-
gustabūt te undiq̃. Et ad terram prosternēt te: & filios
tuos: qui in te sunt. Et nō relinquet in te lapidem super
lapidem: eo q̃ nō cognoueris tempus uisitacionis tuæ.
Et ingressus tēplū cepit eiicere uendentes in illo & emē-
tes dicens illis. Scriptū est quia domus mea dom⁹ ora-
tionis est. uos autē fecistis illam speluncam latronū. Et
erat docens quotidie in templo.

¶ Homelia beati Gregorīi papę.

Lectionē breuē facti euāgelīi breuīsi possum
uolo sermone pcurrere: ut illis ī ea prolixior
detur intētio: qui sciūt ex paucis multa cogi-
tare. Qd̃ flente dño hierosolymoz: subuersio describat̃
quæ a Vespasiano & Tito Romanis principibus facta
est. nullus: qui hīstoriā euerfionis eiūsde legit ignorat:
Romani enī principes denūciant cū dicūt. Quia ueniet
dies in te: & circūdabūt te inimici tui uallo. & circūda-
būt te. & coangustabūt te undiq̃. & ad terrā prosternēt

te: & filios tuos: qui in te sunt. Hoc quoque quod addit.
Et nō relinquūt in te lapidē super lapidē: etiā ip̄a iā eiuf-
dem ciuitatis trāsmigratio testat: quia dum nunc in eo
loco cōstructa est: ubi extra portā fuerat dñs crucifix⁹.
prior illa hierusalē: ut dicitur: fundit⁹ est euerfa: Cui ex
qua culpa euerfionis suæ pœna fuerit illa subiūgitur.
Eo q. nō cognoueris tēp⁹ uisitatiōis tuæ. Creator quip-
pe oīum p̄ incarnatiōis suę mysteriū hāc uisitare dignat⁹
ē. Sed ip̄a timoris & amoris illi⁹ recordata nō est. Vnde
etiam per prophetā in increpatione cordis humani aues
cœli ad testimoniū deducūtur: quū dicitur. Miluus in
cœlo cognouit tempus suū. Turtur & Hirundo & Ci-
conia custodierūt tempus aduentus sui. populus autē
meus nō cognouit iudiciū dñi. Sed quærendū prius
est quid sit quod dicitur. Videns ciuitatē fleuit sup̄ illā
dicens: quia si cognouisses & tu. Fleuit enī pius redem-
ptor ruīnam perfidē ciuitatis: quā ip̄a sibi ciuitas nō
cognoscebat esse uenturam. Cui a flente dño recte dicitur
Quia si cognouisses & tu: subaudi fleres. quæ modo ga-
nescis quod iminet: exultas. Vnde & subdit. Et quidem
in hac die tua quæ ad pacem tibi. Quum enim carnis se-
uoluptatibus daret: uentura mala nō prospiceret: in die
sua quæ ad pacem ei esse poterāt habebat. Cur uero bo-
na præsētia ad pacem habuerit: manifestatur quū sub-
ditur. Nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis. Si enī
a cordis eius oculis mala: quæ iminebant: abscondita nō
essent: leta in præsētib⁹ p̄speris nō fuisset. Cuius mox
etiam pœna: quæ de Romanis sicut prædixi principib⁹
imminebat: adiūcta est. Qua descripta quid dñs fecerit

Textus

Iscre. viij.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

subditur. quia ingressus templū cepit eiicere uendētes
in illo & ementes dicēs illis. Scriptū est quia dom⁹ mea
domus orōnis est. uos autē fecistis illam speluncā latro-
num. Qui enī narrauit mala uentura & protinus tēplū
ingressus est: ut de illo uēdētes & emētes eiiceret: pro-
fecto innotuit: quia ruina populi maxime ex culpa sa-
cerdotū fuit. Euerfione quippe describens: sed uenden-
tes in templo & ementes feriens in ipso effectu sui opis
Matthæi. ostendit: unde radix prodit perditionis. Sicut autē euan-
gelista alio teste didicimus: in templo columbæ uende-
batur. Ecquid per columbas: nisi spūs sancti donū acci-
pitur? Sed uendētes & ementes e templo eliminat: quia
ueleos: qui pro munere impositionē manuum tribuūt.
ueleos qui donū spūs emere nitūtur: dānat. De quo tē-
plo mox subdit. Dom⁹ mea dom⁹ orōnis est, uos autē fe-
cistis illā speluncā latronū. Qui enī ad accipiēda mune-
ra in tēplo residebāt: pfecto quia quibusdā nō dantibus
lēSIONES exquirerēt dubiū nō erat. Domus ergo orōnis
spelūca latronū facta fuerat: quia ad hoc in tēplo assiste-
re nouerant: ut aut nō dantes munera studerēt corpora
liter persequi. aut dantes spīritaliter necare. Quia uero
redēptor noster prædicationis uerba nec indignis & igratis
subtrahit postquā disciplinæ uigorem eiiciendo per
uersos tenuit donum gratiæ mox ostēdit. Nam subdit.
Textus. Et erat docēs quotidie in templo. Hæc iuxta historiam
breuiter tractando trāscurrimus. Sed quia euerfam iā
hierusalē nouimus: atq; euerfione sua in melius cōmuta-
tā: quia expulsos latrones e templo. atq; ipm iam tēplū
eruditū scimus: debem⁹ ex rebus exteriorib⁹ introrsus

aliquā similitudinē trahere atq; ex euerſis edificiis pari
etum morū ruīnā timere. Videns enī ciuitatē fleuit ſu-
per illam dicens. Quia ſi cognouiſſes & tu. Hoc ſemel *Textus.*
egit quū periturā ciuitatē eſſe nunciauit. hoc quotidie
redēptor noſter per electos ſuos agere nullaten⁹ ceſſat:
quū quosdā ex bona uita ad mores reprobos perueniſſe
cōſiderat. Plangit enim eos: qui nesciunt cur plāgātur.
quā iuxta Salomonis uerba lētātur quū male fecerint *Prouer. ij.*
& exultāt in rebus peſſimis. Qui ſi dānationē ſuā: quæ
eis iminet: agnouiffent: ſemetipſos quum lachrymis ele-
ctorum plangerēt. Bene ergo perituræ animæ ſentētia:
quæ ſubditur: conuenit. Et quidem in hac die tua quæ *Textus.*
ad pacem tibi: nunc aut abſcondita ſunt ab oculis tuis.
Suam hic diem habet anima peruerſa: quia tranſitorio
gaudet in tempore cui ea quæ aſſunt: ad pacem ſunt. ga-
dum ex rebus tēporalib⁹ lētatur. dum honorib⁹ extol-
litur: dum in carnis uoluptate reſoluitur: dum nulla uē-
tura penæ formidine terretur. pacem habet in die ſua:
quæ grauæ dānationis ſuæ ſcandalū in die habebit alie-
na. Ibi enim affligenda eſt: ubi iuſti lētabūtur. & cūcta
quæ modo ei ad pacē ſunt: tunc in amaritudinē rixe uer-
tuntur. quia rixari ſecum incipit cur dānationē: quā pa-
titur: nō expauit. cur a proſpiciēdis malis ſequētib⁹ ocu-
los mentis clauſit. Vnde ei dicitur. Nūc aut abſcōdita *Math. xix.*
ſunt ab oculis tuis. Peruerſa quippe aīa rebus pñtib⁹
dedita. in terrenis uoluptatibus reſoluta abſcondit ſibi
mala ſequentia: quia preuidere futura reſugit: quæ pre-
ſentē leticiā perturbēt. dumq; in præſentis uite oblecta-
tiōe ſe deſerit: quid aliud q̄ oculis clauſis ad ignem ua-

Ecclesiasti. xj. dit: Vnde bene scriptū est. In die bonorū ne imemor sis
j. corinthi. vij malorū. Et unde per paulū dicit. Qui gaudet: tanquam
nō gaudentes sint. quia et si qua est pñtis tēporis: ita est
agenda leticia: ut nūquā amaritudo sequentis iudicii re
cedat a memoria: quatenus dum mens pauida extreme
prophet. xxvij ultionis timore trāsfigit: quantū nūc pñs leticia: tantū
post ira subsequēs tēperet. Hinc nāq; scriptū est. Beat⁹
homo: qui semper est pauidus. qui uero mētis est dur⁹:
corruiet in malū. Sequētis enī ira iudicii tanto tūc distri
ctior portabit: quāto nūc & inter culpas minime timet
Textus Sequit. Quia ueniet dies in te. & circūdabūt te inimici
uallo. Qui in quā sunt humanæ animæ maiores inimici
q̄ maligni spūs. qui hanc a corpore exeuntem obsident:
quā in carnis amore positam deceptoris delectatiōibus
fouent. Quā uallo circūdant: quia ante mentis ei⁹ ocu
los reductis iniquitatibus: quas perpetravit. hanc ad so
cietatē suæ dānatiōis coartant: ut in ipsa iam extrema
te uitæ defensa & a quibus hostibus circūclusa sit uide
at: & tñ euadēdi aditum inuenire nō possit. quia opari iā
bona nō licet. quæ quū licuit agere contēpsit. De qbus
Textus. adhuc apte quod seqtur: intelligi ualet. Circūdabunt te
& coangustabūt te undiq; Maligni quippe spūs undiq;
animā coangustāt quādo ei nō solum operis: uerū etiā
locutionis atq; insuper cogitatiōis iniquitates replicāt.
ut quæ prius se per multa dilatauit ī scelere ad extremū
Textus. de oībus angustetur in retributione. Sequitur. Et ad ter
ram prosternent te & filios tuos: qui in te sunt. Tūc aīa
per cognitionē reatus sui ad terram cōsternit: quū ca
ro quā uitam suam credidit redire ad puluerem urget.

Tunc in mortē filii cadunt: quū cogitatiōes illicite: quē
modo ex illa prodeunt in extrema uitæ ultione dissipāt:
sicut scriptū est. In illa die peribū oēs cogitatiōes eorū. ps. cxlv.
Quæ scilicet duræ cogitatiōes intelligi per lapidum si
gnificationē ualēt. Nam sequitur. Et nō relinquūt in te
lapidē super lapidē. Peruerla etenī mens quū peruersæ
cogitationi adhuc peruersiorē adiicit: quid aliud q̄ la
pidem super lapidē ponit. Sed in destructa ciuitate su
per lapidem lapis nō relinqtur. quia dum ad ultionē suā
aīa ducitur: oīs ab illa cogitationū suarū cōstructio dissi
patur. Quæ cur hoc patiat̄ adiūgitur. Eo q̄ nō cogno
ueris tēpus uisitatiōis tuæ. Tertus
Prauā quoq; aīam oīpotens deus multis modis uisitare cōsueuit. Nam assidue hanc
uisitat præcepto. aliquādo aut flagello. aliquando uero
miraculo: ut & uera: quæ nesciebat: audiat. & tñ adhuc
superbiens atq; contēnens. aut dolore cōpuncta redeat.
aut beneficiis deuicta malū quod fecit: erubescat. Sed
quia uisitatiōis suæ tēpus minime cognoscit: illis in ex
tremo uitæ inimicis tradetur. cū quibus in æterno iudi
cio dānationis perpetuę societate colligatur: sicut scri
ptū ē. Quū uadis cū aduersario tuo ad principē in uia: Tertus.
da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicē: &
iudex tradat te exactori: & exactor mittat te in carcerem
Aduersarius quippe noster in uia est sermo dei cōtrari⁹
nr̄is carnalibus desiderijs in pñti uita. a quo ip̄e liberat̄
qui præceptis eius humiliter subditur. Alioquin aduer
sarius iudici: & iudex tradet te exactori: quia ex sermone
dñi contēpto reus peccator tenetur in examine iudicis.
Quē iudex exactori tradet: quia hunc maligno spiritui

Luce, xij.

ad ultionem trahere permittit: ut cōpulsam animā ip̄e
ad p̄nam de corpore exigit: quæ ei ad culpam sponte
cōsensit. Exactor mittit in carcerem. quia per malignū
sp̄ritum in inferno ^{retrahitur} retrahitur quousq; dies iudicii ad-
ueniat: ex quo iam in inferni ignibus simul & ip̄e cruci
etur. Expleta igitur perditione ciuitatis: quā nos ad pe-
reuntis animæ similitudinē traximus protinus subdi-
tur. Et ingressus templū cepit eiicere uendentes & emē-
tes in illo. Sicut dei templum in ciuitate est: ita in plebe
fidei uita religiosorū. Et sæpe nōnulli religionis habitū
assumūt: & dum sacrorum ordinum locum percipiūt:
sanctæ religionis officium in cōmerciū terrenæ nego-
tiationis trahunt. Vendentes quippe in templo sūt: qui
hoc: quod quibusdam iure competit: ad præmiū lar-
giuntur. Iusticiam enim uendere est hanc pro præmiū
acceptatione seruare. Ementes uero in templo sūt: qui dū
hoc persoluere proximo: quod iustum est nolunt. dum
q̄ rem iure debitam facere contēnūt: dato patronis pre-
mio emunt peccatū. quibus bene dicitur. Domus mea
domus orationis est: uos aut̄ fecistis illam speluncā la-
tronum. quia dum nōnūquā peruersi homines locū reli-
gionis tenent: ibi maliciæ suæ gladiis occidunt: ubi ui-
uificare proximū orationis suæ intercessione debuerūt
Templū quoq; & domus dei est ip̄a mens atq; cōsciētia
fidelium. Quæ si quādo in lesiōe proximi peruersas co-
gitationes profert: quasi in speluncā latrones resident
& simpliciter gradientes interficiunt: quādo in eos: qui
in nullo rei sunt læsionis gladios defigunt. Mens enim
fidelium non iam domus orationis: sed spelunca latro-

Textus,

Textus,

num est: quando relicta innocentia & simplicitate sanctitatis illud conatur agere: unde ualeat proximis nocere. Sed quia contra peruersa hæc omnia uerbis redemptoris nostri per sacras paginas indefinenter instrui-
^{nunc}mur: nunc usq; hoc agitur: quod factum fuisse perhibetur quum dicitur. Et erat quotidie docēs in templo. *Tertius.*

Quum enim mentem fidelium ad cauenda mala subtiliter erudit: quotidie ueritas in templo docet. Sed sciendum nobis ē quia ueritatis uerbis ueraciter erudimur: si extrema mala nostra formidolose & indefinenter aspicimus: iuxta hoc: quod per quēdam sapientem dicitur. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: et in æternum non pecabis. Pensare quippe quotidie debemus quod ex eiusdem uoce nostri redemptoris audiui-
Ecclesiasti, vii

mus. Et quidem in hac die tua. quæ ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Dum enim districtus iudex sustinet: & adhuc manum non erexit in percussionem. Dum a retributione ultionis ultimæ esse quædam temporis securitas uidetur: debemus pensare malum: quod sequitur pensantes gemere. gementes uitare ea quæ commissimus: peccata indefinenter aspicere: aspicientes flere flentes abstergere. Nulla nos prosperitatis transitoria lætitia dissoluat. nec mentis nostræ oculos ea quæ transitoria sunt: obstruant: ne cæcos ad ignem ducant. Si enim districte pensetur cuius sit ponderis improprium ex ore ueritatis cognoscitur: quum negligent et futura non prospicienti dicitur. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Nam cogitandum

Tertius.

ualde est quantū nobis erit terribilis hora n̄ræ resoluti-
onis qui ^{pauor} mētis quanta tunc oīum malorū memo-
ria quæ obliuio trāsfactæ foelicitatis. quæ formido est
cōsideratio iudicis. Quid ergo esse nobis de p̄ntib⁹ ad
delectationē debet: quādo cunctis simul transeuntibus
nō ualet transire quod iminet quādo & hoc funditus fi-
nitur: quod diligitur. & illud inspicit: ubi dolor nūquā
finitur: Tunc maligni spūs egrediēte aīa sua opa requi-
runt. tunc mala quæ suaserūt replicāt: ut sociam ad tor-
menta trahāt. Sed cur hoc de peruersa solūmodo aīa di-
cimus: quū ad electos quosq; egrediētes ueniant: & suū
in illis si ^{malorum} praeualeāt aliquid requirāt: Vnus aut in homi-
nibus ^{extitit}: qui ante passionē suam libera uoce dixit.
Iam nō multa loquar uobiscū. uenit enim princeps hu-
ius mundi: & in me nō habet quicquā. Quia enim hūc
mortalē hominē uidit suū in illo princeps mundi aliqd
inuenire se posse credidit. Sed sine peccato ullo a mūdi
corruptione exiit: qui sine peccato ad mundum uenit.
Hoc de se contra mundi principē nec petrus dicere prę-
sumpsit: qui audire meruit. Quæcūq; ligaueris sup ter-
ram: erunt ligata & in cœlis. & quodcūq; solueris super
terrā: solutū erit & in cœlis. Hoc nec paulus dicere prę-
sumpsit: qui priusq; mortis debitū solueret: ad cœli ter-
rū secreta peruenit. Hoc nec loānes dicere ausus est: qui
pro amore præcipuo in redēptoris sui pectore in cena
recubuit. Nam quū propheta dicat. Ecce enī in iniqui-
tatibus conceptus sum: & in delictis peperit me mater
mea: sine culpa esse in mundo nō potuit: qui in mundū
cum culpa uenit. Hinc namq; idem propheta ait. Non

Joānis, xliij.

Matthæi, xvi.

Ps, l.

Ps, cxlij.

iustificabitur in cōspectu tuo oīs uinens. Hinc Salomō
ait. Nō est homo iustus in terra: quī faciat bonū & non *Ecclesiasti, viij*
peccet. Hinc Ioānes dicit. Si dixerimus quia peccatum *s. Ioannis, i.*
nō habemus: ipī nos seducimus. & ueritas in nobis non
est. Hinc Iacobus ait. In multis offendim⁹ oēs. Cōstat *Jacobi, iij.*
enī quia oēs: quī de carnis delectatiōe concepti sunt: in
eorum proculdubio uel actione. uel locutione. uel cogi
tatione aliquid suū princeps mundi huius habuit. Sed
idcirco illos uel post rapere. uel prius tenere nō potuit:
quia eos ille a debitis suis eripuit: quī pro nobis sine de
bito mortis debitū soluit: ut nos ideo sub iure hostis nrī
debita nrā nō teneant. quia pro nobis mediator dei & ho
minū homo xp̄us iesus gratuito reddidit: quod nō debe
bat. Quī enī pro nobis mortē carnis indebitā reddidit:
nos a debita aīæ morte liberauit. Ait ergo. Venit enī *Joannis. xiiij*
princeps mundi huius: & in me nō habet quicquā. Vn
de curandū nobis est: & cum magnis quotidie fletibus
cogitandū quā sauius q̄ terribilis sua in nobis opera re
quirens in die nrī exitus princeps huius mundi ueniat:
si etiā ad deū carne moriētē uenit: & in illo quæsiuit ali
quid: quo inuenire nil potuit. Quid itaq; nos miseri di
cturi. quid acturi sumus: quī innumera mala cōmissi
mus? Quid requirenti aduersario & multa sua in nobis
inueniēti dicemus? nisi q̄ solum est nobis certū refugi
um solida spes: quia unum cum illo facti sumus: in quo
princeps huius mundi & suū aliquid requisituit & inue
nire nō potuit. quoniā solus est inter mortuos liber. & a
peccati iam seruicio ueraci libertate soluimur. quia ei: q̄
uere liber est: unimur. Cōstat enī nec negare possum⁹:

sed ueraciter fatemur: quia princeps huius mundi habet
in nobis multa. sed tñ mortis nræ tpe iam nos rapere nō
ualet: quia eius mēbra effecti sumus: in quo non habet
quicquā. Sed quid prodest q̄ eidē redēptori nrō per fi-
dem iungimur: si ab eo morib⁹ disiungamur? Ip̄e etenī
dicit. Nō oīs q̄ dicit mīhi dñe dñe: intrabit in regnum
cœlorū. Recta ergo opera fidei recte iungēda sunt. Ma-
la quæ fecim⁹: per quotidiana lamenta diluamus. trāsa-
ctas nequitias nrās. surgētia ab amore dei & proximi re-
cta opera superent. Nulla: quæ possumus fratrib⁹ im-
pendere bona recusemus. Neq; enī aliter redēptoris no-
stri mēbra efficimur: nisi inherendo deo & cōpatiēdo
proximo. Sed quia ad amorē dei & proximi plerūq; cor-
da audientiū plus exempla q̄ uerba exercitant: charitati
uestre indicare studeo q̄ is qui prestos filius me⁹. Epi-
phanius dyaconus Isauria prouintia exortus in uicina
factum terra lycaonia solet narrare miraculū. Ait enim
q̄ in ea quidam Martirius nomine uitæ ualde uenerabi-
lis monachus fuit: qui ex suo monasterio uisitatiōis gra-
ad aliud monasterium tendebat. cui spiritalis pater pre-
erat. Pergens itaq; leprosum quendā quem densis uul-
neribus elephantinus morbus per membra fedauerat:
inuenit in uia uolētē ad suum hospiciū redire: sed pre-
lassitudine nō ualentē. Ip̄o uero itinere se habere perhi-
bebat hospitium: quo idem Martirius monachus ire se
stinabat. Vir autē dei eiusdem leprosi lassitudini miser-
tus pallium: quo uestiebatur: in terram protinus proie-
cit & expandit: ac desuper leprosum posuit: cūq; pallio
suo undiq; constrictum super humerum leuauit secū

q̄ reuertens detulit. Quūq̄ iam monasteriū foribus pro-
pinquaret: spiritalis pater eiusdē monasteri magnis cla-
mare uocib⁹ cepit. Currite. ianuas monasteri citius ape-
rite: quia frater Martirius uenit dñm portans. Statim
uero & Martiri⁹ ad monasteriū aditum peruenit: is qui
leprosus esse putabatur: de collo eius exiliēs & in ea spe-
cie apparens: quæ recognosci solet ab hominibus redē-
ptor humani generis deus homo iesus christus ad cœlū
Martirio aspiciente rediit. ei⁹q̄ ascendens dixit. Martiri
tu non me erubuisti super terram. ego te non erubescā
super cœlos. Qui sanctus uir mox ut est monasterium
ingressus ei pater monasteriū dixit. Frater Martiri ubi
est: quē portabas? Cui ille respōdit dicēs. Ego si scissem
quis esset: pedes illius tenuissem. Tunc idē Martirius
narrabat quia quum eum portasset: pondus eius minī
me sensisset. Nec mirum. Quomodo enim pond⁹ sen-
tire poterat: qui portantem portabat? Qua in re pēsā-
dum nobis est quantū fraterna cōpassio ualeat. quantū
nos omnipotētī deo misericordie uiscera coniungant.
Inde enim ei qui est super omnia: propinquamus: unde
nos per compassionem proximietiam sub nosmetip̄os
deponimus. In rebus corporalibus nemo alta tangit:
nisi qui tenditur. In rebus uero spiritalib⁹ certum est
quia quanto plus per compassionē attrahimur: tanto
altis uerius appropinquamus. Ecce autē redemptori ge-
neris hūani ad edificationē nr̄am minime suffecit: qđ in
extremo iudicio dicturū se esse phibuit. quādiu fecistis
unī de his fratrib⁹ meis minimis: mihi fecistis. nisi &
atē iudiciū hoc ī se ostēderet qđ dixisset: ut uidelicet de-

Matth. xxv,

mōstraret: q̄a quisquis nūc bona opa indigētib⁹ exhibet
eis hoc specialiter impēdit: cui⁹ hāc amore exhibuerit
& tāto plus quisquā maiore mercedē recipit: quāto nec
eum despiciat: qui amplius despiciendus uidetur. Quid
enī in humana carne sublimius carne xpī: quā est super
angelos exaltata: Et quid in humana carne abiecti⁹ car-
ne leprosi: quā tumescētibus uulneribus scindit. & ex-
halātibus fetorib⁹ impletur. Sed ecce in specie leprosi
apparuit. & is: qui est referēdus super oīa uideri despe-
ctus infra oīa dedignat⁹ nō est. Cur hoc: nisi ut nos sen-
su tardiores amoneret: quaten⁹ quisquis ei qui in cōlo
est: festinat assistere humiliari in terra & cōpati. etiā abie-
ctis despicabilibus fratribus non recuset. Loqui chari-
tati: uic sub breuitate decreuerā: sed quia non est in hoīe
uita eius decurrens sermo retineri nō potest. quē dispo-
nit ip̄e: de quo loquimur. qui uiuit & regnat cum patre
& sancto spiritu per infinita sēcula sēculorū amen.

¶ Dominica undecima.

¶ Ex euangelio Luce decimo octauo capi.



Nillo tpe. Dixit dñs iesus ad quosdā: qui in
se cōfidebant tanq̄ iusti: & aspernabātur cē-
teros: parabolā istam. Duo hoīes ascenderūt
in templū ut orarent. Vnus phariseus: & alter publica-
nus. Phariseus stās hāc aqud se orat. Deus grās ago tibi:
quā nō sum sicut cāteri hominū. Raptores: iniusti.
adulteri: uelut etiā hic publicanus. Ieiuno bis in sab-
bato. decimas do oīum: quā possideo. Et publicanus a
longe stans nolebat nec oculos ad cōlū leuare: sed per-
cutiebat pectus suum dicens. Deus propiti⁹ esto mihi

peccatori. Amen dico uobis. descendit hic iustificat⁹ in
domum suam ab illo. Quia omnis: qui se exaltat: humili
abitur. & qui se humiliat: exaltabitur.

¶ Homelia de eadem lectione.



Vandā parabolā dñs. quia semper orare & nō
deficere docebat. ita cōclufit: ut diceret ueniē
te iudicē difficile in terrā. fidem reperiendā:
nequis sibi forte de super uacua fidei cogitatōe. uel etiā
cōfessione blādiretur: mox altera iuncta parabola dilige
tius ostendit. a deo fidei uerba nō examināda: sed opera.
Inter quā nimirū opera maxime regnat humilitas. Vn
de & supra quum fidem grano sinapis minuto quidem
sed ex cōtritōe fragrātī cōpararet: quas exponendo sub
iungit. Quum feceritis oīa: quā praecepta sunt: dicite *Luce, xviij*
serui inutiles sumus. Quod contra superbi quū nequa
quā oīa: sed modicum quidem hog: quā praecepta sūt:
faciūt: nō solū mox de iusticia prae sumūt: sed & ifirmos
quosq; despiciūt: atq; ideo uacui quū orauerint: nō ex
audiuntur. Duo hoīes ascenderūt in templū ut orarēt: *Tertus*
unus phariseus & alter publicanus. Publicanus humi
liter orans ad illa prae fatā. Hoc est ecclesiae mēbra per
tinent: de quibus supra dicitur. Dñs autē nō faciet uin
dictam electorū suorum clamantiū ad se. Phariseus aut
merita iactans ad ea membra pertinet: de quibus terri
bilis in conclusione sententia subditur. Verūtāmē ueni *Luce, xvij,*
ens filius hominis putas inueniet fidem in terra: Phari
seus stans haec apud se orabat. Deus grās ago tibi: qā nō *Tertus,*
sum sicut ceteri hominū. raptores. iniusti. adulteri: uł
ut etiā hic publicanus. Quattuor sunt spēs: qbus oīs ti

mor arrogantiū demonstratur. Quū bonū aut a semet
ip̄is habere se existimāt. aut sibi datum desuper pro suis
se hoc accepisse meritis putant. aut certe quū iactant se
habere quod nō habent. aut despectis cāteris singulari
ter uideri appetunt habere: quod non habēt. Phariseus
aut̄ iste iactantię peste laborasse deprehēditur. qui idcir
co de templo absq; iustificatione descēdit: quia bonorū
operū merita sibi quasi singulariter tribuēs oranti pu
blicano se ptulit. Ieiuno bis in sabbato. decimas do om
nium: quā possideo. Ezechiel propheta de ostensis sibi
coeli animalibus scribit. & totum corp⁹ plenū erat ocu
lis in circuitu ip̄orū quattuor. Corpa quippe aīalium id
circo plena oculis describūtur: quia sanctorū actio ab oī
parte circūspecta est. Bona desiderabiliter puidēs. ma
la sollerter cauens. Sed nos sepe dum aliis rebus intēdi
mus: sic ut alia negligamus. Et ubi negligamus: ibi pro
culdubio oculos nō habemus. Nā ecce phariseus ad ex
hibendā abstinentiā ad impendendā misericordiā. ad re
ferēdas deo gr̄as oculū habuerat: sed ad humilitatis cu
stodiam nō habebat. Et quid prodest quod cōtra hostiū
insidias pene tota ciuitas caute custoditur: si unū fora
men apertum relinquitur: unde ab hostibus intretur.

¶ Homelia beati Augustini ep̄i de eadē lectione.



LECTIO sancti euangelii edificat nos ad oran
dum & credendū. & non de nobis: sed de dño
pr̄sumendū. Quæ ad orandū maior exhor
tatio: q̄ ut nobis de iudice iniquo proponeret similitu
do: Iudex enim iniquus nec deum timens. nec hominē
reuerens: audiuit tñ uiduā interpellantē se uictus tedio

nō pietate inclināt⁹. Si ergo exaudiuit quod oderat. qđ
 rogabatur: quomodo nō exaudit. qui ut rogemus hor-
 tatur? Quū ergo nobis ista ecōtrario cooperatione dñs
 suaderet: quia oportet semper orare & nō deficere: adie-
 cit & ait. Verūtāmē quū uenerit filius hoīs: putas inue- *Luce, xvij.*
 niet fidē in terra? Si fides deficit: oratio perit. Quis enī
 orat? quod nō credit. Vnde beatus aplūs quū ad orādū
 exhortaret ait. Omnis quicūq; inuocauerit nomen dñi: *Roma, x.*
 saluus erit. Et ut ostenderet fidem fontē esse orōnis. nec
 posse ire riuulum ubi caput aquae siccatur adiunxit at-
 q; ait. Quomodo ergo inuocabūt: in quem nō credide- *Ibidem.*
 rūt? Ergo ut oremus credamus. et ip̄a fides nō deficiat:
 qua oramus uel oremus. Fides fundit orōnem. fusa orō
 etiā ip̄a impetrat fidei firmitatē. Etenim ne in tentatio-
 nibus deficeret fides: propterea deus ait. Vigilate & ora-
 te ne intretis in tentationē. Quid est in tentationē intra-
 re: nisi a fide exire? In tantum enim tentatio proficit: in
 quantum fides deficit. Nam ut apertius nouerit chari-
 tas uestra de fide: ne deficeret & periret dixisse dñm. Vi *Matth. xxvj.*
 gilate & orate: ne intretis in tentationem eo loco euan-
 gelii ait. Hac nocte postulauit Sathanas uexare uos si- *Luce, xxij.*
 cut triticum. Et ego rogo pro te Petre: ne deficiat fides
 tua. Rogat: qui tuetur: & non rogat: qui periclitatur.
 Quod autem ait dominus. Quum uenerit filius homi- *Luce, xviij.*
 nis: putas inueniet fidem in terra: de fide dixit: que per-
 fecta est. Ipsa enim uix in terra inuenietur. Ecce plena
 est ecclesia dei. Quis huc accederet: si fides nulla esset?
 Quis nō mōtes transferret: si plena esset fides? Attēdite
 ip̄os apostolos dimissis omnib⁹ suis: & calcata spe seclī

dñm nō sequerētur; nisi magnā fidem haberent. Et tñ si
plenam haberēt fidē: nō dicerent Dñe auge nobis fidē.
Vide etiam illum utrūq; de se confitētē. uide fidē & nō
plenam fidē. Quidā dum abstulisset dño filiū suū a ma-
lo demonio sanandū & esset interrogat⁹ utrū crederet;
respōdit & ait. Credo dñe. adiuua incredulitatē meam.
Credo inquit. Credo dñe. Ergo est fides. Sed adiuua in-
credulitatē meam. ergo non plena fides. Sed quia fides
nō est superborū; sed humilium; dixit ad quosdam; qui
in se confidebāt tanquā iustī; & spernebāt ceteros; simi-
litudinē hanc. Duo homines ascenderūt in templū ora-
re. unus phariseus & unus publicanus. Phariseus dice-
bat. Gratias tibi ago deus; quia nō sum sicut ceteri ho-
mines. Diceret saltem sicut multi homines. Quid est si-
cut ceteri homines; nisi omnes preter me ipm? Ego in-
quit iustus sum. ceteri prater oēs. Nō sum sicut cete-
ri homines. raptores. iniusti. adulteri & cetera. Et ecce
sibi ex uicino publicano maioris tumoris occasio. Sicut
inquit publicanus iste. Ego inquit solus sum. iste de ce-
teris est. Non sum inquit talis; qualis iste. per iusticias
meas; quibus iniquus nō sum. Ieiuno bis in sabbato. de-
cimas do oīum; quæ possideo. Quid rogauerit deū. qua-
re in uerbis eius nihil inuenies. Ascēdit orare. uoluit de-
um orare; sed se laudare. Parum est nō rogare; sed se lau-
dare. insuper & roganti insultare. Publican⁹ autē de lon-
ginoquo stabat; & deo tñ ipse propinqua bat. Cordis con-
scientia remouebat. pietas applicabat. Publican⁹ de lōn-
ginoquo stabat; sed dñs eum de propinquo attendebat.
Excelsus enim dñs & humilia respicit. excelsos autē qua-

Textus.

Textus.

Textus.

lis erat ille phariseus: excelsa aut a longe cognoscit. dñs
a longe cognoscit: sed nō ignoscit. Adhuc audi humili-
tate publicani. Parum est: quia de longinquo stabat: sed
nec oculos suos ad cœlū leuabat. Respiciere sursum nō
audebat. præmebat cōscientia. spes subleuabat. Adhuc
audi. Percutiebat pectus suū. pœnas de se ipso exigebat. *Tertus*
propterea dñs cōfidenti parcebat. Percutiebat pect⁹ suū *Tertus.*
dicens. Dñe propitius esto mihi peccatori. Ecce qui ro-
gat. Quid miraris: si deus ignoscit: quū ipse se agnoscit?
De phariseo & publicano accepisti cōtrouerſiam. audi
sententiā. Audisti superbū accusatorē. audisti reum hu-
mitem. audi nunc iudicem. Amē dico uobis. Veritas di-
cit. deus dicit. iudex dicit. Amen dico uobis. descēdit iu-
stificatus de templo publicanus ille magis q̄ ille phari-
seus. Dic dñe causam. Ecce uideo publicanū iustificatū
magis de tēplo descendere q̄ phariseum. quæro quare?
Quia omnis qui se exaltat: humiliabitur. & qui se humi-
liat exaltabit. *Tertus.*
Audi sententiā. caue causam malā. Aliud
dico. Audisti sententiā. caue superbiam. Videant nunc.
audiant ista uescio qui impii garrientes & de suis uirtu-
tibus presumētes. Audiant qui dicunt: deus me hoīem
fecit. iustum me ipse facio. O peior & detestabilior pha-
riseo. Phariseus ille quidē superbe iustū se dicebat: sed
tñ ille inde grās deo agebat. Grās tibi de⁹: quia nō sum
sicut cæteri hoīes: & tñ tanq̄ superbus & inflatus repre-
hēdit. non quia deo grās agebat: sed quia uult nihil sibi
addi cupiebat. Grās tibi: quia nō sum sicut cæteri homi-
nes iniusti. Ergo tu iustus. ergo nihil rogas. ergo iā ple-
nus es. Ergo non est tentatio uita humana super terrā.

Ergo iam plenus. Ergo iam abundans. Ergo iam non est
quare dicas dimitte nobis debita nostra. Quis est ergo
qui impie oppugnat gratiam? ^{et reprobos} Reprehendit: qui super
be agit gratias. Et ecce post dictam cōtrouersiam prola-
tamq; sententiā procedunt & paruuli. immo asportant
& offeruntur tangendi. Cui tangēdi: nisi medico? Certe
sani cui offeruntur infantes tangendi. Cui? Saluatori.
Si saluatori utiq; saluandi. Cui: nisi illi: qui uenit quære
re & saluare: quod perierat? Vbi isti perierant? Quantū
ad ipsos proprie attinet innocentes uideo. reatum qua-
ro. Vnde apostolū audio. Per unum hominem intrauit
peccatum in orbem terrarum. Per unum inquit homi-
nē intrauit in mūdum peccatum. & per peccatū mors.
& ita in omnes pertransiuit: in quo omnes peccauerūt.
Veniant ergo paruuli. ueniant audiantur. Dñs dicit. Si-
nite paruulos uenire ad me. Veniant paruuli. ueniāt lan-
guidi ad medicum. ueniant perditī ad redemptorē. ueni-
ant: nemo prohibeat. In ramo adhuc nihil cōmiserunt:
sed in radice perierunt. Benedicat igitur dñs pusillos cū
magnis. tēgat medicus & pusillos & magnos. Causam
paruulorū cōmendauimus maioribus. Loquimini pro
tacentibus. orate pro flentibus. Si nō frustra estis maio-
res: estote tutores. Tuemini eos: qui adhuc causam suā
agere nō possūt. Cōmunis fuit perditio. sic cōmunis in-
uentio. simul perieram⁹. simul in xpō inueniamur. Dis-
par est meritū: sed cōmunis est gratia. Nihil habēt mali ^{enclitica} nisi quod de fonte traxerunt. nihil habēt mali: nisi quod
de origine traxerunt. Nō eos impēdiant a salute: qui ad
id quod traxerūt: multa addiderūt. Qui maior est etate

Roma. v.

Textus.

lvv

maior est & iniquitate. Sed gratia dei delet quod traxisti
delet & quod addidisti. Vbi enim abundauit peccatum
superabundauit & gratia. Tu autem domine.

CDominica duodecima.

CEx euangelio Marci septimo cap.

In illo tpe. Exiens iesus de finibus Tyri uenit
per Sydonem ad mare Galilee inter medios
fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum &
mutum. & deprecabatur eum ut imponat ei manum. Et
apprehens eum de turba seorsum: misit digitos suos
in auriculas eius: & spuens tetigit linguam eius: & suspi-
ciens in celum ingemuit. Et ait illi. Effeta: quod est aperire
Et statim aperte sunt aures eius: & solutum est uinculum
lingue eius: & loquebatur recte. Et precepit illis necui di-
cerent. Quanto autem eis precipiebat: tanto magis plus pre-
dicabant. Et eo amplius admirabatur dicentes. Bene omnia
fecit: & surdos fecit audire. & mutos loqui.

CHomelia uenerabilis beate presbyteri.

Surdus ille & mutus: quem mirabiliter curatum
a domino modo quando euangelium legeretur audiui-
mus: genus designabat humanum in iis qui ab
errore diabolicæ deceptionis diuina merentur gratia liberari
Obsurduit namque homo ab audiendo uerbo uitæ: postea quod
mortifera serpentis uerba contra deum tumido audiuit. Mu-
tus a laude conditoris effectus est: ex quo cum seductore col-
loquium habere presumpsit. Et merito clausit aures ab au-
dienda inter angelos laude creatoris: quas ad audinendam
eiusdem creatoris uituperationem sermonibus hostis in

cautus aperuit. Merito clausit ora prædicanda eū ange-
 lis laude creatoris: quod uult ad meliorādū eiusdē op⁹
 creatoris cibi uetiti prauaricatiōe superbus impleuit.
 Et heu miser generis humani defectus. Quod de radice
 uitiosum germinauit: uitiosius multo dilatarī ^{capit} in
 propagine ramorum: ita ut ueniente in carne dño exce-
 ptis paucis de iudea fidelib⁹: totus pene mūd⁹ ab agni-
 tione & confessione ueritatis surdus erraret & mutus.
 Sed ubi abundauit peccatū: superabundauit & gratia.
 Venit nāq; dñs ad mare Galileæ: ubi nouerat egrotare
 quē sanaret. Venit sue gratia pietatis ad tumentia tur-
 bida et instabilia gentium corda. in quibus nouerat qui
 ad suā grām pertinerent. Et bene inter medios fines de
 capoleos ad mare Galileæ: ubi egrotum sanaret: uenisse
 perhibet: quia relicto ob perfidiā populo: qui decalogi
 mādata acceperat: exteras uenit ad gētes: ut sicut Ioānes
 ait. Filios dei qui erāt dispersi: cōgregaret in unū. Et ad-
 ducunt ei surdū inquit & mutū. & deprecabātur eū: ut
 imponat illi manū. quia ille surdus saluatore agnoscere
 mutus rogare nequibat: adducūt eū amici. & pro ei⁹ sa-
 lute dño supplicāt. Sic nimirum sic in spiritali necesse
 est curatione geratur: ut si quis humana industria ad au-
 ditum confessionēq; ueritatis conuerti non potest: diuī-
 næ pietatis offeratur aspectibus atq; ad sanandum eum
 supernæ manus flagitetur auxiliū. Nec tardat cele-
 stis misericordia medicī: si intenta precantiū nō hesitat
 nec deficit oīo. Vnum statim subinfertur. quia appre-
 hēdēs egrotū iesus de turba seorsū: misit digitos suos in
 auriculas eius: & spuens tetigit linguam eius. Digtos

Joānis. xj.
 Tertus.

Tertus.

quippe furdo in auriculas mittit: ut audiat: quū per do-
na spūalis gratiæ diu nō credētes ad auditū suū uerbi cō-
uertit. Spuens linguā muti ut loqui ualeat tāgit: quum
per ministeriū prædicationis rōnem fidei: quā confiteri
debeat: præstat. Per digitos nāq; dñi spūs sancti dona si-
gnificari & ipse docet. si ego in digito dei eūcio. demonia
quod alius euangelista manifestius ponit. Si ego in spū
dei eūcio demones. Et psalmista ubi ait. Quoniā uidebo
cælos opera digitorū tuorū. idest uidebo sanctos nō fue-
merito uirtutis: sed tue munere spūs a terrenis suspen-
sos & cælesti factos cōuersatiōes sublimes. Sputū quo-
q; capitis & oris dñi uerbū est euangelii: quod inuisibi-
li diuinitatis archano sumptū: uisibiliter mundo ut sa-
nari posset ministrare dignatus est. Notādū saneq; dñs
priusq; auriculā linguāq; sanādi tangeret egroti appre-
hendēs eum seorsum duxit eum e turba. Prima nāq; sa-
lutis spes est quēlibet assuetos uitiōrum tumultus tur-
basq; deferere. & sic ad fūscipiēda sanitatis munera hu-
militer caput inclinare. Neq; ullatenus saluari putādis
est: quādiu quis inordinatis moribus adherere superua-
cuis uerbis delectari: turbulētior cogitatiōibus non ti-
met deuastari: sed qui miserāte & adiuuāte dño turbidā
priscae cōuersatiōis uitam mutauit: qui inspirationē di-
uine græ corde cōcepit. qui uerbo doctrinæ cælestis cō-
fessionē uere didicit fidei: restat ut cōfestim optata sani-
tatis gaudia consequat. Vnde bene postquā de turba se-
gregat infirmum domin⁹. postquam mittit digitos in
auriculas. postquā sputo tangit linguā illius subinfer-
tur. Suspiciens in cælum ingemuit & ait illi. Effeta: qđ

Luce, xi.

Matth. xxi.

ps. vlii.

Textus.

est adaperire. Et statim aperte sūt aures eius. & solutū ē.
 uinculū linguæ eius. Et recte sanatur⁹ ægrotū dñs su-
 spicit in cœlū & ingemuit: ut ubi nobis sperāda salus.
 & qua cōpunctionis uel lachrymarū sit deuotiōe qua-
 renda ac petenda significet. Suspiciēs in cœlū ingemu-
 it. quia nos quos ad possidēda cælestia creauit longe in
 terrestria deiectos esse doluit. Suspiciēs ī cœlū ingemu-
 it: ut nobis quia cælestibus gaudiis per terrena oblecta-
 mēta discessimus: ad hæc per gemit⁹ & suspiria inlinua-
 ret esse redeundū. Quod aut ait. Effeta. id est adaperire.
 ppter aures dicit sanādas. quas surditas diutina clausē-
 rat: sed ad audiendum iam tactus patefecit ip̄ius. Vnde
 credo mox increbuit ecclesiæ ut sacerdotes illius iis
 quos percipiēdis baptis̄mi sacramētis præparauit: pri⁹
 inter cætera cōsecratiōis exordia de salīua oris sui nares
 tangāt. & aures dicētes. Effeta. Per salīuā q̄dem oris sui
 gustū: quo iniciādi sūt supernæ sapiētix designātes. per
 tactū uero nariū ut abiectis delectatiōib⁹ noxiis: solum
 xp̄i amplectātur odorē. De quo apostol⁹. Christi bon⁹
 odor sum⁹ deo in omni loco. ut & meminerint se iuxta
 exemplū beati Iob. donec supest alitus in eis. & spūs dei
 in narib⁹ eorū. nō loqui iniquitatē labiis. nec lingua men-
 daciū meditari debere. Porro per tactū auriū ut relicto
 auditu linguæ nequā audiāt uerba xp̄i & faciāt ea. simi-
 les uiro prudenti: q̄ edificauit domū suā supra petrā. Et
 Vnusquisq; n̄m fratres charissimi: q̄ baptis̄ma xp̄i rite
 suscepit: hoc ordine cōsecrat⁹ est. Oēs qdē: q̄ salutare la-
 uacrū uel pximo hoc paschē tpe: uel aliquādo alias rite
 suscepturi sunt. ip̄o sunt ordine cōsecrādi. Vnde multū

ij. corin. ij.

Job. xxvij.

necesse est ut quod dñs in nobis propiti⁹ abluere & sanctificare dignat⁹ est: ipi passim cōtaminare & pro nihilo pphanare timeamus. Sed etsi qui ceuū nequicie fordidantis incidimus: festinemus sursum lachrymarū & pēnitentiæ fonte mundari. Renouemus aurium puritatē: quam nobis auditu fidei diuinitus constat fuisse collatam. cauentes illud apostoli: quod quibusdā exprobrans ait. A ueritate quidē auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Cohibeamus linguam a malo ij. tbi. iij. quæ confessione fidei sanctificata est. timeamus in ipsa: qua benedicim⁹ deum & patrem: maledicere hominēs: qui ad imaginē dei facti sunt. Qui enim putat se religio sum esse nō refrenās linguam suam: huius uana est religio. Ecce enim dicitur. quia aperte sunt aures eius & solutum est uinculū linguæ eius: & loquebat⁹ recte. Qui ergo recte loqui baptismatis nostri tpe didicim⁹ corde credēdo ad iusticiā. ore autē cōfessionē faciēdo ad salutē. curandū summopere est: ne post baptisma ad iniusta & noxia uerba declinemus. Si enim ipso iudice attestante omne uerbū ociosum: qđ locuti fuerint hoies: reddent rōnem de eo in die iudicii. quid putamus fieri de illis: q nō solū ociosa: sed & criminosa loquūt. qui ipudiciæ. iactantiæ. blasphemiæ. & qđ maxime minus libet detractionis sermonib⁹ seruire nō timēt. qui pferūt mēdacia testes fallaces. qui semināt inter fratres discordias? Nō solum autē a malis aures linguamq; satis est castigare loquelis: si nō etiā iuxta psalmistam inclinē⁹ aurē nostrā in uerba oris dei. Si nō os nostrū loquat sapientiā. & meditatio cordis nrī prudētiā. Sed & cūctos simul

interioris exteriorisq; hoīs nrī sensus qui cunctī in bap-
 tismo abluti sunt: oportet mundos ac bonis operib⁹ ser-
 uemus isuper semper ornatos. Curato autē surdo & mu-
 to: nideamus quid sequitur. Et praecepit inquit illis necui
 dicerēt. Quanto autē eis praecepiēbat: tantomagis plus
 praedicabāt. in eo amplius amirabātur dicētes. Bene oīa
 fecit. & surdos fecit audire & mutos loqui. Quare frēs
 charissimī hāc acta credamus? Nūquid nō estimandū
 est: q; unigenitus dei filius signum faciēs. & hoc absco-
 di uoluerit. & contra uoluntatē illius sit patefactum in
 turbas: nec potuerit silentio signum tegere si uellet. qđ
 potuit facere quū uoluit. An forte nobis exemplū dare
 uoluit: ut uirtutū opera facientes uitiū iactantiē per
 oīa gloriāq; uitemus humanā: ne bona nrā actio per in-
 anem uulgi fauorem supernae retributiōis munere pri-
 uetur. Et tñ sciamus opera nrā si digna imitatione sunt:
 nullaten⁹ posse celari: sed ad utilitatē fraternae correcti-
 onis ipso dispēsante patefieri. qui dicit. Non potest ciui-
 tas abscondi super montē posita. Et alibi. quoniā quae in
 tenebris dixistis: in lumine dicētur. Et re uera ita oīmo-
 de ita intelligenda est dñici dispēsatio praecepti. Quod
 nō ita tamen dictum quis estimet quasi bona facientes
 fraternos cauere debeamus aspectus: quū dñs dicat. Lu-
 ceat lux ur̄a coram hoīb⁹: ut uideant opera ur̄a bona.
 sed ut per opera: quae fratrib⁹ ostendimus: nō laudem
 ab illis: sed profectū quæram⁹. Hoc est enī quod seq̃r.
 Et glorificēt prem̄ ur̄m: qui in coelis est. Nam qui ea in-
 tentione bona ostendunt opera: ut ipi soli laudēt. nō autē
 ut laudātes in bono proficiāt. nec ut pater: qui in coelis

Actus

Mathei. v.
 Luce. xij

Mathei. v.

est: glorificetur. tales sunt nimirum illa terribili incre-
patione plectēdi: quū dicitur. Amen dico uobis recepe- Mathei. vi.
runt mercedē suā. Sed & hoc dicendū: quia si illi uirtu-
tes dñicas tacere nequeunt: qui tacendi præceptū acce-
perunt. multo amplius sit nobis diuinæ gratiæ præco-
niis semper insistentū: qui quotidianis inuicē nos uer-
bis a cælestibus alimonis reficere præcipimur dicēte
apostolo Ioāne. Qui audit: dicat ueni. id est qui gratiam Apoca. xxi
supernæ aspiratiōis mēte cōcepit: qui uerbū exhortatio-
nis: quo utiliter proximū cōfortare ualeat dicit. nequa-
quā quod nouit: silentio abscondat: sed ipm protin⁹ fra-
tribus aperiendo cōmunicet. Si ea: quæ nouimus: beni-
gne proximis dicere bona non negligimus: aderit ille: in
quo sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.
& quod nunc experte cognouimus: ad perfectū nobis
lumen ueritatis intimare dignabitur iesus xp̄us dñs n̄r
unigenitus patris. qui cum eo uiuit & regnat in unita-
te sp̄itus sancti & cetera.

¶ Dominica tertiadecima.

¶ Ex euangelio Lucę decimo capi.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Beati
oculi qui uident: quæ uos uidetis. Dico enī
uobis q̄ multi pphetæ & reges uoluerūt ui-
dere: quæ uos uidetis: & nō uiderūt. & audire que audi-
tis: & nō audierunt. Et ecce quidā legisperitus surrexit
tentās eum & dicens. Magister quid faciendo uitā æter-
nam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quod scri-
ptum est: quomodo legis? At ille respondēs dixit. Dili-
ges dñm deū tuū ex toto corde tuo. & ex tota aīa tua. &

ex oībus uīribus tuis. & ex omni mēte tua. & proximū tuū sicut te ip̄m. Dixitq; illi. Recte respondisti. Hoc fac & uiues. Ille aut̄ uolens iustificare se ip̄m dixit ad iesum. Et quis est meus proximus? Suspiciens aut̄ iesus dixit. Homo quidā descēdebat ab hierusalē in hyerico: & incidit in latrones. Quī etiam spoliauerūt eum: & plagis impositis abierunt semiuīuo relicto. Accidit autē ut sacerdos quidam descēderet eadem uia: & uiso illo prateriit. Similiter & leuīta quū esset secus locum & uideret eū: pertransiit. Samaritanus aut̄ quidam iter faciens uenit secus eum: & uidens eum misericordia motus est. Et approprians alligauit uulnera eius: infundēs oleum & uinum. Et imponēs illum in iumentū suū duxit in stabulum: & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios: & dedit stabulario: & ait. Curā illius habe: & quodcunq; super erogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium tibi uidetur proxim⁹ fuisse illi: qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiā in illum. Et ait illi iesus. Vade & tu fac similiter.

¶ Homelia de eadem lectione.



Illorum ergo oculos dñs beatos ostēdit: qui hominē uidentes deum crediderūt. Nā quid in illo homine spūalib⁹ oculis interius uiderent: alibi ostēdit quū requisiti unius uoce respōdēt dicētes. Tu es xp̄us filius dei uiuī. Et talis uisio talisq; confessio. quā beatitudine mereatur: ip̄e dñs ostēdit quum ptin⁹ rñdit dicēs. Beat⁹ es Symon bariona: quia caro & sanguis nō reuelauit tibi: sed pater me⁹: qui est in cœlis. Neq; hac beatitudine fraudamur: qui eū corpālitet non

Marc. xvi.

Ibidem.

uidimus: & tamē spūaliter credim⁹: sicut cui dā se uidē-
 ti dixit. Quia uidisti me: credidisti. beatī qui nō uiderūt Joānis, xx.
 & crediderūt. Dico enī uobis q̄ multi reges & pphetæ Luce, x.
 uoluerūt uidere quæ uos uidetis: & nō uiderūt. & audi-
 re quæ auditis: & nō audierunt. Si reges iuxta litteram
 accipimus: cognoscere possum⁹ quia sancti reges. qua-
 lis fuit Dauid. Ezechias. & Iosias uoluerūt uidere quod
 apostoli uidebāt: sed nō uiderunt. Sed quia rex a regēdo
 nomen accepit: spūaliter eos reges accepimus: qui quā-
 uis sint paupertate tenues: tñ actus suos cogitationesq̄
 iuste regere & disponere nouerunt. De quibus per Sa-
 lomonē dicitur. Cor regis in manu dñi. Vnde bene ali⁹
 euangelista pro regibus iustos posuit: dicens. Multi iu- Mathei, viij.
 sti & pphetæ uoluerunt uidere quæ uos uidetis. & nō
 uiderūt. Sicut enī amittit regiā potestātē: qui tyrannidē
 exercet. nec sibi subiectos regere uoluit: sicut paup̄ &
 exiguus regis noīe censetur. qui seipm̄ regere nouit be-
 ne. Et ecce quidā legisperitus surrexit tentās illū & di-
 cens. Magister qd faciēdo uitā æternā possidebo? For- Tertius
 tasse legisperit⁹ iste ad tentandū dñm non surgeret: nisi
 ex ipi⁹ uerbis occasionē uerbi sumpsisset: q̄b⁹ superi⁹
 discipulis dixerat. Caudete: quia noīa uīa scripta sunt in
 cœlis. Voluit enī scīre utrū & nomen suū scriptū dice-
 ret in cœlo. Et ideo tam sollicitē interrogat. Quid faciē-
 do uitā æternā possideat. Sed quia iperite loq̄ bonū
 nō recta intēciōe pferre est: legisperitus iste iperite iter-
 rogasse cōprobat. Quod enim nō recta intentione dñm
 interrogauit: euangelista manifestat quum dicit. Sur-
 rexit tentans eum. Surrexit autem non solū corpore ad

interrogandū: sed etiam mentis elatiōe ad tentandū: qđ
īpe suis aperit uerbis: quū hūc nō quasi dñm: sed quasi
magistrū inquit dicens. Magister quid faciendo uitā
æternam possidebo? Sed dñs: quem occulta cordis non
fallunt: & quem nulla latet cogitatio: ita suam responsi
onē temperat: ut & ad interrogationē scribē respōdeat:
& a tentatore reprehendi nō possit.

¶ Homelia beati Ambrosii epī de eadē lectione.



Perit dñs caeleste mysterium: quod placuerit
deo ut paruulis magis q̄ prudētib⁹ istius mū
di suā grām reuelaret. Quod apostolus Pau
lus stilo pleniore digessit dicens. Nōne stultā fecit deus
sapientiā huius mundi? Nam quoniā dei sapiētiā nō co
gnouit: hic mundus per sapientiā placuit deo. per stul
titiā prädicationis saluos facere credētes. Paruulū ergo
accipiam⁹: q̄ se exaltare nō nouerit. & phaleratis sermo
nibus arcē suā iactare prudentiā quod philosophi ple
riq; faciunt. Paruulus erat qui dixit. Dñe nō est exaltatū
cor meū: neq; elati sunt oculi mei. neq; ingressus sum in
magnis. neq; in mirabilibus super me. Et ut scīres par
uulum hunc nō ætate. nō sensu fuisse: sed humilitatē suā
& quadā declinatione iactantiā addidit: sed exaltaui ani
mam meā. Vides quā excelsus fuerit hic paruulus quā
to uirtutū sublimis uertice? Tales nos paruulos uoluit
esse apostolus quū dicit. Siquis uidetur inter uos sapiēs
esse in hoc sæculo: stultus fiat: ut sit sapiens. Sapiētiā
enī hui⁹ sæculi stulticia est apud deum. Pulcherrimus
cōnectit de fide locus: quando oīa sibi tradita dicit a p̄e
suo. Quū oīa legis oīpotentē agnoscis: nō decolorē. nō

1. corin. 1.

ps. cxxx.

1. corin. iij.

degenerem patris. Quū tradita legis: filium confiteris: cui per naturam oīa unius substantiæ iure sint proprio nō dono collata per grām. Addidit. nemo scit quis est filius: nisi pater. & quis pater: nisi filius. & cui uoluerit filius reuelare. Ideo beatos dixit oculos illorū: quibus datum est dei salutare xpm̄ uisere. Vt scias autē quia sicut filius p̄rem quibus uult reuelat: ita etiam pater reuelat quibus uult filium. Audi dicentē ip̄m dñm̄ iesum quū laudaret Petrū q̄ eum dei filium esse confessus est. Beatus es inquit Symō bariona. quia nō caro & sanguis reuelauit tibi: sed pater meus: qui in cœlis est. Adheret his lectio: qua exponūt ij: qui legisperiti sibi uidentur. qui uerba legis tenent. uim legis ignorāt. & ex ip̄o primo legis capitulo docet esse ignaros legis: probās q̄ in principio statim lex & patrē & filium prædicauerit. incarnationis quoq; dñicæ annūciauerit sacramentū dicēs. Diliges dñm̄ deum tuum. & diliges proximū tuum sicut te ip̄m. Vnde dñs ait ad legisperitum. Hoc fac & uiues. At ille quasi nesciret proximū suum: quia nō credebatur in xpm̄: respōdit. Quis est proximus meus? Ita qui xpm̄ nescit: nescit & legem. Quomodo enī potest scire legē: quū ueritatē ignoret eum: lex annūciat ueritatem? Homo quidam ex hierusalē descendebat hierico. Vt eū locum: qui propositus est nobis: planius possimus absoluere: ueteris ciuitatis hierico repetamus historiā. Meminimus itaq; q̄ hierico sicut legimus in libro: qui scribitur iesu Naue magna ciuitas fuit muralibus septa parietibus: quæ nō ferro peruia. non ariete posset esse penetraibilis. in ea Raab habitasse meretricem: quæ explo

Matthel. xvi

Textus.

Textus.

ratores: quos dixerit iesus: hospitio recepit. cōsilio iſtru-
xit. poſtulātibus ciuibꝯ ab iſſe reſpondit. abſcondit in
tecto: ut ſe ſuoſq; urbis excidio poſſet eripere coccum. i
fenestra ligauit. Urbis autē ipſius iexpugnabiles muros
ſeptem tubarū ſacerdotalium ſono & populī iubilantis
ululatu cōſono corruiſſe. Videte quomodo unusquiſq;
propiū ſeruet officiū. explorator excubias. myſteriū
meretrix. fidem uictor. religionē ſacerdos. Hi periculū
pro laude nō metuūt. illa ſulceptos nec in periculis pro-
dit. Iſte ſollicitus magis fidem ſeruare q̃ uincere mere-
tricem prius mandat ſalutē q̃ excidiū ciuitatis. Religio-
nis autē inſignia arma ſunt ſacerdotis. Iam illud quis nō
plenū putet eſſe miraculū: q̃ ex tota urbe nemo ſeruat?
eſt: niſi quē meretrix liberauit. Hæc ſimplicis hiſtoria
ueritatis eſt: quæ ſi altiꝯ cōſideret: admirāda ſignat my-
ſteria. Hierico enim figura iſtius mūdi eſt. in quā de pa-
ra-diſo hoc eſt hieruſalē illa cæleſti eiectus Adam præua-
ricatiōis prolapſione descendit. hoc eſt de uitalibꝯ ad in-
ferna demigrans: cui nō loci: ſed morum mutatio natu-
ræ ſuæ fecit exilium. Longe enim ab illo mutatꝯ Adam
qui inoffenſa beatitudine truebat. ubi in ſæcularia pec-
cata deflexit: incidit in latrones. in quos nō icidiſſet: niſi
hiſ mandati cæleſtis deuſ ſe feciſſet obnoxium. Qui
ſunt iſti latrones: niſi angeli noctis atq; tenebræ: qui ſe
nōnūquā tranſfigurāt in angelos lucis: ſed perſeuerare
non poſſunt. Hi ante deſpoliant quæ accepimus indu-
menta gratiæ ſpiritalis. & ſic uulnera inferre cōſueue-
runt. Nā ſi intemerata quæ ſumpſimus indumenta ſer-
uamus: plagas latronum ſentire nō poſſumus. Caue er.

go ne ante nuderis. sicut Adam ante nudatus est māda-
 ti cælestis custodia destitutus & exutus fidei testamen-
 to. & sic letale uulnus excepit. In quo omne genus occi-
 disse humanū: nisi Samaritanus ille descendēs uulnera
 eius acerba curasset. Nō mediocris iste samaritan⁹: qui
 eum: quem sacerdos. quem leuita despexerat: nō etiā ipse
 despexit. Nec uocabulo sectę despicias: quem uerbi in-
 terpretatione miraberis. Samaritanī enim uocabulo
 custos significatur. hoc habet iterpretatio. Quis est cu-
 stos: nisi ille de quo dictū est. Custodiēs paruulos dñs? ps. cxliij.
 Itaq; sicut iudeus alius in littera. alius in spiritu: ita & sa-
 maritanus alius foris. alius in occulto. Hic ergo samari-
 tanus descendit. Quis est qui descendit de cælo: nisi qui
 ascendit in cælum filius hominis: qui est in cælo? Vidē-
 tes seminiuum: quem nemo poterat ante curare: sicut
 illam quæ fluxu sanguinis profluens in medicis eroga-
 uerat omne patrimonium suum: uenit secus eum. Hic
 est factus compassionis nostræ susceptione finitimus:
 & misericordiæ consolatione uicinus. Et alligauit uul-
 nera eius infundēs uinum & oleum. Multa medicamē- Tertus
 ta medicus habet iste: quibus sanare consueuit. Sermo
 eius medicamentum est. Alius ei⁹ sermo constringit
 uulnera. Alius oleo fouet. Alius uinū infundit. Cōstrin-
 git uulnera austeriori præcepto. Fouet remissione pec-
 cati. Sicut uino compungit denunciatione iudicii. Et
 imposuit inquit eum in iumentum suum. Audi quomo- Tertus
 do te imponat. Hic peccata nostra portat. & pro nobis
 colet. & pastor iposuit ouē lassam super humeros suos.
 Homo enī iumentis similis fact⁹ est. Et ideo supra iumē-

tum suum nō imposuit: ne nos effemus sicut equus &
 mulus. & per nūi corpis assumptionē infirmitates nrae
 carnis oboleret. Deniq; duxit nos in stabulū: qui eram⁹
 iumēta. Est autē stabulū in quo defessi lōgo itinere suc-
 cedere solent. Duxit itaq; illum in stabulū dñs: qui susci-
 tat a terra inopem; & de stercore erigit pauperē; & curā
 eius egit: ne eger ea quae acceperāt: nequaquā praecepta
 seruaret in quo agnouit asina praesepiū dñi sui. Sed non
 uacabat samaritano huic in terris diu degere. Redeun-
 dū enī erat eo: unde descēderat. Itaq; altero die. Quis est
 iste alter dies: nisi forte ille dñice resurrectionis. de quo di-
 ctum est. Hāc est dies: quā fecit dñs. Protulit duos de-
 narios & dedit stabulario & ait. Curam illius habe. Qui
 sunt isti duo denarii: nisi forte duo testamēta: quae ima-
 ginē in se habent aeterni regis expressam: quorū prae-
 ciosa uulnera nra curantur? Redēpti enī sumus prae-
 cioso san-
 ne: ut ultimē mortis ultima uitaremus. Hos ergo duos
 denarios licet horū quoq; librorū quattuor formas nō
 absurdū sit intelligere. Accepit stabularius. Qui ille: for-
 sitan qui ait. Hāc aestimo stercora ut xpm lucrificā
 quo curā haberet hoīs uulnerati. Stabularius itaq; ē ille
 qui ait. Misit me xpus euāgelizare. Stabularii sunt isti:
 quibus dicit. Ite in orbē uniuersum & praedicate euan-
 geliū omni creaturae. & qui crediderit & baptizat⁹ fue-
 rit: saluus erit. Saluus utiq; a morte. Saluus a uulnere:
 quod infixū est a latronib⁹. Beatus ille stabularius: qui
 alterius uulnera curare potest. Beatus ille: cui dixit iesus
 Quodcunq; supererogaueris: reuertens reddam tibi.
 Bonus dispēsator paulus: cuius sermones & epistolae ue-

ps. c. xvij.
 Lexus,

ps. lxxv.

i. corin. f.

i. corin. xv.

luti ei ratione quā acceperat: superfluū moderatū dñi
mandatū prope imoderato labore mentis & corporis
executus: ut multos ab ægritudine graui spiritalis allo-
qui dispēsatione releuaret. Bonus ergo stabulari⁹ stabu-
li eius: in quo agnouit asinus præsepium dñi: & in quo
greges claudūtur agnorū: ne fremētibus ad caulas ra-
pacibus lupis facilis in ouilia sit ingressus. Spōdet ergo
mercedē se redditurū. Quādo reuerteris dñe: nisi iudi-
cū die? Nā licet ubiq; sis: semp stans in medio nr̄m: non
cernaris a nobis: erit tñ tēpus: quo uniuersa caro te aspi-
ciat reuertentē. Redde ergo quod debes. Beati: quib⁹ es
debitor. Vtinā nos simus idonei debitores. Vtinā quod
accepimus possim⁹ exoluere. nec nos aut sacerdoti: aut
ministrū mun⁹ extollat. Quomodo reddes bone iesu?
Promisisti quidē in cœlo bonis copiosam esse mercedē
reddis tñ & quū dicis. Euge euge serue bone: quoniā su-
per pauca fuisti fidelis. supra multa te cōstituā. intra in
gaudiū dñi tui. Ergo quoniā nemo magis pxim⁹ q̄ qui
uulnera nr̄a curauit: diligam⁹ eū quasi dñm. diligamus
& quasi proximū. Nihil enim tam proximū q̄ caput mē-
bris. Diligamus etiā eum: qui imitator est xp̄i. Dili-
gamus eum: qui inopiæ alterius corporis unitate cōpatit̄.
Nō enim cognatio facit proximū: sed misericordia. q̄
misericordia secundū naturam. Nihil enim tam secun-
dum naturam q̄ iuuare consortem naturæ.

Mathei, xxv,

CDominica quartadecima.



Ex euāgelio Lucę decimo septimo cap̄.
N illo tpe. Dum irēt iesus in hierusalē trās-
bat per mediā Samariā & Galileā. Et quum

ingrederetur quoddā castellū: occurrerūt ei decem uirī
leprosi. Qui steterunt a longe & leuauerūt uocem dicē
tes. Iesu praeceptor miserere nostri. Quos ut uidit dixit.
Ite & ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, dū irēt:
mundati sunt. Vnus autē ex illis ut uidit quia mundat⁹
est: regressus est cum magna uoce magnificans deum.
Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agēs. Et hic
erat samaritanus. Respondēs autē iesus dixit. Nōne decē
mundati sunt? Nouem ubi sunt? Non est inuētus qui
rediret & daret gloriā deo: nisi hic alienigena. Et ait illi.
Surge & uade: quia fides tua te saluum fecit.

CHomelia de eadem lectione.

Ileprosi nō absurde intelligi possunt: qui sci-
entiam uere fidei nō habentes: uarias doctri-
nas profitetur erroris. Non enim uel ascon-
dunt imperitiā suā: sed pro summa peritiā proferūt
in lucem. & iactantiā sermonis ostendūt. Nulla porro
falsa doctrina est: quæ non aliqua uerā intermisceat. Ve-
ra ergo falsis inordinate permixta in una disputatiōe uel
narratiōe hoīs tāquā in unī⁹ corpis colore apparētia si-
gnificāt lepram: tāquā ueris falsiq; colorē locis huma-
na corpora uariantē ac maculantē. Hi autē uitādī sunt ec-
clesiæ: ut si fieri pōt lōgi⁹ remoti magno clamore inter-
pellēt. Vnde & aperte subdit. Qui steterūt a lōge & leua-
uerūt uocē dicentes. Iesu p̄ceptor miserere nrī. Et bene
ut saluētur iesum praeceptorē nomināt. Quia enī in ei⁹
uerbis se errasse significāt: hūc saluādī hūiliter p̄cepto-
rem uocant. Quūq; ad cognitionē praeceptoris redeūt:
mox ad formam salutis recurrunt. Nam sequitur, Quos

ut uidit; dixit. Ite ostendite uos sacerdotib⁹. Et factum
est dum irent mūdati sunt. Nullos dñs eorum; quibus
hæc corporalia beneficia præstitit inuenitur misisse ad
sacerdotes: nisi leprosos. Quia uidelicet sacerdotiū iude
orū figura erat futuri sacerdotiū regalis: quod est in ec-
clesia; quo consecratur omnes pertinētes ad corp⁹ xpī
summi & uerī principis sacerdotū. Et quisquis uel he-
retica prauitate. uel superstitione gētili. uel iudaica per-
fidia. uel etiam scīsmate fraterno quasi uario colore per
xpī gratia corruerit; necesse est ad ecclesiam ueniat; colo-
rēq; fidei uerę: quē acceperit; ostēdat. Cætera uero uitia
tanquā ualitudinis & quasi mēbra aīa atq; sensuū per se
ipm interi⁹ in cōsciētia & itellectu dñs sanat & corrigit.
Deniq; & paul⁹ uoce audita qd me pseqr̄is. & ego sum
iesus quē tu pseqr̄is; ad Ananiā tamē missus est; ut illo
sacerdotio: qd in ecclesia cōstitutū est sacramētū doctri-
næ fideiq; pciperet. & uer⁹ ei⁹ approbareť color. Nō qā
nō pōt per se ipm dñs oīa facere: nā qs ali⁹ hæc facit etiā
in ecclesia; sed ut ipa societas cōgregatoꝝ; fidelīū appro-
bando inuicē atq; cōmunicādo uerē fidei doctrinam in
oībus quæ dicūtur uerbis. uel signātur sacramētis tan-
quā unā speciē uerī coloris obducatur. Corneli⁹ etiā quū
elemosyne eius acceptæ & preces eius audite ei ab ange-
lo nunciētur: propter doctrinæ tñ sacramētorūq; uni-
tatē ad petrū iubetur mittere tanquā illi & suis diceret.
Ite ostēdite uos sacerdotib⁹. Nā & quū irēt mūdati sūt.



Homelia bti augustini epi de eadē lectiōe.

N leprosis illis: quos dñs ita mundauit; quū
ait. Ite ostēdite uos sacerdotib⁹ multa quæ ri

possunt; quæ merito quærētes moueant: nō solū de numero quid sibi uelint q̄ decē sunt: & q̄ unus ex eis solus gr̄as agit. Hæc enī libere quærūtur: ut etiā nō inuestigata uel nihil uel multū impediāt intētionem legentis: sed illa poti⁹ cur eos ad sacerdotes miserit: ut quū irent mūdarētur. Nullū eorū quib⁹ hæc corporalia beneficiū p̄stitit: inuenit⁹ misisse ad sacerdotes: nisi leprosos. Nam & illū a lepra mūdauerat: cui dixit. Vade ostēde te sacerdotib⁹. & offer pro te sacrificiū: qđ p̄cepit Moyses in testimoniu illis. Deinde qualis mundatio spiritalis possit eorū itelligi: quos ingratos extitisse arguit. Secūdū corpus enī facile est uidere hominē posse nō habere leprā: & tñ animi nō est boni. Secūdū significationē aut̄ hui⁹ miraculi dici possit ingrat⁹. Quærēdū est igit⁹ qđ ip̄a lepra significet. Nō enī sanati: sed mūdati dicunt: qui ea caruerūt. Coloris quippe uitū est: nō ualitudinis. aut ītegritatis sēsū atq; mēbroꝝ. Leprosi ergo nō absurde itelligi possunt: qui scientiā uerę fidei nō habētes uarias doctrinas p̄fiterent⁹ erroris. Nō enī uel abscondūt imperitiā suā: sed pro summa peritiā proferunt in lucē: & iactantiā sermonis ostēdunt. Nulla porro falsa doctrina est: quæ nō aliqua uera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta in una disputatiōe uel narratione hominis tanquā in unius corporis colore apparētia significāt lepram tanquā ueris falsiq; colorum locis humana corpora uariantē atq; maculantē. Hī aut̄ tam uitādī sunt ecclesiæ: ut si fieri potest: lōgius remoti magno clamore xp̄m interpellēt: sicut isti decē steterūt a lōge & leuauerūt uocē dicētes. Iesu præceptor miserere nostri.

Nam & q̄ præceptorē uocāt quo nō nescio utrū quis
quā dñm iterpellauerit pro medicina corporali. satis pu
to significare lepram falsam esse doctrinā: quā bon⁹ pre
ceptor abstergit. Sacerdotiū uero iudeorū nemo fide
liū fere dubitat figuram fuisse futuri sacerdotiū regalis:
quod est in ecclesia: quo cōsecrātur oēs p̄tinētes ad cor
pus xp̄i sumi uerī principis sacerdotum. Nam nunc &
oēs ungūtur: quod tunc regibus tm̄ & sacerdotib⁹ fie
bat. Et quod ait petrus ad xp̄ianū populū scribēs regale
sacerdotiū utrūq; illi populo nomē cōuenire declarauit
quo illa unctio pertinebat. Cætera itaq; uitia tanquam
ualitudines & quasi mēbrorū animæ atq; sensuū per se
ip̄m interius in cōscientia & intellectu dñs sanat & cor
rigit. Doctrina uero uel imbuendi per sacramenta. uel
cathezizantē per sermonē sonantē atq; lectionē. ubi co
lor quidam uerus intelligit atq; sincerus. quia in prom
pto est & foris eminētissimus. nō enī in occultis cogita
tionibus: sed in manifestis operationib⁹ hæc aguntur:
ecclesiæ propriē cōtributa est. Itaq; & Paulus uoce dñi *Actuū, 17.*
audita. Quid me persequeris. Ego sum iesus: quē tu per
sequeris: ad Ananiam tm̄ missus ē: ut illo sacerdotio: qđ
in ecclesia constitutū est: sacramētū fidei doctrinæ per
ciperet: & uerus eius approbareť color. nō quia nō pōt
per se ip̄m dñs oīa facere. Nam quis aliū hæc facit etiā
in ecclesia. sed ut ip̄a societas cōgregatorū fideiū appro
bando inuicem atq; cōmunicādo uerē fidei doctrinā in
oibus: quæ dicūtur uerbis. uel signātur sacramētis. tā
quā unam speciem uerī coloris obducant. Ad hoc perti
net etiam: quod idē dicit apostolus. Deinde post annos *Gala. 3.*

quattuordecim ascēdi hierosolymā cū Barnaba assum-
pto etiam Tyto. Ascendiaūt secundū reuelationē. & ex-
posui euāgeliū: quod prædico in gētibus. seorsum autē
ijs: qui uidētur, ne forte in uacuum curro. aut cucurri.
Et paulo post. Quū cognouissent inquit gratiam: quæ
data est mihi. Petrus. Iacobus. & Ioānes: qui uidebant
colūne esse. dexteras dederunt mihi & Barnabæ societa-
tis. Ip̄a enim collatio unā doctrinæ speciē exclusa omni
uarietate mōstrabat: quod salubriter etiam Corinthios
monet dicēs. Obsecro autē uos fratres per nomē dñi nr̄i
iesu xp̄i: ut id ip̄m dicatis oēs. Corneli⁹ etiā quum & ele-
mosyne eius acceptæ & preces eius audite illi ab angelo
nūnciarētur propter doctrinæ sacramentorūq; unitatē
ad Petrū iubetur mittere: tanquā illi & suis diceret. Ite
ostendite uos sacerdotibus. Nam & quum irent: mun-
dati sunt. IAM ENIM ad eos uenerat Petr⁹: sed tñ ip̄i
nōdum accepto baptismatis sacramēto. nōdū spūaliter
ad sacerdotes peruenerant. & tñ infusione spūs sancti &
āmiratione linguarū eorū mundatio declarata est. Quæ
quū ita se habeāt: iā facile est etiā illud uideri fieri posse:
ut quisq; in ecclesiæ societate doctrinam integrā uerāq;
assequatur. Et oīa secundū catholicæ fidei regulā disse-
rat. distinguat a creatore creaturam. eoq; manifestetur
uarietate mendaciorū tanquā lepra caruisse: & tñ ingra-
tus sit deo & dño mundari suo. qui elatus superbiā gra-
tiarū agēdarū pia humilitate nō sternitur. similisq; effi-
citur ijs: de quib⁹ apostol⁹ dicit. Qui quū cognouisset
deū. nō sicut deum glorificauerūt. aut gr̄as egerūt. Qd̄
enī dicit egs deū cognouisse; ostendit qdē a lepra fuisse

j. corinthi, j.

Romano, j.

mundatos: sed tñ statim accusat ingratos. Ideoq; tales in
nouenario numero tanquā imperfecti manebunt. Vñ
enim si addatur ad nouem: quādā effigies unitatis imple
tur. quo fit tanta cōplexio ut ultra nō p̄grediat̄ numer⁹
nisi rursus ad unū redeatur. & hæc per infinitatē nume
ri regula custodiatur. Nouē itaq; indigent uno: ut qua
dam unitatis forma coagulētur & decem sint. Vñ autē
non eis indiget: ut custodiat unitatē. Quā ob rem ut illi
nouē: qui gr̄as nō egerunt: reprobi effecti a cōsortio uni
tatis exclusi sunt: ita ille unus: qui gr̄as egit: unicæ eccle
siæ significatione approbatus atq; laudatus est. Et quia
illi erant iudei: amisisse superbia declarati sunt regnum
cœlorū: ubi maxime unitas custoditur. Iste uero Sama
ritanus: quod interpretatur custos. illi a quo accepit tri
buens qđ accepit. & quodāmodo cantās illud de psalmo
Fortitudinē meā ad te custodiā per gr̄arū actionē regi ps. lviij.
subiectus: unitate regni humili deuotōe seruat. Tu autē.

¶ Domínica quíntadecima.

¶ Ex euangelio Matthei sexto capí.

N illo tempore. Dixit iesus discipulis. Ne
mo potest duobus dñis seruire. Aut enī unū
odio habebit & alterū diliget: aut unū susti
nebit & alter cōtēnet. Nō potestis deo seruire & māmō
ne. Ideo dico uobis ne solliciti sitis aīæ uīæ qđ māduce
tis: nec corpī uīo qđ induamini. Nōne aīa pl⁹ ē q̄ esca: &
corp⁹ plusq; uestimētū? Respícite uolatilia cœli: qm̄ nō
serūt. nec metūt. nec cōgregāt ī horrea: & pī uī cœlestis
pascit illa. Nōne uos magis plures estis illis? Quis autē
uīm cogitās pōt adiicere ad staturā suā cubitū unum.

*augustinus p̄uade
seru. post. l. iij. c. 2*

Et de uestimēto quid solliciti estis? Cōsiderate lilia agri
quomodo crescunt. nō laborant: neq; nent. Dico aut uo
bis quoniā nec Salomon in omni gloria sua coopert⁹ est
sicut unum ex istis. Si aut fenū agri quod hodie est: &
cras in clibanū mittitur: de⁹ sic uestit: quāto magis uos
minimæ fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes. quid
māducabimus. aut quid bibemus. aut quo operiemur.
Hæc oīa gentes inquirūt. Scit enī pater uester cælestis
quia his oībus indigetis. Quærite ergo primū regnum
dei & iusticiam eius: & hæc oīa adiiciētur uobis.

¶ Homelia de eadem lectione.



Nemo potest duobus dñis seruire. quia nō ua
let simul transitoria & æterna diligere. Si enī
æternitatē diligimus: cūcta tēporalia in usu
nō affectu possidemus. aut enī unum odiet & alterū cō
tēnet. Hæc diligēter uerba cōsideranda sunt. Nam qui
sunt duo dñi cōsequēter exposuit dicēs. Nō potestis deo
seruire & māmonæ. Audiat hoc auarus. audiat qui cen
setur noīe xpīano: nō posse se simul māmonæ. hoc est di
uitiis xpōq; seruire. Et tamē nō dixit qui habet diuitias:
sed qui seruit diuitiis. Qui enī diuitiarū seruus est: diui
tias custodit ut seruus. Qui aut seruitutis excussit iu
gum: distribuit eas ut dñs. Sed qui seruit māmonæ: uti
q; illi seruit: qui rebus istis terrenis merito suæ peruer
sitatis præpositus princeps mundi huius sæculi a dño
dicitur. Ergo aut unum odiet & alterū diligit. aut unū
sustinebit & alterū contēnet. Adherebit scilicet diabolo
quasi quū eius præmia tēporalia sectat⁹. Contēnet autē
deū. nō dixit odiet. sed sicut solēt minas eius postponere

cupiditatibus suis: qui de bonitate eius ad impunitatem
eius sibi blandiunt. Quibus per Salomonem dicitur, Fili
ne adicias peccatum super peccatum. & ne dicas miseratione
dei magna est. Ideo dico uobis nolite solliciti esse anime Textus.
uestre quid manducetis, neque corpori uestro quid indu
amini. Ergo quod omnibus natura tribuit & iumentis ac be
stis: hominibus quoque commune est: huius cura penitus libe
ramur. Sed precipit nobis ne solliciti simus quid co
medamus. Et quia in sudore uultus preparamus nobis panem
labor exercendus est: sollicitudo tollenda. Anima plus est
quam esca. & corpus plusquam uestimentum. Ammonet ut memi
nerimus multo amplius nobis dedisseque nos fecit & com
posuit ex anima & corpore quod est alimentum atque tegumentum: ut
intelligas eum: qui dedit & animam: multo facilius & escam esse
daturum. Similiter eum: qui dedit & corpus: multo facili
us daturum esse & uestimentum. Quo loco quaeri solet
utrum ad animam cibus iste pertineat: quam anima incorporea
fit: cibus autem iste corporeus. Sed animam in hoc loco pro
uita ista positam nouerimus: cuius retinaculum est alimen
tum istud corporeum.

¶ Homelia beati Ambrosii episcopi de eadem lectione.

Ec uerba diligenter consideranda sunt. Nam qui
sunt duo domini deinceps ostendit quem dicit. Non
potestis deo seruire & mammonae. Mammona
apud hebreos diuitiae appellari dicuntur. Congruit & pu
nicum nomen. Nam lucrum punice mammona dicitur. Sed
qui seruit mammonae: illi utique seruit: qui rebus istis terre
nis merito sue peruersitatis prepositus: magistratus huius
saeculi a domino dicitur. Aut ergo hunc odio habebit homo

& alterum diligit. id est deū aut alterum patietur. & al-
terum contēnet. Patietur enim durum & perniciosum
dñm quisquis seruit māmonæ. sua enim cupiditate im-
plicatus subditur diabolo: & nō eum diligit. Quis enim
est: qui diligit diabolu? Sed tñ patietur sicut in aliqua
domo maiore qui ancillæ alienæ coniunctus est. ppter
cupiditatē suā durā patitur seruitutē: etiā si nō diligit
eum: cuius ancillam diligit. Alterū autē contēnet dixit:
nō odio habebit. Nullus enim uere cōscientia deum po-
test odisse. contēnit aut. id est nō timet: quū quasi de ei⁹
bonitate securus est. Ab hac negligētia & perniciosa se-
curitate reuocat spū sanctus quū per pphetā dicit. Filii
ne adiciās peccatū & dicas. Misericordia dei magna ē igno-
rans: quia patientia dei ad penitentiam te adducit. Cur-
ius enim tanta misericordia credi potest: q̄ eius: qui oīa
donat peccata cōuersis: & oleastrum facit participē pin-
guedinis. Et cuius tāta seueritas q̄ eius: qui naturalib⁹
ramis nō pepercit: sed ppter ifidelitatē fregit illos? Sed
si quis uult diligere deū & cauere ne offendat: nō se arbi-
tretur duob⁹ dñis seruire: & intētionē cordis sui rectam
ab omni duplicitate explicet. Ita enī sentiet de dño in bo-
nitate. & in simplicitate cordis quæret illū. Ideo inquit
dico uobis nō hēre sollicitudinē in aīa uīa qd edatis. ne-
q; corpi qd induatis: ne forte quāuis iā supflua nō quæ-
ratur: ppter ipā necessaria cor duplicet. & ad ista cōqui-
rēda nra detorqueat intentio: quū quasi misericorditer
aliqd operamur. id est ut quū cōsulere alicui uideri uolu-
mus: nrm emolumētū ibi potius q̄ illius utilitatē atten-
damus. & ideo nobis nō uideamur peccare. quia nō sup

Ecclesiasti. v.

Tertus.

flua: sed necessaria sunt quæ cōsequi uolum⁹. Dñs autē
 admonet ut meminerim⁹ multo amplius nobis deū de-
 disse: q̃ nos fecit & cōposuit ex aīa & corpe: q̃ est alimen-
 tū atq; tegumētū. quorū curā nobis duplicare cor non
 uult. Nōne aīa inquit plus est q̃ esca. ut itelligas eū: qui **Textus**
 dedit aīam: multo facilius escā esse daturū. & corpus q̃
 uestimentū. idest plus: ut similiter itelligas eū: qui cor-
 pus dedit: multo facilius daturū esse uestimentū. Quo
 loco quæri solet: utrū ad aīam cibus iste pertineat: quū
 aīa incorporea sit: iste autē cibus corpore⁹. Sed aīam hoc
 loco pro ista uita positā nouerimus: cui⁹ retinaculū est
 alimentū istud corporeū. Secūdū hāc significationē di-
 ctū est etiā illud. Qui amat aīam suā: p̃det illā. Qd̃ nisi **Joannis. xij.**
 de hac uita acceperim⁹: quā oportet p̃ regno dei p̃dere:
 qd̃ potuisse martyres claruit. cōtrariū hoc p̃ceptū erit
 illi sentētiæ: qua dictū est. Quid p̃dest hoī si totū mūdū **Luce. ix.**
 lucret: aīa autē suā detrimētū faciat: Respiciēte inq̃t uo-
 latilia cœli: qm̃ nō serūt neq; metūt. neq; cōgregāt ī hor- **Textus**
 rea. & p̃r uī cœlestis pascit ea. Nōne uos plures estis il-
 lis: idest carius uos ualetis. q̃a utiq; rationale aīal sicuti
 est hō: sublimius ordinatū est in rerū natura: q̃ irrationalia.
 sicuti sūt aues. Quis autē uīm inq̃t curās pōt adii-
 cere ad staturā suā cubitū unū: Et de uestimēto qd̃ sol- **Textus.**
 liciti estis: Idest cui⁹ potestate atq; dominatu factū est
 ut ad hanc staturā corp⁹ nr̃m perduceret: ei⁹ puidētia
 etiā uestiri potest. Non autē uestra cura factū esse ut ad
 hanc staturā ueniret corp⁹ uestrū ex hoc itelligi pōt: q̃
 si curetis & uelitis adiićere unū cubitū huic staturæ: nō
 potestis. Illi ergo etiā regēdi corporis curā relinquitē:

Terminus.

cuius uidetis cura factum esse: ut tantæ staturæ corpus haberetis. Dandum etiam erat documentum propter uestimentum: sicut datum est propter alimentum. Itaque sequitur & dicit. Considerate lilia agri quomodo crescunt. non laborant: neque nent. Dico autem uobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua sic uestitus est: sicut unum ex istis. Si autem fenum agri: quod hodie est: & cras in clibanum mittitur: deus sic uestit: quanto magis uos modice fidei. Sed ista documenta non sic allegorice discutienda sunt: ut quæramus quid significet aues cæli, aut lilia agri. Posita sunt enim ut de rebus minoribus maiora persuaderetur, sicut est illud de iudice: qui nec deum timebat. nec hominem reuerbat: & tamen sæpe interpellante uidua accessit ut eius causam consideraret. non propter pietatem aut humanitatem: sed ne tedium pateretur. Non enim ullo modo ille iniustus iudex personam dei allegorice sustinet: sed tamen quantum deus: qui bonus & iustus est: curet deprecantes se. hinc conici deus uoluit quod nec iniustus homo eos: qui illum assiduis precibus tundunt. uel propter tedium euitandum potest contemnere. Nolite ergo inquit solliciti esse dicentes: quid edemus. aut quid bibemus. aut quo uestiemur. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester quia horum omnium indigetis. Quærite primum regnum dei & iusticiam eius. & hæc omnia apponentur uobis. Hic manifestissime ostendit non hæc esse appetenda tanquam talia nostra bona: ut propter ipsa debeamus bene facere: si quid faciamus: sed tamen esse necessaria. Quid enim intersit inter bonum: quod appetendum est & necessarium: quod sumendum est hac sententia. declarat quum ait. Quærite primum regnum dei & iusticiam eius.

Terminus.

& hæc oīa apponētur uobis. Regnū ergo & iusticia dei
bonū nrm est: & hoc appetēdū: & ibi finis cōstituēdus:
ppter qđ oīa faciamus quæcūq; facimus. Sed qā in hac
uita militamus: ut ad illud regnū puenire possim⁹: quæ
uita sine his necessariis agi nō pōt: apponētur hæc uo
bis inquit: sed uos regnū dei & iustitiā primū quæritæ.
Quū enī dixit illud primū significauit, qā hoc posteri⁹
qrendū est: nō tpe: sed dignitate. Illud tāquā bonū nrm
hoc tanquā necessariū nrm. necessariū autē ppter illud
bonū. Neq; enī uerbi grā. ideo debem⁹ euāgelizare: ut
māducemus: sed ideo māducare: ut euāgelizem⁹. Nā si
ppterea euāgelizemus ut māducemus uilius habemus
euangeliū q̄ cibū. & erit iam bonum nrm in māducā
do: necessariū autē in euangelizando. Qđ etiā apostolus
phibet quū dicit: licere sibi quidem & permissum esse a
dño: ut qui euangeliū annunciant: de euangelio uiuant.
idest de euāgelio habeāt ea: quæ huic uitæ sunt necessa
ria: sed tñ se nō esse abusum hac potestate. Erāt enī mul
ti: qui occasionē habere cupiebant acquirēdi & uiuen
di secundū euangeliū: quibus eam uolens apostolus am
putare manib⁹ suis uictum suum tolerauit. De his enī
alio loco dicit. ut amputem occasionē. quāq; etiā sicut
cæteri apostoli permissio dñi de euangelio uiueret: & nō
in uictu finem constitueret euangelizādī: sed magis ipi⁹
uictus sui finem in euangelio collocaret. idest ut superi
us dixi: nō ideo euangelizaret: ut perueniret ad cibum.
& si qua sunt talia necessaria. sed ideo ista fumeret: ut il
lud impleteret: ne nō uolens: sed necessitate euāgelizaret.
Hoc enī improbat quum dicit. Nescitis quoniā qui

i. corinthi, xxi.

Corinthi, ix.

in templo operatur: quæ de templo sunt: edunt. & qui
altario deseruiunt: altario cōparticipatur. Sic & dñs or-
dinauit ils qui euangelium annūciant. de euangelio uiue-
re. ego aut nullius horum usus sum. Hinc ostendit per-
missum esse nō iussum. alioquin contra præceptum do-
mini fecisse tenebitur. Deinde sequitur & dicit. Nō aut
scripsi hæc: ut ita fiāt in me. Bonum est mihi magis mo-
ri: q̄ ut gloriā meam quisq̄ inanem faciat. Hoc dixit: quia
iam statuerat propter quosdam occasionem querentes
manibus suis uictum transfigere. Si enim euangeliza-
uero inquit: nō est mihi gloria. idest si euāgelizauero ut
ita faciant in me. idest si propterea euāgelizauero ut ad
illa perueniam. & finem euangelii in cibo & potu & ue-
stitū collocauero. Sed quare non est ei gloria? Necessi-
tas enim mihi inquit incumbit. idest ut ideo euāgelizē:
quia unde uiuam nō habeo. aut ut acquiram tēporalem
fructum de prædicatione æternorū. Sic enim iam ne-
cessitas erit in euāgelio nō uoluntas. Ve enim mihi crit
inquit: si nō euangelizauero. Sed quomodo debet euan-
gelizare? Scilicet ut in ipso euangelio & in regno dei po-
nat mercedem. Ita enim potest nō coactus euangeliza-
re: sed uolens. Si enim uolens inquit hoc facio: mercedē
habeo. si autē inuitus: dispensatio mihi credita est. idest
si coactus inopia earum rerum: quæ tēporali uitæ sunt
necessaria prædico euangelium: alii per me habebunt
mercedem euangelii. qui euangelium ipsum me prædi-
cante diligunt: ego autē non habeo. quia nō ipsum euā-
gelium diligo: sed eius precium in illis tēporalibus con-
stitutum: quod nefas est fieri: ut non tanquam filius mi-

Ibidem.

Ibidem.

nister quisq; euangelium: sed tanquā seruus: cui dispensatio credita est: ut tāquā alienum eroget. nihil inde ipse capiat præter cibaria: quæ non de participatione regni: sed ad sustentaculū miserę seruitutis datur extrinsec⁹: quamquā & alio loco dispensatorem se dicat. Potest enī & seruus in filiorum numerum adoptatus eam rem: in qua coheredis sortem meruit: fideliter dispensare participibus suis. Sed nunc ubi ait: si autē dispensatio mihi credita est. talem dispensatorem intelligi uoluit: qui alienum dispensat: unde ille nihil accipiat. Ergo quæcunq; res propter aliud aliquid quæritur: sine dubio inferior est q̄ id: propter quod quæritur. & ideo illud primū est: propter quod istam rem quæris. nō ista res: quā propter illud quæris. Qua propter si euangeliū & regnum dei propter cibum quærimus: priorem facim⁹ cibum: & posterius regnum dei. ita ut si nō desit cibus: nō quæramus regnū dei. Hoc est ergo primū quærere cibum. & deinde regnum dei. idest hoc priori loco ponere. illud posteriori. Si autē ideo quærimus cibum: ut habeam⁹ regnum dei: faciamus quod dictū est. Quærите primū regnū dei & iusticiā ei⁹: & hæc oīa apponē⁹ uobis. Quærētib⁹ enī primū regnū & iusticiā dei. idest hoc pponētib⁹ ceteris reb⁹: ut ppter hoc cætera q̄ram⁹: nō debet subesse sollicitudo ne illa desint: q̄ huic uitę ppter regnū dei sūt necessaria. Dixit enī supius. Scit enī p̄f̄ ur̄ q̄a horū oīum indigetis. Et ideo quū dixisset. Quærите primū regnū dei & iusticiā ei⁹: nō dixit deinde ergo ista q̄rite: q̄ uis sūt necessaria: sed ait. Hęc oīa apponent⁹ uobis. idest cōsequent⁹: si illa q̄ gratis sine ullo ur̄o ipedimēto. En quū

ista quæritis: illinc auertamini. aut ne duos fines cõsti-
 tuatis: ut & regnũ dei ppter se appetatis & ista necessa-
 ria: sed hæc potius propter illud uobis nõ deerunt: quia
 nõ potestis duobus dñis seruire. Duobus aut̃ dñis serui-
 re cõnatur: qui & regnum dei pro magno bono appetit
 & hæc tẽporalia. Nõ potest autẽ simplicẽ habere ocul-
 lum & uni dño deo seruire: nisi quacuncq; cætera si sũt
 necessaria propter hoc unum assumat. idest propter re-
 gnum dei. Sicut aut̃ militãtes accipiunt annonã & stipẽ-
 diũ: sic oēs euãgelizãtes accipiũt uictũ & tegumẽtum.
 Sed sicut nõ oēs ppter salutẽ reipublicæ militãt: sed p-
 pter illa quæ accipiũt: sic nõ oēs propter salutẽ ecclesiæ
 ministrant deo: sed propter hæc tẽporalia: quæ tanquã
 annonã & stipẽdia cõsequunt̃. aut & propter hoc & pro-
 pter illud. Sed supra iam dictum est. Nõ potestis duo-
 bus dñis seruire. Ergo simplici corde & tãtũmodo pro-
 pter regnum dei debemus opẽrari bonũ ad oēs: nõ autẽ
 in hac operatione uel solam. uel cum regno dei merce-
 dem tẽporaliũ cogitare. Quorũ oĩum tẽporaliũ nomĩe
 crastinũ posuit dicens. Nolite ergo solliciti esse de cra-
 stino. Non enim dicitur crastinus dies: nisi in tẽpore:
 ubi præterito succedit futurũ. Ergo quũ aliqd boni ope-
 ramur: nõ tẽporalia: sed æterna cogitemus. Tunc erit il-
 lud bonum & perfectum opus. Tu aut̃.

¶ Dominica sextadecima.



¶ Ex euangelio Lucę septimo capi.
 N illo tempore. Ibat iesus in ciuitatem: quæ
 uocatur Naym: & ibant cũ illo discipuli eius

& turba copiosa. Quum autē appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius unic⁹ matris suæ. Et hæc uidua erat: & turba ciuitatis multa cū illa. Quam quum uidisset iesus misericordia motus super eam dixit illi. Noli flere. Et accessit & tetigit loculū. Hi autē qui portabant: steterunt. Et ait. Adolescēs tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus & cepit loqui: & dedit illum matri suæ. Accepit autē omnes timor: & magnificabant deum dicentes: quia propheta magnus surrexit in nobis. & quia deus uisitauit plebem suam.

¶ Homelia de eadem lectione.

Naym ciuitas est Galileæ in secundo miliario montis Tabor cōtra meridiem iuxta Endor: qui ē uiculus grandis in quarto miliario eiusdem montis ad meridiē. Et ibant cum illo discipuli ei⁹ & turba copiosa. Quum autē appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. Defunctus is qui extra portam ciuitatis multis est intuentibus elatus: significat hominem lethali criminū funere soporatum. Eademq; i super animæ mortem nō cordis adhuc cubili tegentem: sed ad multorum notitiā per locutiōis operi suæ indicium quasi per sue ostia ciuitatis propalantē. Qui bene filius unicus matris suæ fuisse perhibetur: quia licet ex multis collecta personis una sit perfecta & imaculata uirgo mater ecclesia: singuli quiq; tñ fidelīū uniuersalis se ecclesiæ filios rectissime fatentur. Nam & electus quilibet quando ad fidem imbuatur: filius est. Quando alios imbuat mater. An nō

materno erga paruulos augebat affectu: qui ait. Filioli mei: quos iterum parturio. donec formetur xp̄us in nobis. Portam ciuitatis: qua defunctus efferebatur: puto aliquem de sensibus esse corporeis. Qui enim seminat inter fratres discordias. qui iniquitatem in excelsis loquitur: per oris portam extrahitur mortuus. Qui uiderit mulierem ad concupiscendū eam: per oculorum portā suā mortis indicia profert. Qui fabulis ociosis obscenitue carminibus. uel detractionibus aurē libenter aperit: hanc animæ suæ portam mortis efficit: ceterosq; qui nō seruat sensus: mortis sibi ipse referat aditus. Obsecro te domine iesu cunctas meæ ciuitatis portas iusticiæ portas facias: ut ingressus in eas confitear nomini tuo. tueq; maiestati cum ministris cælestibus eam crebrius inuisenti: non fetor elati cadaueris occurrat: sed occupet salus muros eius: & portas eius laudatio. Et hæc uidua erat. & turba ciuitatis multa cum illa. Viduam esse ecclesiam omnis anima: quam sponsi domini q; sui se morte redemptam meminit & agnoscit. Diuino autem nutu multa dominū turba. multa uiduam comitabatur: ut uiso tanto miraculo: multi testes. multi dei fierent laudatores. Quam quum uidisset iesus: misericordia mot⁹ super illam dixit. Noli flere. Desiste inquit quasi mortuum flere: quem mox uiuum resurgere uidebis.



¶ Homelia beati Ambrosii de eadem lectione.

¶ *¶* Iste locus utrinq; redundat ad gratiam: ut ci-

to flecti diuinam misericordiam matris uiduæ lamentatione credamus. eius præcipuæ: quæ unici filii uel labore uel morte frangatur. cui tñ uiduæ grauitatis meritū exequiarum turba conciliet. & hanc uiduam populorū turba septam plus uideri esse q̄ fœminam: quæ resurrectionē unici adolescentis filii suis lachrymis meruerit impetrare. eo q̄ sancta ecclesia populū iuniore a pompa funeris atq; a supremis sepulchri suarum reuocet ad uitam contēplatione lachrymarū. Quæ flere prohibent eum: cui resurrectio debebatur. qui quidē mortuus in loculo materialib⁹ quattuor ad sepulchrū ferebatur elementis: sed spem resurgendi habebat. quia ferebat in ligno. Qd̄ si nobis ante non pderat: tñ postea quā iesus id tetigit: pficere cepit ad uitā: ut esset iudicio salutē pp̄lo per crucis patibulū refundendā. Audito igit̄ dei uerbo steterūt aërbi illi⁹ funeris portitores: qui corp⁹ hūanū lethali fluxu naturę materialis urgebāt. Quid enī aliud nisi in quodā feretro. hoc est supremi funeris instrumēto iacemus exanimēs quū uel ignis imodice cupiditatis exēstuat. uel frigidus humor exundat: uel pigra quadam corpis habitudine uigor hebetat̄ animorū. uel cōcreta noster spūs labe: puræ lucis uacuuus alit mentem. Hi sūt nri funeris portitores. Sed quāuis suprema mortis spem uitæ omnis aboleuerint. & tumulo p̄xima corpora iaceāt defunctorū: uerbo tñ dei nō iam moritura resurgunt cadauera. Vox redit redditur filius matri. reuocat a tumulo. eripitur a sepulchro. Quis est iste tumul⁹ tu⁹: nisi mali mores? Tumul⁹ tu⁹ pfidia est. Sepulchrū tuū guttur est. Sepulchrū enī patēs est guttur eorum:

unde uerba mortua proferuntur. Ab hoc sepulchro te liberat xpus. Ab hoc tumulo resurges: si audias dei uerbum. Et si graue est peccatum: quod poenitentiae tuae lachrymis ipse lauare non possis: fletat pro te mater ecclesia: quae pro singulis tanquam pro unicis filiis uidua mater interuenit. Compatitur enim quodam spiritali dolore naturae quum suos liberos laethalibus uitiis ad mortem cernit urgeri. Viscera sumus de uisceribus eius. Sunt enim & spiritalia uiscera: quae habet paulus dicens. Ita frater ego te fruar in domino. refice uiscera mea in christo. Nos ergo uiscera ecclesiae sumus: quoniam membra sumus corporis eius. de carne eius & de ossibus eius. Dolet ergo pia mater. Assistat turba: non solum turba: sed etiam multa compatiatur bonae parenti. Iam resurges in funere. Iam liberaberis a sepulchro. Stabunt illi ministri tui funeris. incipies talia loqui. timebunt omnes. Vnius enim exemplo plurimi corriguntur. Laudabunt etiam deum: qui tanta nobis uitandae mortis indulserit.

¶ Alia homelia beati Ambrosii de eadem lectione.



Ermo euangelicus: qui praecedit: narrat qualiter dominus centurionis puerum obtentu eius magnae fidei sanauerit. & quomodo ipsi centurionis. immo in cum omnium gentium extulerit fidem. Illo igitur digesto miraculo sequit euangelista quia post haec ibat in ciuitate: quae uocatur Naym. De miraculo perperatur ad miraculum. & quodam profectu uirtutis de sanatione paralitici uenit ad resurrectionem defuncti. Beato namque Hieronymo dicente didicimus quia Naym ciuitas est

Galileæ prouinciæ iudeorū duob⁹ milibus distās a mōte Tabor. in quo monte dñs docuit octo beatitudines: & oīa pene mandata noui testamēti. Interpretatur uero Naym fluctus uel cōmotio. Cui⁹ porte appropinquās dñs obuium habuit corpus defuncti: quod ad tumulandū extra ciuitatē efferebat⁹. In qua ciuitate ferunt cro-uographri esse ecclesiā: quæ quondā fuerat domus uiduæ: cuius dñs legitur hic filiū suscitasse. Ibat ergo dñs uirtutis euentu copiam præbitur⁹. Ibant cum illo discipuli illi uidelicet fidissimi comites itinerū. cōparticipes laborū. cuius pñtia pascebant⁹. predicatiōe instruebatur. miraculis firmabatur. Naym autē ciuitas: quæ ut diximus in nra lingua dicit⁹ fluct⁹ siue cōmotio: hūc spiritaliter significat mundū: qui tranquillitate amissa semper est in fluctuatiōibus & cōmotionib⁹ & nunquā in eodē statu permanēs. Vnde & per psalmistā dictū est Cōmouisti dñe terrā & conturbasti eam & cetera. Ergo quasi Naym dñs appropinquauit quādo nra fragilitatis humanitate suscepta uisibilis mūdo apparere dignatus est. Quū autē appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunct⁹ efferebat⁹ filius unicus matris suæ. Et hæc uida erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Nō simplex hanc mulierē doloris anxietas stimulat. Vidua erat. si līi solatio destituta fuerat: cuius utrūq; mortē leui⁹ tolerasset: si nō unicus fuisset. si alter: qui parentis dolorē leniter superfuisset. Verum hinc illa beata erat q̄ xpī pietate mox eū receptura erat: quē sortis humanæ inclementia amiserat. Nec illud sine diuine prouidētia gestū est: ut & cū dño & cum hac muliere multa turba esset:

ps. lxx.

Textus.

quo gerendi miraculū multī fierent testes. multī etiam
diuinæ potentīæ laudatores. Quare aut multa turba ie
rit cū dñō Ioānes euāgelista manifestat quū dicit quia
uidebāt signa: quæ faciebat. Quia enī dñs quocūq; ibat
miracula faciebat: idest euangeliū prædicādo uerba sa
lutis annūciabat: idcirco ibant cum eo discipulī ei⁹ ad
herentes ei. ibat & turba copiosa. Hæc aut uirtus a sal
uatore mirabiliter patrata iuxta historiā apertissīma est.
Cæterū spūaliter intellecta nō modicū ædificationē au
dientiū mētibus sūministrat. Defunctus enī iste iuxta spi
ritualē uel moralē intelligentiā: qui extra portā suæ ci
uitatis multis intuetibus est portatus: significat hoīem
peccatis mortuum & lethifero criminū funere sopora
tum. qui quū in anima mortuus existat: ipām tñ animæ
suæ mortem nō iam occultis cogitationū latebris conte
git: sed sicut per ostia ciuitatis: ita per iudiciū prauæ col
locutiōis. uel malę opationis suæ pessimā uitā malo exē
plo ad multorū notitiā perducit. iā pctā sua erubescēdo
nō abscondit: sed audacior in malū factus ea imitāda alijs
pponit. De talibus ppheta dicit. Peccatū suū quasi So
doma prædicauerūt: nec absconderūt. Et rursum ad pec
catricē aīam. Frons inquit meretricis facta est tibi. nolu
isti erubescere. Per portā uero ciuitatis: qua defunctus
efferebatur: unus de quinque sensibus intelligit⁹ corpīs.
Quinq; enī sunt notissimī corpīs sensus locis sibi cōue
niētib⁹ a natura cōpositi. uidelicet. uisus. audit⁹. gust⁹.
odorat⁹ & tact⁹. Ciuitas enī uniuscuiusq; aīæ corp⁹ est
cius: in quo tāquā in ciuitate clausa inhabitat. Per hui⁹
ciuitatis portas mortuus effert⁹: quū quis per aliquem

Est. iij.

Ibere. iij.

corpis sensum male uoluntatis indicium ostendens mortuum
se in anima esse declarat. Qui enim (uerbi gratia) mulierem ad co-
cupiscendam eam uiderit. Qui sublimes oculos & in fines ter-
re porrectos habuerit: iste per oculos suorum portas fi-
gurae suae mortis emittit. Dum quilibet aurem suam aperit ad
uerba ociosa & ad cantica turpia uel luxuriosa uel susci-
pienda detractiois uerba: hic talis aures suas efficit por-
tas mortis animae suae. Qui odoribus meretricis & peregrini
muris pellicula illectus post odorem unguentorum dei cur-
rere negligit: hic per narium ianuam extrahitur mortuus.
Qui uero os ad proferendas in deum blasphemias & dissemi-
nandas inter fratres discordias aperit. cuius os loquitur uani-
tatem. qui non solum ociosis: sed & nociuis sermonibus lin-
guam accommodat: nil aliud iste: nisi mortem suae animae foris
per ostium oris elatus perdit. Hinc & propheta qui huius nostrae ciuitatis
aditus incaute pateat deflet dicens. Intrauit mors per Hier. 12
fenestras nostras: ingressa est domos nostras. Rursusque propheta
Oculus inquit meum depredatus est animam meam. Quomodo
enim si hostis per fenestras intrat urbem iacula intorquet:
itus clausus sauciat & occidit: ita malignus spiritus quem per
aliquem de quinque sensibus telum tetatiois in mentem adegerit
mox animam a suo statu deiecit: ac pestifera interreptione pe-
rimit. Qui animam penetralia interrumpere quaerens figuris se
accommodat. permiscet se sonis. odoribus se ingerit. inserit
saporibus. sicque dum minus uigilanter cauet: morti quam se-
cus delectationem posita est: auditum perdit. Proinde diuina
prouidentia a nobis est humiliter imploranda: ut cunctas nostrae
ciuitatis portas custodiat: quas ne seuiens inimicus ob-
sideat: ipse eas contra machinas illius misericorditer clau-

dati & in portis nris laudem suam iugiter annūciari per
mittat. Nō aut transeunter est intuendū q̄ iuuenis hic
defunctus filius unicus matris uiduæ fuisse perhibet.
Licet enī ecclesia: quæ est mater cunctorū credētū: ex
multis sit collecta personis: rectissime quiq̄ fidelū: qui
fidei xpianæ caractere attitulatur: filii sunt unī⁹ matris
ecclesiæ (dico) catholicæ. Quibus licet etates diuersæ
diuersiq̄ sunt sexus: unū tñ in xpō grā regeneratiōis effi
ciunt: quū fiunt per adoptionē fratres unici filii. Sed &
unusquisq̄ fidelis quū rudimētis imbuīt fidei fili⁹ est.
quū uero alios educat mater. Sic paulus apostolus ma
terno affectu corinthiis loquebat. Filioli mei: quos ite
rum parturio: donec formetur xp̄us in uobis. Quā quū
uidisset dñs misericordia motus super eam dixit. Noli
te flere. Quia duæ erant in xpō substantiæ deī uidelicet &
hoīs: idcirco pulchre euangelista primo dñm tanquam
uerum hoīem: misericordia motum fuisse demonstrat.
ac deinde tāquā uerū deū cōmemorat mortuū suscitasse
ut & in cōpassione: qua uiduæ misertus est: exemplū no
bis imitandæ pietatis tribueret. & in effectu miraculi po
tentiā diuinitatēq̄ illius: qua etiā mortuū suscitauit: ad
mirandā prædicādāq̄ pponeret. Noli inquit flere. Tan
quā diceret. Noli uelut mortuū flere: quē protinus ui
debis a morte resurgere. Et accessit & tetigit oculum.
hoc est p̄retrū: in quo mortuus ferebat. quod a feren
do nomen accepit. Tactu oculi: in quo exanimis gesta
batur: euidēs suæ dignationis dedit indicū. Et qdē quū
posset solo uerbo eū uitæ restituere: maluit primo phe
retrū tangere: ut per hoc & signū clemētiae suæ daret.

Salu. 117.

Tertus.

Tertus

& matris uiduæ deiectum merore animū erigeret. Hi
aut: qui portabāt: steterūt uirtutis effectū mirabilē su- Tertus.
stinētes. Quū uidissent enī dñm appropinquantē: qui
mortuū ferebāt: steterūt cupientes misericordiā illi⁹ in
resurrectiōe mortui cernere. Sed hec quū ad litterā per
se satis emineant: superest ut quid mysteri cōtineant in-
dagemus. Neq; enī a sacramēto persona hui⁹ uiduæ po-
test esse ociosa: q̄ & grauitatis honestate & cōtinentiæ
merito. nec nō & exequiarū frequētia cōmēdata resusci-
tationē unici filii a dño meruit obtinere. Significat uti-
q; sanctā ecclesiā matrē oīum recte credentiū: quæ uer-
bo dei feta spūales illi quotidie filios per lauacrū diuini
fontis parere nō desinit. Bene uero uidua hæc mulier fu-
isse dicitur. Vidua quasi a uiro diuisa dicta: quia iduare
græci dicunt diuidere. Et sancta mater nra uidua est: q̄
uirū suum xpm in carne præsentē nō uidet. Postquā enī
xpus uir illius: qui & redēptor eius est per assumptionē
humanitatis: abiit in cœlū: sancta ecclesia tanquā uidua
remāsit in terris. Vnde & Salomon quoq; in psona mu-
lieris adulteræ. hoc est hereticoꝝ ecclesiæ de xpi absen-
tia sibi blādientis dicit. Nō est uir in domo sua. abiit uia
longinquā. sacculū pecuniæ secū tulit. in die plenæ lu-
næ reuersurus est domū suam. Cuius sentētiæ talis est
sensus. Nō est uir in domo sua. hoc est per humanitatē
nō est xpus in ecclesia. Abiit uiam longinquā. quia sur-
gens a mortuis cœloꝝ sublimia longe ab hac luce & ha-
bitatione uasti aeris interitu distātia penetrauit. Saccu-
lū pecuniæ secum tulit. hoc est carnē suam thesauro di-
uinitatis super cœlos exaltatā i p̄is dextera collocauit.

1^o Droner, vii.

In die plenæ lunæ reuersurus est domū suam. id est impleto numero electorū in ecclesia in fine mundi reditus est ad iudiciū: ut assumat sibi spōsam suam ecclesiā. Per loculū uero: in quo defuncti cadauer baiulabatur: conscientiā hoīs peccatoris accipimus. in qua iam desperando sopitus male quiescebat. Baiulī autē: qui exanimē in feretro. hoc est supremo funeris instrumēto ad sepeliendū ferebāt: uel imunda desideria: quæ hominē ad interitū pertrahūt: accipiunt: uel colloquia mala sociorū male decipiētū. Qui dum blandis lenociniis aīam in securitatē mittunt: & male agētibus fauent: ac per hoc ad peiora promptiores efficiunt: quodāmodo eos superiecta humo operiunt. & ne respirare ualeant: facto desup telluris aggestu obruunt. De talib⁹ dñs dicit. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortui nāq; mortuos sepeliunt dum peccatores peccatoribus adulantur. Dño ergo loculum funeris tangēte baiulī subsistūt. quia dum dñs cor hominis peccatoris per internam inspirationē cōpungit: carnalia & imunda desideria atq; mala colloquia decipientiū sociorū continuo conquiescūt: sicq; in semetipōs conuersi dñm ad uitā uocantē audiūt. uocāti q; dignis cōuersationis suæ operib⁹ respondent. Quidā magistrorū per loculū lignū primariæ præuaticatiōis intelligunt. in quo oēs sub conditione reatus illius mortui portabamur a quattuor uestib⁹: q; materialia quattuor significant elementa. Quasi his quattuor uestib⁹ ad interitū raptabamur quū uel cupiditatū noxiō feruore exestuares. uel frigid⁹ luxuriæ humor inundaret. uel pigra hebetudo corpīs uigorē obtūderet aīorū. seu

quū cōcreta noster spūs labe uacuam ueræ lucis aleret
 mentē. Verū dño loculū tangēte acerbī huius funeris
 portatores gradū cōtinuerūt; quia dño mortalia tangen-
 te & in similitudine peccati apparēte nos qui iam tumu-
 lo proximī eramus: cursu his portatorib⁹ interdicto re-
 surgere promeruim⁹. Tumulus enī noster malī morēs
 erant. Tumul⁹ nī perfidia erat. Guttur nīm sepulchrū
 erat: iuxta qđ psalmīsta de reprobis dicit. Sepulchrū pa-
 tense est guttur eorū. Ab hoc sepulchro tactu xpī & au-
 dītu uocis ipīus liberatī sumus. Quid enī illi est tange-
 re: nisi miserēdo subuenire? Quid nobis uocem eius au-
 dire: nisi precepta illius alacriter implere? Et ait. Adole-
 scens tibi dico surge. Mortuus quidem erat ille: sed qđ
 dño omnia uiuunt: mortuo uelut uiuo loquebat⁹ dicēs.
 Tibi dico surge. Inter dñi dictū & factū nulla distantia
 est. ipse enim dixit & facta sunt. ipse mandauit & creata
 sunt. Et omnia quæcūq; uoluit fecit: in cœlo & in terra
 Audita ergo uoce dñi resedit qui erat mortuus: & cepit
 loqui. Post resurrectionē suā mortuus loqui cepit: ut
 uidelicet per hoc uera resuscitatio illi⁹ mōstraret⁹: quate-
 nus nō phātaσμα: sed ueritas crederet⁹. Et dedit illū ma-
 tri suæ. Resuscitato mortuo & pfecte sanitati restituto
 dedit illum dñs matri suæ. Spūaliter uero mortuus resi-
 det: quū per internā cōpunctionē a morte animæ pecca-
 tor ad uitā resurgit. & post lethiferū peccati somnū ad
 bona opera se erigit. Incipit loqui quū fidē sancte trīni-
 tatis cōfītēdo indicia suæ uitæ alijs pādīt. uel quū uerbo
 exhortatiōis atq; exēplo suæ cōuersatiōis alios ad pœni-
 tentiā inuitat. Redditur matri quū per sacerdotale mi-

ps. v.

Textus

Textus.

Textus,

mysteriū cōmunioni reformat ecclesiā. Accepit autē dēs
timor: & magnificabāt deum. Nouū & sæculis antea in
auditū miraculū. Iuste magn⁹ intuentiū subsecutus est
stupor: ita ut laudes dei prius tacentia repente laxarent.
Quo loco morale aliquid datur aduertere. Sicut enim
resuscitatio spiritalis: quæ uisibiliter in corpe facta est:
prouocauit hoīes ut exterius admirarētur: ita & suscita
tio spūalis: quæ quotidie in aīabus fidelium fit: amonet
nos ut & iterius a morte aīæ resurgere studeam⁹. Quā
to enī periculosior ac desperatior est mors aīæ ad uitam
redeuntis: tanto plures illius corrigūtur exemplo & ad
uitam reuocātur. De gradu enī sublimiore deterius la
bitur. Quo uero lapsus fuerit grauior: eo fit subleuātis
clemētia gratioꝛ sicq; dum is: qui deterius ruerat erigi
tur: pluribus inde spes salutis generat. Cōsiderem⁹ nāq;
beatū Dauid & Petrū: quorū alter quū esset rex & pphe
ta: in tantā peritiōis descendit foueam: ut adulteriū
simul & homicidiū perpetraret. Alter de gradu apostoli
ci culminis ad precipiciū actus est trinæ negatiōis. Qui
dum poenitētes a morte animæ cito surrexerunt: multi
poenitētes salutē meruerūt. Qui quo maioris honoris
& altioris gradus fuerunt: eo periculosius ceciderūt. &
quo grauior casus illorū fuit: eo pietas dñi erigentis gra
tior in eis emicuit. Quo uero amplior dñi pietas i eis ap
paruit: eo firmior spes salutis cūctis ad poenitentia uē
niētib⁹ creuit. Quia propheta magnus surrexit i nobis
Simplices turbæ ignorātes legē & prophetas aduentū
filii dei iudeis repromittētes quū uiderēt deū hominē
inter hoīes corporaliter cōuersatē: & ex uirtute diuinæ

Textus,

potentiæ mirabilia opera facientē: putabāt eum unum
esse ex prophetis: qui in populo israelitico mirabilia fa-
cere soliti erāt. & ideo errore, decepti clamabāt dicētes.
Quia ppheta magnus surrexit in nobis. Magnū pphe-
tam: nō aut deū. aut dei filiū appellabāt: quia adhuc nu-
bilo ignoratiæ cecati erāt. ac ppter ea in pcedētib⁹ signā
ter tales turbārū sunt uocabulo nuncupati. Turbæ enī
erāt: quia necdū cū apostolis diuinitatis ip̄ius intima pe-
netrauerāt. Sed quāuis cū quadā animi deuotiōe erra-
rēt istæ turbæ: nō in toto tñ errabāt. In hoc enī errabāt:
q̄ eum purū hominē tantū esse putabāt. In hoc aut ne-
quaquā errabāt q̄ eum pphetā esse dicebāt. Ip̄e enī ue-
rus erat ppheta: q̄a quæ uentura erant uerissīma asserti-
one prædicabat. Nam & ip̄e dñs pphetā se testatur esse
quū dicit. Nō capit pphetā perire extra hierusalem. Et
alibi. Nō est iquit ppheta sine honore: nisi in patria sua.
Propheta ergo erat: quū dñs esset pphetaꝝ: sicut rex re-
gum: & dñs dñantiū. Addunt etiā quia dñs uisitauit ple-
bem suam. Per istum uidelicet: quia talia miracula ope-
ratur: uisitauit deus pater plebem suam mittēdo. uerbū
suum incarnatū in mundū: quod pia subuentione illam
redimeret: & a longa infirmitate. imo a morte: qua diu-
tius torpebat: liberaret. Nec solum tunc plebem suam
uisitauit: sed etiā quotidie fideles suos uisitat per euā-
gelīū suum. per dicta pphetaꝝ atq; exēpla præcedentiū
patrū. Visitat etiā dñs plebem suam: quum unicuiq;
electoꝝ per administrationē sancti spūs. uel terrorē eter-
ni supplicii. uel dulcedinē cælestis patriæ intrinsec⁹ de-
monstrat. & quēadmodum a morte aīæ resurgere ualeat

Luce, xiiij.

Matthæi, xiiij.

Textus.

occulta inspiratione edocet. Siue aliter. Visitat & quotidie plebem suam; eam quā præscluit; & præordinauit conformē fieri imaginis filii sui; quū per internā uerbi sui inspirationē ad amorē inuisibiliū excitat; eorūq; mētibus ingerit; quanta sunt; quæ eis in cælo promissa sūt gaudia. Incolumitas sine debilitate. Salus sine dolore. Vita sine morte. Facilitas sine impedimento. Securitas sine fastidio. ubi electorū oīum societas sancta. Solēnitās certa. Requiēs secūra. Pax uera. Vita perpetua. Agamus ergo grās deo patri creatori nro; qui priorib⁹ nris p̄ribus merito suæ iniquitatis in infidelitate relictis; nouissimis huius sæculi tēporib⁹ super nos misericordiā suā cōfirmauit mittēdo filium suū ad redimēdū genus humanū. Agamus etiā grās filio eius dño nro iesu xp̄o; qui per assumptā humanitatē ad nos uenire dignat⁹ est & præceptis suorū mandatorū obtrēperatib⁹ cælestē beatitudinē repromittere. Ad quā ut puenire quādoq; & cū ip̄o fœliciter uiuere mereamur; adiuuet ip̄e; q & præsentiā suæ incarnationis nos uisitauit. & sāguine suæ passionis misericorditer redemit. Interea collatis quattuor euangelistarū narratiōibus tres mortuos inuenimus a dño suscitatos; quāuis plures cū resuscitasse dubiū non sit; licet scriptū nō legat. Multi ergo sine dubio sūt corporaliter a dño suscitati. Dicit beatus Augustinus. Sed nō frustra tres cōmemorati. filia scilicet archisynagogi adhuc intra domum mortua iacēs. & iuuenis iste extra portā ciuitatis delatus. & lazarus quatrīduan⁹ iā fetens. Qui tres mortui significāt tria genera hominū p̄torū quos hodieq; ī sancta ecclesia a morte aīæ suscitāt xps.

Sed uideam⁹ quæ sint ista genera mortuorū. Sūt nāq;
nōnulli: qui male cogitationi cōsentiūt: & peccatū qui-
dem intus in corde habent: in factō tñ nōdum ostendūt.
Sed ut saluator huiuscemodi in se uiuificari posse signi-
ficaret: suscitauit archisynagogi filiā adhuc intra domū
iacentē quasi nequiciā delicti in secreto cordis latētem.
Alii peruersæ cogitationi inherētes post cōsensum pec-
cati labuntur in factū tanquā extra ferentes mortuū: ut
quod latebat in secreto: iam appareat in publico. Sed
ne isti quoq; si pœnitent: sint desperandī: q; in aīa a dño
nō possint uiuificari. dñs iuuenē extra portam ciuitatis
delatum suscitauit: & matri reddidit: quia animā a pec-
cato resurgere faciens unitati sanctæ ecclesiæ restituit.
Quidā uero nō solum cogitando. uel faciēdo illicita pec-
cāt: sed ipa etiā cōsuetudine peccādī se q̃si sepeliēdo ob-
ruūt. Sed ut etiā talib⁹ spes ueniē nō deesset: si tñ assunt
cogitationes sollicitæ. que super eorum salute christo
inuigilent tanquā deuotæ sorores. suscitauit lazarus
quattuor iam dies in monumēto habentem. Simul etiā
ut ostenderet dñs leuiora peccata: quæ in corde & cogi-
tatione sunt: leuioris pœnitentiæ remedio posse curari:
puellam in conclaui iacentem breui ac facillima iussioe
euocat dicens. Puella surge. Quam & propter facilita-
tem resurgendi iam mortuam fuisse negauerat. Vt autē
demonstraret grauiora peccata: quæ absq; uerecundia
aliis imitanda proponūtur. uel quibus longa consuetu-
dine peccator ne resurgere ualeat deprimitur ampliori
remedio pœnitentiæ indigere: elato foras iuueni pluri-
bus uerbis ut resurgere ualeat dicit. Adolescēs tibi dico

surge. Lazarū uero resuscitaturus claustra monumēti
refelli p̄cepit. fremuit spiritu. rursum fremuit. Lachry-
matus est ac uoce magna clamauit. Lazare ueni foras.
Quartus uero mortuus dño a discipulis nunciatur. sed
hunc nō resuscitauit: quia defuerunt uiui: qui pro ei⁹ ui-
ta dñm precarētur. Qui mortuus eos significat: de qui-
bus Ioānes ait. Est peccatum ad mortem. nō pro illo di-
co ut roget quis. Peccatum enim ad mortem est in pec-
cato usq; ad mortē perseverare. Quicūq; ergo in aliqua
ex supradictis tribus mortib⁹ aīæ se iacere cognouerit:
pœniteat necesse est factorū. & fidelium preces sibi con-
iungens diuinā iugiter precetur clementiam: ut celeri-
ter ad uitam resurgere mereatur æternam. Tu aut.

¶ Dominica decimasextima.

¶ Ex euangelio Luce quartodecimo capi.

IN illo tpe. Quum intraret iesus in domum
cuiusdam principis phariseoꝝ sabbato man-
ducare panē: & ipi obseruabant eum. Et ecce
homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respōdēs
iesus dixit ad legisperitos & phariseos. Si licet sabbato
curare? At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sana-
uit eum ac dimisit. Et respondēs ad illos dixit. Cuius ue-
strum asinus aut bos in puteum cadet: & nō cōtinuo ex-
trahet illum die sabbati? Et nō poterant ad hęc respon-
dere illi. Dicebat autē & ad inuitatos parabolā intēdens
quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos.
Quum inuitat⁹ fueris ad nuptias: nō discumbas in pri-
mo loco: ne forte honoratior te sit inuitat⁹ ab illo: & ue-
niens is: qui te & illum uocauit: dicat tibi, Da huic locū

Et tunc incipies cum rubore nouissimū locum tenere.
Sed quum uocatus fueris ad nuptias: uade & recumbe
in nouissimo loco: ut quum uenerit qui te inuitauit: di-
cat tibi. Amice ascende superius. Tūc erit tibi gloria co-
ram simul discubētibus. Quia omnis: qui se exaltat: hu-
miliabitur. Et qui se humiliat exaltabitur.

¶ Homelia uenerabilis Bedę presbyteri.

HYdropisis morbus ab aquoso humore uoca-
bulū trahit. græce enim hydor aqua uocat.
Est autē humor subcutaneus de uicio uesicae
natus cum inflatione turgente & anhelitu fetido. Pro-
priūq; est hydropici: quanto magis abundat humore in
ordinato: tanto amplius fitire. Et ideo recte cōparatur
ei: quem fluxus carnalium uoluptatū exuberans aggra-
uat. Cōparatur diuiti avaro: qui quanto est copiosior di-
uitiis: quibus nō bene utitur: tanto ardentius talia cōspi-
cit. Et respondēs iesus dixit ad legisperitos & phariseos
Licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Quod dicit re-
spondisse iesus ad hoc respicit: quod præmissum est. &
ipī obseruabant eum. Dñs enim nouit cogitationes ho-
minū. Sed merito interrogati tacent: qui cōtra se dictū
quicquid uiderint uident. Nam si licet sabbato curare
quare saluatorem an curet obseruant? Si nō licet: quare
ipī sabbato curant? Ipse uero apprehēsū sanauit & di-
misit. Prouida dispensatiōe dñs ante legisperitos & pha-
riseos hydropicum curat: & mox contra auariciā dispu-
tat: ut uidelicet per huius corporis egritudinem in illis
exprimeret egritudo cordis. Deniq; post multa disputa-
tionis eius hortamenta subiunctum est. Audiebant autē

Textus.

Textus.

Luce. xvi.

hæc pharisei: qui erāt auari. & deridebant eum. Hydro-
picus quippe quo amplius biberit: eo amplius sitit. Et
oīs auar⁹ sitim multiplicat. qui quum ea quæ appetit:
adeptus fuerit: ad appetenda alia amplius anhelat. Et re-
spondēs ad illos dixit. Cuius uestrū asinus aut bos in pu-
teum cadet: & nō continuo extrahet illū die sabbati. Sic
obseruatores suos phariseos cōuincit: ut eosdem etiam
auariciæ condēnet. Si uos inquit in sabbato bouem. aut
asinum. aut aliud quodlibet animal in puteum decidēs
eripere festinatis non animal: sed auariciæ consulentes:
quanto magis ego hominē: qui multo melior est pecore
liberare debeo: Cōueniēterq; hydropicū animal: quod
in puteum decidit: cōparauit: humore enim laborabat.
Sicut illam mulierem quam decem & octo annis alliga-
tam dixerat. & ab eadem alligatione soluebat: cōparauit
iumento: quod soluitur ut ad aquam ducatur. Et bene
utroq; loco bouem posuit & asinum: quia siue sapientes
quosq; & hebetes. siue ut supra dictum est utrūq; po-
pulum eos significare sentiamus eum uidelicet: cuius
cervicem iugum legis attriuit. atq; eum: quem quilibet
seductor reperit quasi brutum animal atq; nulla ratiōe
renitens quo uoluit errore subtrahit. omnes saluator ad-
ueniens sathanę uinculis astrictos. omnes in uno cōcu-
piscenciæ puteo dimerfos inuenit. Non enim est distin-
ctio. omes enim peccauerunt: & egent gloria dei: iustifi-
cati gratis per gratiam ipsius per redemptionē: quæ est in
christo iesu. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam
intendens quomodo primos accubitus eligerent dicēs
ad illos. Quum inuitatus fueris ad nuptias: non discū-

Tertius.

Tertius.

bas in primo loco. Aperta quidem ad litteram est hæc
ammonitio saluatoris docens humilitatē non solū apud
deum; sed etiam apud homines esse laudabilē. Sed quo
niā hāc euangelista nō frustra parabolā uocat; breuiter
intuendum quid etiam mystice signet. Nuptias appel
lari xpi & ecclesiæ coniunctionē multis locis apparet, e
quibus unum est. Nunquid possunt filii nuptiarū quā
diu spōsus cum illis est ieiunare? Aliud. Simile factum
est regnum cœlorum homini regi; qui fecit nuptias fi
lio suo; & misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias
Has ergo nuptias quisquis inuitatus adierit, idest eccle
siæ membris se fidei gratia cōiunxerit; nō discumbat in
primo loco, hoc est non se de meritis gloriādo quasi ce
teris sublimior extollat. & quidem studeat iuxta alteri
loci parabolam ueste nuptiali uestit. hoc est uirtutum
fulgore choruscus apparere, sed ip̄arum habitum uirtu
tum loco deuotæ humilitatis adornet. Ne forte hono
rator te sit inuitatus ab eo, & ueniens is; qui te & illum
uocauit; dicat tibi da huic locū, & tunc incipias cum ru
bore nouissimū locum tenere. Honoratori post inuita
to locum dat ille; qui de longe suæ cōuersatiōis cōfiden
tia securior factus cita illorū; qui se in xpo secuti sūt agi
litate preit. Et cum robore nouissimū locū tenet quādo
de aliis meliora cognoscēs; quicquid de sua opatiōe cel
sū sentiebat; hūiliat; dicēs sibi cū ppheta. Egēs sum ego
& in laborib⁹ a iuuetute mea, exaltat⁹ aut & hūiliat⁹ sum
& cōfus⁹. Sed quū uocat⁹ fueris; uade & recūbe ī nouis
simo loco. Quāto maior es inqt hūilia te in oib⁹. & sp̄al
mista gloriat. Humiliatus sum usquequaq; dñc. uiuifi

Matth. 22.

Matth. 22.

Tertus

ps. lxxvii.

Tertus

Ecclesiast. lvi.

ps. cxviii.

ca me secundū uerbū tuū. Manifeste significans ita se a
dño posse uiuificari; si de suis ip̄e uirtutib⁹ humilia sen
tīret. Vt quū uenerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice
ascende superius. Veniens dñs quē humilem inuenerit:
amici nomīe beatificans superius ascendere præcipiet.
Quicūq; enī humiliauerit se sicut paruulus: hic est ma
gnus in regno cœlorū. Tunc erit tibi gloria corā simul
discūbētib⁹. Pulchre dicit. Tunc erit tibi gloria: ne nūc
quærere incipias quod tibi seruat in fine. q̄a sicut Salo
mon ait. Hereditas: ad quā festinatur in principio: in no
uissimis benedictiōe carebit. Potest autē & in hac uita in
telligi: qui in nouissimo loco recūbens inuenit: dño ue
niente sublimat: quia quotidie dñs suas nuptias intrat.
quotidie mores. sedes. habitus cōiūantiū diiudicat: &
superbos despiciens: humilibus sæpe tanta sui spiritus
munera præstat: ut eos merito simul discūbētū. hoc est
in fide quiescentiū cœtus unanimi amiratiōe glorificet.
stupensq; in auctores sui laudationē profiliis dicēs. Mi
hi autē nimis honorificati sūt amici tui de⁹. nimis cōfor
tatus est principat⁹ eorū. Quia oīs: qui se exaltat: humi
liabitur. & qui se humiliat: exaltabit. Et ex hac cōclusi
one manifeste claret præcedentē dñi sermonē typice in
telligendū. Neq; enī mox oīs: qui se corā hoībus exaltat
humiliabit. aut qui se in cōspectu hominū hūiliat: exal
tabit ab eis. Sed ecōtrario nōnūquā qui se uel in apice di
gnitatis. uel in alia qualibet acquirēda gloria subleuat.
usq; in finē exaltari nō cessat. Sicut & humilis quilibet ac
uerecund⁹ in sua qua cōtētus est: usq; ad uitæ terminū
mediocritate perseuerat. Et ideo iuxta ueritatis senten

Textus.

Textus

Præf. r.

ps. c. xxxviii.

Textus

tiam omnis: qui se incaute de meritis alleuat: humiliabitur a dño. & qui prouide se de beneficiis humiliat: exaltabitur ab eo. In eundē pculdubio sensum præmissus sermo redēptoris: quo primos in nuptiis accubitus quæri uetat: congruit. Dicebat autē & ei: qui se inuitauerat. *Tertius,*

Quū facis prandiu aut cenā: noli uocare amicos tuos. neq; cognatos: neq; frēs tuos. neq; uicinos diuites. Fratres, amicos & diuites alterutrū cōiuiua celebrare non quasi scelus interdicitur: sed sicut cetera necessitatis humane cōmertia: ubi & peccatores peccatorib⁹ fenerant ut recipiāt æqualia ad promerēda uitæ cælestis præmia

nil ualere ostendit. Deniq; subiungit. Ne forte & ipi te reinuitēt: & fiat tibi retributio. Nō ait. Et fiat tibi peccatū: sed fiat inquit tibi retributio. Cui simile est quod

alibi dicit. Et si benefeceritis iis: qui uobis benefaciunt quæ uobis est gratia: Neq; hic dicit Peccatū est uobis: sed quæ uobis est gratia: Siquidē & peccatores hoc faciunt: quāuis sunt quædā mutua fratrum, amicorum, co-

gnatorū, uicinorūq; diuitū cōiuiua. quæ nō solū in præsentī retributionē: sed & dānationē percipiūt in futuro. Deniq; ab apostolo inter opera tenebrarū anumeratur. Sic ut in die inquit honeste ambulemus. nō in cōmessationib⁹ & ebrietatibus. Cōmessationes quippe sunt luxuriosa cōiuiua: quæ aut collatiōe oīum celebrātur. aut uicibus solent a cōtubernalibus exhiberi: ut neminē pudeat inhoneste aliquid dicere aut facere: quia ad hoc cōuenitur: ut feda illic copā cōgeratur uīni. & incitetur libidinis diuersa uoluptas. Sed quū facis cōiuiuium: uoca

pauperes, debiles, claudos, cecos, & beatus eris: quia non

Roma. xiiij.

Tertius

habent retribuere tibi. retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. In resurrectione iustorum dicit: quia & si omnes resurgant: eorum tamen non immerito quasi propria cognominat: qui in hac se beatos non dubitant esse futuros. Ergo qui pauperes ad conuiuium uocat: in futuro primum accipiet. Qui amicos. fratres & diuites uocat: recipiet mercedem suam. Sed & si hoc propter deum facit in exemplum beati Iob sicut cetera fraternae dilectionis officia: ipse qui iussit: remunerat. Qui gulosos ac luxuriosos propter lasciuiam inuitat: poena in futuro plectetur aeterna. Haec quum audisset quidam de simul discubentibus dixit ei. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Panis qui manducatur in regno dei: non iuxta Cherinthum corporalis intelligendus est cibus: sed ille utique: qui ait. Ego sum panis uiuus: qui de caelo descendi. Siquis manducauerit ex hoc pane: uiuet in eternum. id est. si quis meae incarnationis sacramento perfecte incorporatus meae diuinae maiestatis uisione frui meruerit: hic perpetua uitae immortalis beatitudine gaudebit. Tu autem.

¶ Dominica decima octaua.

¶ Ex euangelio Matthei uigesimo secundo capi.



Nillo tempore. Accesserunt ad iesum pharisei & interrogauit eum unus ex his legis doctor tentans eum. Magister quod est mandatum magnum in lege. Ait illi iesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima tua. & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum sicut te ipsum. in his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetae. Congregatis autem

phariseis: interrogauit eos iesus dicens. Quid uobis uidetur de xpo cuius filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dnm dicēs. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum dnm: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere ei uerbū. nec ausus fuit quisquā ex illa die eum amplius interrogare.

¶ Homelia beati Ioānis epi. alias Chrysostomi.

Requēter iudei diuersis interrogationibus xpm tentātes sibi quidem acquisierunt iterum. nobis autē prouiderūt salutem. Nam uerba xpi profecerūt illis ad cōfusiōē. nobis autē ad edificatiōē. quoniā responsis eius uincebātur: & nō placabātur. Nam malicia frequēter quidē uincit. nūquā autē placatur. Pharisei sunt oēs: qui cōtra ueritatē cōtēdūt: qui nō ueritatē defēdere cupiētes certāt: sed subuertere festināt. Qui enī pro ueritate contēdit: cognita ueritate cōsentit ueritati. Qui autē cōtra ueritatē nō consentit ueritati: manifestus est: quoniā prius nō pro ueritate: sed contra ueritatē certabat. Audi igitur homo fidelis: qui cōtra hereticū libēter cōtendis. Si pharisei placati sunt: & tu certando cōtra hereticū potes eū placare quū uiceris. Si autē pharisei uicti quidem sunt: placati autē nō sūt: quomodo tu poteris eos placare: quū uiceris? Nūquid xpo fortior es: ut quos ille nō placauit: tu places? Debuērūt quidē timere saduceos: exēplū: ut ne similiter interrogātes cōfundant. sed ardēs malicia dum se satiare festinat: non aspicit exitum rei: ut tantūmodo alteri no-

ceat: nec sibi parcens. Si neminē ante uicisset: forsītā ita
sta ratione se sperarent posse eum uincere: a quo nullus
est uictus. Nunc autē uidētes quoniā quotquot eum in-
terrogare ausi sunt: oēs uicti recesserūt: quid æstimādi
sunt isti? Nunquid fortiores q̄ cæteri: qui uictis oībus
uincere possunt? Sed imprudētiores q̄ oēs qui cōfusi
oībus ante se: similiter erubescere nō timuerūt. Conue-
nerūt in unum: & interrogauit eum unus legis doctor.
Cōuenerūt: ut multitudine uincerēt: quē rōne superare
non poterant. A ueritate nudos se esse professi sunt: qui
multitudine se armauerūt. Dicebāt enī apud se. Vnus
loquatur pro oībus. & oēs loquamur per unū: ut si qui-
dem uicerit: uel solus uideatur cōfusus. O pharisei: qui
oīa propter hoīes cogitatis & facitis. Primū quidē ueni-
entes cum uno uincendi estis per unum. Tamē putatis
quā uno uicto: hoīes nō intelligāt oēs uos esse uictos.
Nūquid cōscientiæ uestræ nō sentiunt se esse cōfusas?
Leuis est enim cōsolatio: qui in se ipso confusus est: q̄ ab
aliis ignoratur. Magister quod est mādātū magnū in le-
ge? Magistrū uocat: cuius nō uult esse discipulus. Sim-
plicissimus interrogator & malignissim⁹ insidiator de
magno mandato interrogat: qui nec minimū obseruat.
Ille enī debet interrogare de maiore iusticiā: qui iam mi-
norē impleuit. Dñs autē sic eum reprehēdit: ut interro-
gationē eius fictā cōsciētā statim primo respōso per-
cuteret dicens. Diliges dñm deū tuū in toto corde tuo.
id est nō sicut tu: qui deuotionē ostēdis in ore. & fraudē
meditaris in corde. Magnū autē & minimū mādātū di-
cimus quantū ad dignitatē mandatoꝝ: nō quantum ad

Tertus.

Tertus

Tertus

utilitatē. Alioquin utilitas eorum mandatorū una est. &
oīa mandata: quæ uidetur esse mandatū: ita sibi coheret
ut alterū sine altero esse nō possit. Vt puta si interroget
te aliquis in edificatione domorū quæ parsest melior:
dicis fundamētū. Sed quēadmodū edificatio nō potest
esse: nisi fuerit fundamētū: ita nec fundamētū potest
esse: nisi edificatio fuerit subsecuta. Nec dicit fundamē
tū: nisi sit edificatio: cuius fundamētū dicat. Ergo fun
damētū edificatione dignius est: non utilius. Sic & ca
put dignius est q̄ mēbra: tñ nec mēbra sine capite: nec
caput sine mēbris. Sic digniores sunt sacerdotes q̄ po
pulus nō tñ utiliores. quia nec populus sine sacerdotib⁹
nec sacerdotes sine populo esse possunt. Ita & dignius ē
hoc mandatū. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo:
q̄ illud. Nō cōcupisces. Nō occides: tñ utilitas una est.
Nā qui diligit deum: ille nō occidit. aut cōcupiscit: qui
aut occidit. aut cōcupiscit: nō diligit dñm deū suū. Esse
aut minora mādata dñs manifestat. Si quis unū ex mini
mis istis mandatis soluerit: & docuerit sic hoīes: mini
mus uocabit⁹ in regno cœlorū. Diliges inquit: nō time
bis: quia diligere maius est q̄ timere. Minoratio enī cul
ture dei habet timorē. perfectio aut dilectionē dicente
Ioāne. Perfecta aut dilectio foras mittit timorem. Do. j. Ioannis, iij.
nec enī homo timet deum: nō eum diligit. Quū aut dili
gere ceperit: iam nō eum tantūmodo timet: sed etiā am
plius diligit. Timere enī seruorū est. diligere filiorū. Ti
mor sub necessitate est. dilectio i libertate. Qui in timo
re seruit deo: pœnam quidem euadit: mercedem aut ius
ticiæ nō habet: quia inuit⁹ facit bonum propter timo

rem. Nō uult ergo deus ut timeatur ab hominib⁹ qua
si dñs: sed ut diligatur quasi pater: qui adoptiōis spiri⁹
donauit hoib⁹. Nam si cōsiderem⁹ ab initio creati ho
minis causam intelligimus. quia deus se magis patrem
uoluit esse hominū q̄ deū. Nō enī dixit tātūmodo faciā
hoiem. sed faciāmus hoiem secundū imaginē nrām. Si
milare aut cōuenit filiis ad p̄res suos. nō etiā seruis ad
dños suos. Quid est diligere deum ex toto corde: nisi ut
cor tuū nō sit inclinātū ad ullius rei dilectionē ampli⁹ q̄
dei. nec delecteris quasi specie mundi amplius q̄ dei. nō
in honoribus. nō in auro. uel argēto. nō in possessiōib⁹
aut uineis. nō in aīalib⁹ aut mācipiis. non in ornāmētis
aut uestib⁹. nō in filiis. aut parētib⁹. aut amicis: sed hęc
oīa existimes tibi esse in deo: ut p̄ his oīb⁹ ames deum.
Sī aut in aliquo horū amor cordis tui fuerit occupatus
iā ex toto corde nō amas deū. Pro quāta enī parte cor tuū
fuerit ad aliquā rem: pro tanta parte minus est ad deū.
Ecce si uir habeat uxore: quomō cognoscit uxoris ple
na dilectio? Vxor neminē debet sapientiorē putare q̄ ui
rum suū. & si sit alter sapiētior: tñ illa sapiētiorē esse alte
rum itelligere nō debet. Vxor neminem fortiorē debet
putare q̄ uirū suum. & si sit alter fortior: tñ illa itellige
re nō debet alterū fortiorē. Vxor neminē debet formosi
orē putare q̄ uirū suum. & si sit alter formosior: tñ corā
oculis eius alter formosior nō debet apparere. Perfectū
enī odium & perfectus amor uerum iudiciū nō cogno
scit: ut puta si p̄fecte odias aliquem qualiacunq; fuerint
apud illū: oīa tibi displicēt. siue quæ agit: & si sint bona
tñ tibi mala uidentur. Sic & si p̄fecte aliquē amas: quæ

cunq; sunt apud eum: tibi placet siue quæ loquitur. siue
quæ agit. & si mala sunt: tñ tibi bona uidentur. Ergo &
uxor si uidēs aliquē dixerit q̄ sapiens uir. utinā uir me⁹
talis esset: iam amor eius minus habet aliqd de perfecto
amore. Si uidens aliquē dixerit q̄ formosus hō: utinam
uir meus talis esset: iam amor eius minus habet aliqd de
pfecto amore. Et pro quāta parte amplius aliqd laudaue
rit ī altero uiro q̄ in suo: tanto dilectio minor est ad uirū
suū. Sic ergo & aīa oīs xpīana: quæ sponsa est xpī: ita de
bet diligere deum: ut nihil sit in mundo: quod amplius
amet q̄ eum. Pro quāta enī parte plus aliquid amauerit:
pro tanta parte minus amat deū. Quid est in tota aīa di
ligere deum? Idest certissimū animū habere in ueritate
& firmū esse in fide. Alius est enī amor cordis. & ali⁹ est
amor animæ. Amor cordis quodāmodo carnalis est: ut
etiā carnaliter deum amem⁹. qđ facere nō possum⁹: nisi
recesserimus ab amore mūdialiū rerum. Sicut enī casta
mulier: quæ uirum suū amat: nullū aliū amat. si autē alte
rum amauerit: iā non amat uirum suū: ita & hō si deum
amat: mundū nō amat. si autē mundū amauerit: iā deum
ex toto corde nō amat. Ergo cordis amor nō intelligitur
in corde: sed sentit⁹ q̄a quodāmodo carnalis ē. Amor autē
aīæ nō sentit⁹ in corde: sed itelligit⁹: q̄a amor aīæ iudiciū
est. puta q̄ didicisti unum deū: ex quo oīa. & unū deum:
per quē oīa. Si iterū intellect⁹ tuus alicui⁹ doctrinæ se
ductiōe pcussus ceperit dubitare de substātia dei: ī tota
aīa nō diligit deū. Iterū qui putat icātatiōes aliqd posse
aut auguria aliquid itelligere. aut diuinationes aliquid
nūciare: ille nō in tota aīa diligit deū. Qui omne bonum

credit apud deū. & omne bonū credit esse deū: extra deū
nō credit esse bonū. Qui omnē uirtutē & oēm sapientiā
credit esse deum: extra deum nec sapientiā iam aliquam
esse credit. nec uirtutē. Qui credit deum oīa facere & si
ne deo nihil posse fieri: ille tota mente diligit deū. Quid
est in tota mente diligere deum? Id est ut oēs sensus tui:
qui pertinet ad mentē: deo uacent. Cuius intellect⁹ deo
ministrat: cuius sapiētia circa deum est. cuius cogitatio
ea: quæ dei sunt tractat. cuius memoria quæ bona sunt
recordatur: tota mente diligit deum: sicut ait apostol⁹.

s. corinthi, xliij

Psallam spiritu. psallā mente. Cuius aut̃ aut intellectus
quæ dei sunt nō intelligit. aut nō secundū deū sapit. aut
scientia illius uana est & secularis. aut recordatio illius
nō est bona. aut cogitatio displicēs deo: ille nō tota men
te diligit deum: hoc est primū & maximū mandatum.
Secundū aut̃ simile est huic. Diliges proximū tuū sicut
te ip̃m. Videtur xp̃us nō ad interrogata respondere. Ille
enī interrogat quod est mandatū magnū. Puta dixit. di
liges dñm. Si uoluit & alterū mandatū introducere: de
buit minimū dicere nō secundū. secundū aut̃ primū re
spicit. Sed uide quid uoluit ostendere. Diliges dñm &
primū & magnū est. diliges proximū magnū quidē est
primū aut̃ nō est. & ideo dixit. Simile est. Cōsidera ergo
mysteriū. Quis est proxim⁹ noster? Christus: qui susci
piens carnem nr̃am factus est proximus nobis. Sicut in
parabola illa xp̃us ostēdit quū dixisset phariseus. Et qs
est meus proximus: introducūt hoīem a latronibus uulne
ratū. & a sacerdote despectū: a samaritanū aut̃ receptū:
qui est ip̃e xp̃us. ergo primū mandatū est & magnū deū

Textus

patrem diligere. idest cognoscere. Ergo fili⁹ dei magn⁹
 sicut pater. Quicquid enim pater potest: & fili⁹ potest.
 Pater enim diligit filium: & oīa dedit in manu eius. Sed
 quia oīa filius patre dante potest sicut pater: ideo pater
 magnus deus & primus. Filius autē magnus de⁹ quidē:
 nō tñ primus sicut ait apostolus. Expectātes aduentum *Ad titum. ij.*
 magni dei & saluatoris nr̄i iesu xp̄i. Vt autē simpliciter in
 telligamus pximū nr̄m omnē hoīem esse fidelē: quī ho
 minem amat fidelē: simile est sicut quī deū amat: quia
 imago dei est homo. Sicut rex in sua imāgine honorat.
 uel contēnitur: sic & deus in hoīe uel diligitur. uel odit.
 Nō potest hoīem odire q̄ deū amat. nec potest deū ama
 re: qui hominē odit. sicut ait Ioānes apostolus. Qui di
 cit se diligere deū: & nō diligit frēm suū: mētitur. *i. Ioānis. iij.*
 Si enī
 fratrē: quē uides: nō diligis: deum quē nō uides: quomō
 potes diligere? Quis honorat regē: & contēnit ei⁹ ima
 ginē? Aut quis honorat imāginem: & auctorē contēnit
 imaginis? Aut ita. Quoniā pharisei sciebāt quidē quod
 esset mandatū magnū in lege: & tentātes interrogabāt:
 uolens eis ostēdere: quia nō sufficiebat eis solius dei pa
 tris agnitio ad salutē: nō solū dixit. Diliges dñm deū tuū
 in toto corde tuo: & in tota aīa tua: sed addidit. Diliges
 pximū tuū sicut te ip̄m: quī erat ip̄e. Alioqn si ad solā in
 terrogationē eorum respondisset: sufficeret dicere. Dili
 ges dñm deum tuum. & nō adderet. Et proximū tuum *Joānis. xvj.*
 sicut te ip̄m. secundum quod & alibi dicit. Hæc est uita
 æterna: ut cognoscant te solum uerum deum: & quē mi
 sisti iesum xp̄m. Et uidet quia non dixit. Cognosces dñm
 deum tuū: sed diliges. quoniā cognoscere uerū deū pene

propriū est humanæ naturæ. diligere autē cū religio-
si cordis est & recti. Et quicumq; dilexerit deum ex toto
corde: nō est possibile ut nō pueniat ad filiū eius agnitio-
nē. id est proximi. Ipā enī dilectio dei: quæ in eo habetur
illuminās eum præstat ei ducatū: ut post prēm cogno-
scat & filiū. In duobus mandatis lex pēdet & pphetæ
Qui pximū suū diligit: nec occidit. nec mentitur illi:
quem diligit. nec falsum testimoniū dicit de eo: quē di-
ligit. nec mulierē illius inuadit. Sicut odiū omne malū
suggerit: sic dilectio omne bonū. Vnde ait apostol⁹. Est
fides: quæ per dilectionē opat̃. Aut ita. Quoniā de prē
& filio oīs pphetarum & legis prædicatio existerat. per
quos pphetas agnoscēs quis pximū suū. hoc est filiū
dei ad primū & magnū mādatū pueniebat ut diligeret
dñm deum melius cognoscens eum per seipm. Cōgre-
gatis autē phariseis: interrogauit eos iesus. Quid uobis
uidentur de xpō. cuius fili⁹ est? Respōderūt Dauid. Et di-
xit eis. Quomō ergo Dauid in spū uocat eum dñm: si fi-
lius eius est? Iudei existimantes hominē xpm tentabāt.
Nec enī tentassent eum: si eum dei filiū credidissent.
Volens ergo eis xpus ostendere quia cognoscebat falla-
ciam cordis eorum. & quia nō erat homo. qui tentabat:
sed deus: quoniā nemo potest tētare. nec dicere poterat
manifeste ueritatē de se. nec tacere. Dicere enī nō po-
terat: ne malorum occasionē blasphemī inuenientes iu-
dei amplius insanirent. Tacere autē non poterat uerita-
tem: quia ad hoc uenerat: ut ueritatem annūciaret. Ideo
talem interrogationē eis proposuit: ut eo tacente ipā in-
terrogatio eius ostenderet eis. Nūquid poterat dñs ei⁹

Tertius.

Ad gala. v.

Tertius.

esse: qui ex eo fuerat nascitutus? Puto aut hanc interrogationē nō solū contra phariseos: sed etiā contra hereticos posuit. Nam secundū carnē uere filius erat Dauid: dñs aut secundū diuinitatē. Si ergo xpus secundū carnē dicit xpus. aut secundū carnē iussus est sedere ad dexteram pr̄is sicut heretici putant: ex æqualitate mendaciū cōponere festinātes: nūquā xpus Dauid filiū esse se denegasset. Nam nobis filius potest esse: qui post nos futur⁹ est. Dñs aut esse nō potest: nisi qui aut nobiscū. aut ante nos est. Christus aut secundū carnem post Dauid est. Secundū diuinitatē aut ante Dauid. Ergo illū significabat dñm deum suum. illum significabat iubēdū sedere: qui iam tūc erat. idest unigenitus deus. Et nemo poterat ei respōdere uerbū. neq; ausus est quisquā ex illa die ampli⁹ interrogare. Confusio multorū facta fuerat discipulina cunctorū. Nam & si credimus q; oīa sibi secundū prouidentia dei agebātur: intelligim⁹ quoniam nō illis desinētibus interrogare xpus desuit docere. sed quia xpus desierat: eos iam ulterius non ausos esse interrogare. Nā qui mari terminū posuit: ipse audaciæ diaboli aduersum se agentis quando uoluerit: tunc finem ponit.

Textus.

¶ Dominica decimanona.

¶ Ex euangelio Matthei nono capi.



N illo tempore. Ascendens iesus in nauiculā transfretauit & uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et uidens iesus fidem illorū dixit paralytico. Cōfide fili. remittūf tibi pctā tua. Et ecce qdā de scribis dixerūt intra se hic blasphemāt. Et quum uidisset iesus cogitati-

ones eorū dixit. Vt quid cogitatis mala in cordib⁹ uris? Quid est facilius dicere remittūtur tibi peccata tua: an dicere surge & ambula? Vt sciatis aut quia filius hominis habet potatē in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tolle lectum tuum; & uade in domum tuā. Et surrexit; & abiit in domū suā. Videntes autē turbę ti muerūt. & glorifica uerūt deū; q̄ dedit potatē talē hoīb⁹.

¶ Homelia beati Hieronymi presbyteri.



Christū in humanis actib⁹ diuina gessisse mysteria. & in rebus uisibilibus inuisibilia exercuisse negotia lectio hodierna monstrauit. Ascendit inquit in nauiculā & transfretauit; & uenit in ciuitatē suā. Nōne hic est: qui fugatis fluctibus maris profunda nudauit: ut israeliticus populus inter stupentes undas sicco uestigio uelut montiū cōcaua trāfiret? Nōne ipse est: qui petri pedibus marinos uertices inclinauit; & tūc liquidū humanis gressibus solidum præberet obsequiū. Ecquid est q̄ ipse sibi maris sic denegat seruitutē: ut breuissimi lacus transitum sub mercede nautica transfretaret? Ascendit inquit in nauiculā & transfretauit. Ecquid mirū fratres? Christus uenit suscipere infirmitates nostras & sua nobis cōferre medicamina sanitatis: quia medicus qui nō fert infirmitates: curare nescit. & qui non fuerit cum infirmo infirmatus: infirmo nō potest cōferre sanitatē: xp̄us ergo si in suis mansisset uirtutibus: cōmune cum hoīb⁹ nil haberet. & nisi impleset carnis ordinē: carnis in illo esset ociosa susceptio. Sustinuit ergo has necessitates: ut homo uerus humanis necessitatibus probaret. Ascendit in nauiculā. Christus nauim se-

culi fluctus semper mitigans ascendit: ut credentes in se
ad cælestem patriam tranquilla nauigatione perducatur:
& municipes faciat: quos humanitatis suū fecit confor
tes esse. Nō ergo xpus indiget nauī: sed nauis idiget xpo
quia sine cælesti gubernatore nauis ecclesiæ per mūda
num pelagus. per tanta & talia discrimina celestem por
tum nō ualet peruenire. Hæc diximus fratres quantū
ad intelligentiā spiritalē. uerum ipius historiæ ordinem
psequamur. Ascendēs inquit in nauiculā transfretauit
& uenit in ciuitatē suam. Creator rerū orbis dñs postea
q̄ se propter nos nrā igustauit in carne: cepit habere hu
manā patriā. cepit ciuitatis iudaicæ esse ciuis. parentes
cepit habere parentū oīum ipe parens: ut iuitaret amor
attraheret charitas. uinceret affectio. suaderet humani
tas quos fugarat dominatio. metus disperferat. & fece
rat uis ptātis exteros. Venit in ciuitatē suā: & obtulerūt
ei paralyticū iacentē in lectulo. Et uidēs inquit iesus fi
dem illorū dixit paralytico. Cōfide fili. remittūtur tibi
peccata tua. Audit ueniam & tacet paralyticus: nec ullā
respōdit grām. quia plus corpīs q̄ animæ tēdebat ad cu
ram. & tēporales erūnas resoluti corpīs sic deflebat: ut
æternas pœnas resolutioris aīæ nō defleret gratiorē sibi
pntē uitā iudicans q̄ futurā. Merito xpus offerentiū fi
dem respicit. & uecordiā sic iacentis respicit: ut fidei ali
enæ suffragio paralytici aīa ante curaret q̄ corpus. Re
spiciens inquit fidem illorum. Cernitis in hoc loco frēs
dñm nō quærere insipientiū uoluntates: non expectare
ignorantium fidem. nō infirmī stulta desideria perscr
uari: sed ad alterius fidem subuenire. Et re uera fratres

Textus.

Textus.

quādo medicus languētium aut quærit. aut respicit uoluntates: quum semper contraria desideret & requirat egrotus: Hinc est q̄ nūc ferrum. nunc ignem. nūc amara pocula ingerit & apponit inuitis: ut curam sanī sentiānt: quā sentire nō poterant ægrotātes. Et si homo iniurias despicit. maledicta cōtēnit: ut sauciatīs manib⁹ spōte uitam conferat & salutē: quanto magis xp̄us medic⁹ bonitate diuina morbis saucios peccatoꝝ. & frenesi criminū laborātes ad salutem etiā inuitos attrahit & nolentes. O si uelimus fratres. o si uelimus mentis nostræ omnes paralises semper uidere: & aīam nrām uirtutib⁹ destitutā iacere in uitiorū stratibus cerneremus. Luceat nobis quemadmodū xp̄us: qui nrās quotidie noxias despicit uolūtates. & ad salutaria nos remedia pertrahit ut purget inuitos. Filiū inquit remittuntur tibi peccata tua. Hæc dicens deū se uolebat intelligi: qui per hoīem oculis adhuc latebat humanis. Virtutib⁹ etenī & signis cōparabat prophetis: quia per ip̄m fecerant & ip̄i uirtutes. Peccatis autē dare ueniam quia penes hoīem non est: & est singulare deitatis insigne: deū illū pectoribus in se rebat humanis. Probat hoc pharisaic⁹ liuor. Nam quū dixisset. Remittūtur tibi peccata tua: respōderūt pharisei. Hic blasphemat. Quis enī potest peccata dimittere: nisi solus deus? Pharisee: qui sciendo nescis. cōfiteōdo negas. quū testaris impugnas. Si de⁹ est: qui remittit peccata: cur tibi xp̄us de⁹ nō est: qui in uno indulgētia suæ munere totius mundi probatur abstulisse peccata. Ecce inquit agnus dei. ecce qui tollit peccata mūdi. Ut autē possis maiora capere diuinitatis eius insignia: audi cum

Textus.

pectoris tui penetraſſe ſecretū. Aſpice eū ad cogitatio-
nū tuarū latebras perueniſſe. itellige eum cordis tui nu-
dare conſiliū. Et quū uidiſſet inquit ieſus cogitationes co-
rum dixit. Quid cogitatis mala in cordib⁹ uris? Quid ē
facili⁹ dicere. remittūtur tibi peccata tua: an dicere ſur-
ge & ambula? Vt ſciatis aut quia filius hoīs prātē habet
dimittēdi peccata: dixit paralytico. Surge. tolle lectū tu-
um & uade ī domū tuā. Et ſurrexit: & abiit ī domū ſuā.
Scrutator animorū præuenit mentiū magna conſilia. &
deitatis ſuæ potentiā opīs atteſtatiōe monſtrauit. dum
diſſipatī corporis mēbra cōponit. neruos ſtringit. iun-
git oſſa. cōplet uiſcera. firmat uirtutē. & greſſus ad cur-
ſum ſuſcitāt ī uiuo cadauere iam ſepultos. Tolle lectū
tuum. hoc eſt porta portantē. oneris muta uices: ut qđ
fuit infirmitatis testimoniū: ſit probatio ſanitatis. ut le-
ctus doloris tui ſit meę curationis indiciū: ut receptæ
fortitudinis magnitudinem ponderis aſſerat magnitu-
do. Vade inquit in domum tuam: ne xpīana fide curat⁹
in uiis iudaicæ perfidiæ iam moreris. Tua aut.

¶ Dominica uiceſſima.

¶ Ex euangelio Matthei. xxii. capi.

Nillo tempore. Loquebatur ieſus cum diſ-
cipulis ſuis ī parabolis dicens. Simile factū
eſt regnum cœlorum hominī regi: qui fecit
nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos uocare inuitatos
ad nuptias: & nolēbāt uenire. Iterū miſit alios ſeruos di-
cēs. Dicite iuitatis ecce prādiū meū pāui. tauri mei & al-
tilia occiſa. & oīa pata ſunt. uenite ad nuptias. Illi aut ne-
glexerūt & abierūt, ali⁹ ī uillā ſuā. ali⁹ ad negociatio-

nem suā. Reliqui uero tenuerunt seruos eius. & contumeliis affectos occiderūt. Rex autē cū audisset iratus est & missis exercitib⁹ suis perdidit homicidas illos: & ciuitatē illoꝝ succēdit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidē paratæ sunt: sed qui inuitati erāt: nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus uiarū: & quoscūq; inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in uias cōgregauerūt omnes quos inuenerūt: malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discubentiū. Intrauit autē rex ut uideret discubētes: & uidit ibi hoīem nō uestitū ueste nuptiali. Et ait illi. Amice quomō huc intraisti nō habēs uestē nuptialē? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manib⁹ & pedib⁹ mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit flet⁹ & stridor dētium. Multi enī sūt uocati. pauci uero electi.

¶ Homelia beati Gregorii papæ.



Extū lectiōis euāgelice frēs charissimi uolo si possū sub breuitate trāscurrere ut si i fine ei⁹ ualeā ad loquēdū largi⁹ uacare. Sed q̄rēdū prius ē. an hæc apud Mattheū ipa sit lectiō: quæ aqud lucā cum appellatiōe cene describit. Et qdē sūt nōnulla: quæ sibi dissona esse uidēt: q̄a hic prādiū. illic cena mēorat. Hic q̄ad nuptias nō dignis uestib⁹ itrauit: repuls⁹ ē. illic null⁹: q̄ itrasse dicit: repulsus esse phibet. Qua ex re recte colligit. q̄ & hic p nuptias p̄ns ecclesia. & illic per cenā eternū & ultimū cōuiuiū designat q̄a & hāc nōnulli exituri intrāt. & illā q̄sq; semel itrauerit: ulterioꝝ nō exit. At siq; forte cōtēdat hāc eandē esse lectiōnē: egome li⁹ puto salua fide alieno itellektui cedere q̄ cōtētiōib⁹ de seruire: quoniā & itelligi cōgrue forsitan pōt. q̄a de pie-

et eo: qui cum nuptiali ueste nō uenerat: quod Lucas
 tacuit. Mattheus dixit. Quod uero per illum cena: per
 hunc autē prandiū dicitur: nequaquā uel hoc nra intelli
 gētiā obfistit. quia quū ad horā nonam apud antiquos
 quotidie prandiū fieret: ipm quoq; cēna uocatur. Sæpe
 autē iam memini q; plerūq; in sancto euangelio regnū coe
 lorum præsens ecclesia nominat. Congregatio quippe
 iustorū regnū celoꝝ dicitur. Quia enī per prophetam
 dicit dñs. Cælum mihi sedes est. Et Salomō ait. Anima *Esa. lvi.*
 iusti sedes sapiētiae. Paulus etiā dicit xpm dei uirtutē & *i. corinthi. i.*
 dei sapientiā. Liquide colligere debemus: quia si de^o sa
 pientia. aīa iusti sedes sapiētiae. dum cælum dicit sedes
 dei: cælum ergo est anima iusti. Hinc per psalmistā de
 sanctis prædicatorib⁹ dicitur. Cœli enarrant gloriā dei. *ps. xlvii.*
 Regnū ergo celoꝝ est ecclesia iustorū. quia dum eorū
 corda in terra nil ambiunt: per hoc q; ad superna suspi
 rant: iam in eis dñs quasi i cœlestib⁹ regnat. Dicat ergo
 Simile est regnū celoꝝ homini regi: qui fecit nuptias *Textus.*
 filio suo. Jam itelligit charitas ur̄a quis est iste rex regis
 filiū pater. ille nimirū: cui psalmista ait. De^o iudiciū tuū *ps. lxxi.*
 regi da: & iustitiā tuā filio regis. Qui fecit nuptias filio
 suo. Tunc enī deus pater deo filio nuptias fecit: quādo
 hunc in utero uirginis humanæ naturæ cōiunxit. quā
 do deum ante sæcula uoluit fieri hominē in fine sæculo
 rū. Sed quia ex duabus personis fieri solet ista nuptialis
 cōiunctio: absit hoc ab intellectib⁹ nr̄is: ut personā dei
 & hoīs redēptoris nr̄i iesu xpi ex duabus personis creda
 mus unitā. Ex duabus quippe atq; in duab⁹ hūc naturis
 existere dicimus: sed ex duabus personis cōpositū credi

ut nefas uideamus. Aptius igitur atque securius dici potest
quia in hoc pater regi filio nuptias fecit: quo ei per incarnationis mysterium sanctam ecclesiam sociauit. Vterus autem
genitricis uirginis huius sponsi thalamus fuit. Vnde &
psalmista dicit. In sole posuit tabernaculum suum. & ipse
tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tanquam sponsus
quippe de thalamo suo processit: qui ad coniungendam
sibi ecclesiam incarnatus de deo incorrupto uirginis utero
exiuit. Misit ergo seruos suos: ut ad istas nuptias amicos
inuitaret. Misit semel. Misit iterum. quia incarnationis
dominice predicatorum: & prius prophetarum: & postmodum
apostolorum misit. Bis itaque seruos ad inuitandum misit:
quia incarnationem unigeniti & per prophetas dixit futuram:
& per apostolos nuntiavit factam. Sed quia ipsi: qui prius
inuitati sunt ad nuptias conuiuium noluerunt uenire: in
secunda inuitatione iam dicitur. Ecce prandium meum
parauimus. tauri mei & altaria mea occisa sunt & omnia
parata. Quid in tauris & altaribus fratres charissimi: nisi noui
& ueteris testamenti patres accipimus? Quia enim uulgo
loquor: etiam ipsa me necesse est uerba euangelice lectionis
explanare. Altaria enim faginata dicimus: ab eo enim
quod est alere altaria quasi altaria uocamus. Quum uero
in lege scriptum sit. Diliges amicum tuum & odio habes
inimicum tuum: accepta tunc iustis licentia: fuerat
ut dei suosque aduersarios quanta possent uirtute comprimerent:
eosque iure gladii ferirent. Quod in nouo procul dubio
testamento cōpescitur: quum per semetipsum ueritas
predicat dicens. Diligite inimicos uos. benefacite eis: qui
oderunt uos. Quid ergo per tauros: nisi patres testamenti ue-

ps. cxviii.

Textus.

Luci. vi.

Luci. vi.

ter is significatur? Nam quū ex permissione legis acceperant: quaten⁹ aduersarios suos odii retributione percuterent: ut ita dicam: quid aliud q̄ tauri erant. qui inimicos suos uirtutis corporeę cornu feriebat? Quid uero per altilia: nisi patres noui testamenti figuratur? Quid dum grām pinguedinis internæ percipiūt: æternis desideriis imitentes: ad sublimia contēplationis suæ penna subleuātur. In imo quippe cogitationē ponere quid est aliud q̄ quædā ariditas mentis. Qui autē intellectu cælestium iam per sancta desideria de supernis delectatiōis intimæ cibo pascunt: quasi largiori alimento pinguescunt. Hac enī pinguedine saginari psalmista cōcupierat quum dicebat. Sicut adipe & pinguedine repleat aīa ps. lxxj.
mea. Quia ergo prædicatores dñicæ incarnationis missi persecutionē ab infidelib⁹ & prius pphetæ. & postmodū sancti apostoli ptulerūt: inuitatis & uenire nolētib⁹ dicit. Tauri mei & altilia occisa sunt. & oīa parata. Ac si apert⁹ dicat. Patrū præcedētū mortis aspiciat. & remedia uitæ uŕæ cogitate. Notādū uero q̄ priori inuitatiōe nil de tauris & altilibus dicit. In secunda autē iā tauri & altilia mactata esse memoratur. quia oīpotēs deus quū uerba eius audire nolum⁹: adiungit exēpla: ut omne qđ impossibīle credim⁹: tāto nobis ad sperādum fiat facilius: quāto per hoc trāfisse iā & alios audiam⁹. Seq̄t. Illi autē Actus
neglexerūt & abierūt: ali⁹ in uillā suā. alius uero in negotiationē suā. In uillam ire est labori terreno imoderati⁹ incubere. In negotiationē uero ire actionū seculariū lucris inhiare. Quia enī alius intētus labori terreno. alius mundi huius actionib⁹ deditus mysteriū dñicæ incar-

Tertius.

nationis pensare: & secundū illud uiuere dissimulat: q̄si
ad uillā uel negociū pergens uenire ad nuptias regis
refusat. Et plerūq; quod est graui⁹: nōnulli uocātis gra-
tiā nō solum respuunt: sed etiā persequunt. Vnde & sub-
ditur. Reliqui uero renuerunt seruos eius: contumeliis
affectos occiderūt. Sed rex ista cognoscens missis exer-
citibus perdidit homicidas illos & ciuitatē illorū succē-
dit. Homicidas perdit: quia persequētes interimūt. Ciui-
tatē eorū igni succendit: quia illorū nō solum animæ:
sed caro quoq; i qua habitauerāt: æterna gehēnæ flāma
cruciat. Missis exercitibus extinxisse homicidas dicit
quia in hoīb⁹ omne iudiciū per angelos exhibet. Quid
nāq; sunt illa angelorū agmina: nisi exercitus regis nr̄i.
Vnde & idem rex dñs sabaoth dicit. Sabaoth quippe ex-
ercituū interpretat. Ad perdēdos ergo aduersarios suos
exercitus mittit: nimirum quia dñs uindictā per ange-
los exercet. Cuius uindictæ potentiā tunc p̄res nr̄i audi-
ebant. nos aut iam cernimus. Vbi sunt enim superbi illi
martyrū persecutores? Vbi illi: qui contra conditorem
suū ceruicē cordis erexerant: & de huius mundi gloria
mortifera tumebāt? Ecce iam mors martyrū floret in fi-
de uiuentiū. & ij: qui contra illos de crudelitate sua glo-
riati sūt: nequaquā ad memoriā nr̄am ueniūt. uel in nu-
mero mortuorū sunt. Rebus ergo cognoscimus: quod
in parabolis audim⁹. Sed is: qui inuitantē se contēni cō-
spicit: regis filiū suū nuptias uacuas nō habebit. Ad ali-
os mittit: q̄a & si apud aliquos laborat uerbū dei: quādo
q; tñ sermo dei inuenturus est: ubi requiescat. Vnde &
subdit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidē paratē sūt:

Tertius

sed qui inuitati erant: nō fuerunt digni. Itē ergo ad exitū
uiarum: & quoscunq; inueneritis: uocate ad nuptias. Si
in scriptura sacra uias actiones accipimus: exitus uiarū
intelligimus defectus actionum: quia illi plerūq; facile
ad deum ueniunt: quos in terrenis actionibus prospera
nulla comitatur. Sequitur. Et egressi serui eius cōgrega Textus
uerunt omnes: quos inuenerunt: bonos & malos: & im-
pletæ sunt nuptiæ discubentiū. Ecce iam ipsa qualitate
cōuiuantū aperre ostēditur: quia per has regis nuptias
pñse ecclesia designatur: in qua cum bonis & mali conue-
niūt. Permixa quippe est diuersitate filiorum: quia sic
omnes ad fidem generat: ut tñ omnes per imitationē ui-
tæ ad libertatē spiritalis gratiæ culpis exigētib⁹ nō per-
ducatur. Quousq; nāq; hic uiuimus necesse est ut uiā præ-
sentis sæculi permixti pergamus: tunc autē discernimur
quū peruenimus. Boni enim soli nusquā sunt: nisi in cœ-
lo: & mali soli nusquā sunt: nisi in inferno. Hæc autē uita
quæ inter cœlum & infernū sita est: sicut in medio sub-
sistit: ita utrarūq; partiū ciues cōmuniter recipit. quos
tñ sancta ecclesia & nunc indiscrete suscipit: & postmo-
dū in egressione discernet. Si ergo boni estis: quādiu in
hac uita subsistitis: æquanimiter tolerate malos. Nam
quisquis malos nō tolerat: ipse sibi per intolerantiā suam
testis est: quia bonus nō est. Abel enim esse renuit: quē
Caim malitia sua nō exercet. Sic ī tritura areę grana sub
paleis premūtur: sic flores inter spinas oriuntur. & rosa
quæ redolet: crescāt cum spina: quæ pungit. Duos quip-
pe filios habuit primus homo. unus horum electus est
alter reprob⁹ fuit. Tres filios Noe arca continuit: sed

ex his duo electi. & unus reprobus fuit. Duos filios ha-
buit Abraam. sed unus electus: & alter reprobus fuit.
Duos Isaac filios habuit: sed unus electus est: & alter re-
probatus. Duodecim filios habuit Iacob: sed ex his unus
per innocentiam uenditus est. alii uero per maliciā uen-
ditores fratris fuerunt. Duodecim apostoli sunt electi:
sed unus in his admixtus est: qui probaret. undecim: qui
probarētur. Septem sunt diacones ab apostolis ordina-
ti: sed sex in fide recta permanētib⁹: unus extitit auctor
erroris. In hac ergo ecclesia nec malū esse sine bonis. nec
bonū sine malis esse possūt. Ante acta itaq; tempora fra-
tres charissimi ad mentem reducite. & uos ad malorū
tolerantiam roborate. Si enim filii electorum sumus: re-
stat necesse est: ut per eorum exempla gradiamur. Bon⁹
enim non fuit: qui malos tolerare recusauit. Hinc nāq;
est: quod de se ipso beatus Iob asserit dicens. Erant filii
Draconum: & focii structionum. Hinc per Salomonē
Sponsæ uoce sanctæ ecclesiæ dicitur. Sicut lilium inter
pinas: sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielē dñs
dicit. Fili hominis increduli & subuersores sunt tecum
& cum scorpionib⁹ habitas. Hinc Petrus beati Loth ui-
tam glorificat dicens. Et iustum Loth oppressum a ne-
fandorum iniusta conuersatione eruit. Aspectu enim &
auditu iustus erat: habitans apud eos: qui de die in diem
animam iustam iniquis operibus cruciabāt. Hinc pau-
lus discipulorum uitam & laudat & roborat dicens. In
medio nationis paruæ & peruersæ. inter quos lucetis:
sicut luminaria in mundo uerbum uitæ continentes.
Hinc Ioannes Pergami ecclesiæ testatur dicens. Scio

Job. xx. r.

Canticorū. ij.

Ezechiel. ij.

ij. petri. ij.

ij. phil. ij.

Apoca. ij.

ubi habitas: ubi est sedes sathanæ. & tenes nomen meum:
& non negasti fidem meam. Ecce fratres charissimi pe-
ne omnia percurrendo cognoscimus. quia bonus nō fu-
it: quem malorum prauitas non probauit. Vt enim ita lo-
quar: ferrum animæ nostræ nequaquam perducitur ad
subtilitatē acuminis: si hoc nō eraserit alienæ lima pra-
uitatis. Terrere autem nos non debet hoc: q̄ in ecclesia
& multi mali & pauci sunt boni: quia arca in undis dilu-
uii: quæ huius ecclesiæ typum gessit: & ampla in infe-
rioribus: angusta in superioribus fuit: quæ in summita-
te etiam suā ad unius mensuram cubiti excreuit. Inferi-
us quippe bestias. quadrupedia. atq; reptilia: superi⁹ ue-
ro aues & homines habuisse credenda est. Ibi lata extitit
ubi bestias habuit: ibi angusta: ubi homines seruauit.
quia nimirum sancta ecclesia in carnalibus ampla est.
in spiritualibus angusta. Vbi enim bestiales hominum
mores tolerat: illic latius signum laxat. Vbi autem eos
habet: qui spiritali ratione suffulti sunt: illic quidem ad
summū ducitur: sed tamē quia pauci sunt: angustatur.
Lata quippe uia est: quæ ducit ad perditionem: & mul-
ti sunt qui uadūt per eam. & angusta porta est: quæ du-
cit ad uitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. Eo autem
usq; arca angustatur in sūmis: quousq; ad mēsurā unius
cubiti perducatur. quia in sancta ecclesia quāto sāctiores
quiq; sunt: tāto pauciores. Quæ in sūmo ad illū pducit:
qui solus hō in hoībus: & sine alterius cōparatiōe natus
est sanct⁹. qui iuxta psalmistæ uocē fact⁹ est sicut passer ps.c.ij.
unic⁹ in edificio. Tanto ergo magis in alio tolerādi sūt:

quanto amplius abundant. quia & in areæ tritura pauca
sunt grana: quæ seruatur horreis: & grandes acerui pa-
learum: quæ ignibus cõburuntur. Sed iam quia largiēte dño
nuptiarum domum. idest sanctam ecclesiam intraſtis: ſoller
rer fratres aſpiciſſe: ne aliquid de mentis nr̃e habitu rex
ingrediens reprehēdat. Cum magno enim cordis timo-
re penſandū eſt: quod protinus ſubditur. Intrauit autē
rex ut uideret diſcubentes: & uidit ibi hominē nō uesti-
tū ueste nuptiali. Quid fratres chariſſimi exprimi per
nuptialē uestem putamus? Si enim uestem nuptialē ba-
ptiſma. uel fidem dicimus: quis ſine baptiſmate & fide
has intrauit? Eo enim ipſo foris eſt: quo necdū credidit.
Quid ergo debemus intelligere per nuptialē uestē: niſi
charitatē? Intrat enim ad nuptias: ſed cum nuptiali ue-
ſte nō intrat: qui in ſancta eccleſia aſſiſtens fidem habet:
ſed charitatē nō habet. Recte enī charitas nuptialis ue-
ſtis uocatur: quia hanc in ſe cõditor noſter habuit: dum
ad ſociandæ ſibi eccleſiæ nuptias uenit. Sola quippe di-
lectione dei actum eſt: ut eius unigenitus mētes ſibi ele-
ctorum hominum uniret. Vnde & Ioānes dicit. Sic enim di-
lexit deus mūdū: ut filiū ſuū unigenitū daret pro nobis
Qui ergo per charitatē uenit ad hoies: eandem charita-
tem innotuit eſſe uestem nuptialē. Omnis ergo noſtrū
qui in eccleſia poſitus deo credidit: iam ad nuptias itra-
uit. ſed cum nuptiali ueste nō intrat: ſi charitas gratiam
nō cuſtodit. Et certe fratres ſiquis ad carnales nuptias
eſſet inuitatus uestem mutaret: cõgaudere ſe ſponſo &
ſponſæ ex ipſo ſui habitus decore oſtēderet. inter gaudē-
tes & feſta celebrātes deſpectis uestibus apparere erube-

Tertius

Ioannis. liij.

sceret. Nos ad dei nuptias uenimus: & cordis ueste mutare dissimulamus. Cōgaudet angeli. ad coelum assumimur electi. Qua ergo mente hæc spiritalia festa conspiciamus: qui nuptialem uestem. idest charitatem: quæ sola nos speciosos exhibeat: nō habemus. Sciendū uero est quia sicut in duobus linguis superiori uidelicet & inferiori uestis textitur: ita in duobus præceptis charitas habetur: in dilectiōe. scilicet dei & proximi. Scriptū quippe est. Diliges dñm tuū ex toto corde tuo: & ex tota aīa tua. & ex tota uirtute tua. & diliges pximū tuum sicut teipm. Qua in re notandū est quia in dilectiōe proximi mensura ponitur amoris quū dicitur. Diliges pximū tuum sicut teipm. Dei aut dilectio nulla mensura constringit quū dicitur. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo. & ex tota aīa tua. & ex tota uirtute tua. Non enim iubetur quisquis quantū diligit: sed ex quāto quū dicitur. Ex toto. quia ille ueraciter deum diligit: qui sibi de se nihil relinquit. Duo ergo necesse est ut charitatis præcepta custodiat: quisquis in nuptiis ueste nuptialem curat. Hinc est enim quod apud Ezechielē prophetam portæ constitutę in monte uestibulum duobus cubitis mensuratur: nimirum accessus nobis cælestis ciuitas nō panditur: si in hac ecclesia: quæ pro eo qđ adhuc foris est uestibulum dicitur: dei & proximi dilectio nō tenetur. Hinc est qđ cortinis tabernaculi intexi coccus bis tinctus iubetur. Vos estis fratres. uos estis cortinæ tabernaculi: qui per fidem in uestris cordibus secreta cælestia uelatis. Sed cortinis tabernaculi bis tinct⁹ coccus debet inesse. Coccus quippe ignis speciem tenet. Quid

Mathei. xxij.

terro est charitas: nisi ignis? Sed ista charitas bis tincta
dicitur: ut tingatur per amorem dei, tingat & per amo-
rem proximi. Qui enim sic amat deum: ut per contēplati-
onē illius negligat proximū: coccus quidem est: sed nō
bis tinctus est. Rursus qui sic amat proximū: ut tñ con-
templationē dei per ei⁹ amorē relinquat: coccus est: sed
bis tinctus nō est. Vtergo charitas uſa bis tinct⁹ cocc⁹
esse ualeat. & ad amorem dei se & ad amorē proximi ac-
cendat: quatenus nec ex cōpassione proximi contēplati-
onē relinquat dei, nec plusq̃ debet inherens contēplatio
ni dei cōpassionē abiiciat proximī. Omnis itaq; hō in-
ter homines uiuēs sic ad deum anhelet: quem desiderat
ut tñ hunc nō deferat: cum quo currebat. & sic huic ad
iutorium ferat: ut ab illo nullatenus torpeat: ad quem
festinabat. Sciēdum quoq; est q; ip̃a dilectio proximi in
duobus pr̃ceptis subdividitur: quum quidam sapiēs
dicit. Omne: quod tibi odis fieri: uide ne ip̃e alteri facias
Et per semetip̃am ueritas pr̃dicat dicens. Quæ uultis
ut faciant uobis homines bona: & uos eadem facite illis
Si enim & quod impendi nobis recte uolumus: aliis im-
partimur: & quod nobis fieri nolumus: hoc aliis face-
re ip̃i deuītamus: charitatis iura illesa seruabimus. Sed
nemo quum quempiam diligit: habere se protinus cha-
ritatem putet: nisi prius ip̃am uim suæ dilectionis exa-
minet. Nam si quis quemlibet amat: sed propter deum
non amat: charitatem nō habet: sed habere se putat. Cha-
ritas autē uera est quum & in deo diligitur amicus: &
propter deum diligitur inimicus. Ille enim propter de-
um diligit eos quos diligit: quia iā & eos diligere: a qui-

bus nō diligitur: scit. Probari enim charitas per solam
odi aduersitatē solet. Vnde & per semetipm dñs dicit.

Luce, vi.

Diligite inimicos uos. benefacite iis qui oderunt uos.

Ille ergo securus amat: qui propter deū & illum amat: a
quo se intelligit nō amari. Magna sunt hæc. alta sūt hæc

& multis ad exhibendū difficilia: sed tñ ista est uestis nu
ptialis. Quisquis aut hanc recubēs in nuptiis nō habet:

Tertius.

iam sollicitus metuat ingrediēte rege quādo mittat fo
ras. Ecce enī dicit. Intrauit aut rex ad nuptias ut uideret

discubentes: & uidit ibi hoīem nō uestitū ueste nuptiali
Nos sumus frēs: qui in nuptiis uerbi discubim⁹. qui iā

fidem in ecclesia habemus. qui scripturæ sacræ epulis
pascimur. qui cōiunctā deo ecclesiā esse gaudem⁹. Con

fiderate ergo rogo si cū nuptiali ueste ad has nuptias ue
nistis. Cogitatiōes uas sollicita inquisitiōe discutite. de

rebus singulis corda uas trutinare. si iā cōtra nullū odiū
habetis. si cōtra felicitatē alienā nulla uos inuidiæ face

succēditis. si per occultā malitiā nemini nocere festina
tis. Ecce rex ad nuptias ingredit. & cordis nostri habitū

Tertius.

contēplatur. atq; ei quem charitate uestitū inuenit: pro
tinus iratus dicit. Amice quomō huc intraisti nō habēs

uestem nuptialē? Mirandū ualde est fratres charissimi
q; hunc & amicū uocat & reprobatur. Ac si apertius dicat

Tertius.

Amice & nō amice. Amice per fidē. sed nō amice per ope
rationē. At ille obmutuit. Quia qd dici sine gemitu non

pōt: i illa restrictiōe ultimæ increpatiōis omne argumētū
cessat excusatiōis: qppe qd ille foris increpat: qui testis cō
sciētiæ itellect⁹ animū accusat. Sed iter hæc sciēdū ē qd
quisq; hanc uirtutis habet uestē: sed tñ adhuc pfectū nō

habet ad pii regis ingressum: desperare de uenia non debet. quia ipse quoque spem nobis per psalmistam tribuens dicit. Imperfectum meum uiderunt oculi tui. & in libro tuo omnes scribentur. Sed quia pauca haec in consolatione hereticis & infirmis diximus: nunc ad eum: qui hanc omni modo non habet: uerba uertamus. Sequitur. Tunc rex dixit ministris. Ligatis pedibus & manibus mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium. Ligantur tunc pedes & manus per districtiorem sententiam: qui modo a prauis operibus ligari noluerunt per meliorationem uitae. Vel certe tunc ligat poena: quos modo a bonis operibus ligauit culpa. Pedes enim: qui uisitare egrum negligant. & manus: quae nihil indigentibus tribuunt: a bono opere iam ex uoluntate ligatae sunt. Quae enim nunc sponte ligantur inuitio: tunc in supplicio ligantur inuita. Bene autem dicitur: quod in exteriores tenebras proiciatur. Interiores quippe tenebras dicimus cecitatem cordis. exteriores uero tenebras aeternam noctem damnationis. Tunc ergo damnatus quisque non in interiores: sed exteriores tenebras mittitur: quia illic inuitus proicitur in noctem damnationis: qui hic sponte cecidit in cecitatem cordis. Vbi fletus quoque & stridor dentium esse perhibetur: ut illic dentes strideant: qui hic de edacitate gaudebant: illic oculi defleant: qui hic per illicitas concupiscentias uersabantur: quatenus singula quoque membra supplicio subiaceant: quae hic singulis quibusque uitiis subiecta seruiebant. Sed repulso uno: in quo uidelicet omne malorum corpus exprimitur: generalis protinus sententia subinfertur: qua dicitur. Multi autem sunt uocati. pauci uero ele-

Ati. Tremendū est ualde fratres charissimi quod audiui-
mus. Ecce nos omnes iam uocati per fidem: ad cælestis
regis nuptias uenimus. incarnatiōis eius mysterium &
credimus: & cōfitemur: diuini uerbi epulas sumimus.
Sed futuro die iudicii rex intraturus est: quia uocati su-
mus nouimus: si sumus electi nescimus. Tanto igit̃ ne-
cesse est ut unusquisq; nostrū in hūilitate se deprimat:
quanto si sit electus ignorat. Nōnulli enim bona nec in-
cipiunt: nōnulli uero in bonis: quæ inceperūt: minime
perstant. Alter pene totam uitam ducere in prauitate
conspicitur. sed iuxta finem uitæ a prauitate sua per di-
strictæ pœniteutiæ lamenta reuocatur. Alter electā ui-
detur uitam ducere: & tñ hunc contingit ad erroris ne-
quitiam iuxta finem uitæ declinare. Alius bonum bene
inchoat: melius consummat. Alius in malis actibus a pri-
meua ætate se exercet: & in eisdē operibus semper se ipso
deterior cōsumatur. Tanto ergo sibi unusquisq; sollici-
te metuat: quanto ignorat q; restat. quia quod sæpe dicē-
dum est & sine obliuione retinendū: Multi sunt uocati.
pauci uero electi. Sed quia nō nūquā mentes audientiū
plus exempla fidelium q̃ docentium uerba conuertunt:
uolo uobis aliquid proximo dicere: quod corda uestra
tanto formidolosius audiant: quanto eis hoc de propin-
quo sonat. Neq; enim res longe ante gestas dicim⁹: sed
eas de quibus testes existunt: eisq; interfuisse se referunt
memoramus. Tres pater meus sorores habuit: quæ cū
etæ tres sacræ uirgines fuerunt: quarum una Tarfilla.
alia Gordiana. alia Emiliana dicebatur. Vno oēs ardore
conuersæ. uno eodemq; tempore sacratæ. sub districtio

ne regulari degētes in domo propria socialē uitā ducē-
bant. Quūq; essent diutius in eadem cōuersatione: cepe-
runt quotidianis incremētis in amorē cōditoris sui Tar-
silla & Emilianā succrescere: & quū solo hic esset corpe
quotidie animo ad æterna trāsire. At contra Gordianæ
animus cepit a calore amoris intīmi per quotidiana de-
trimēta tepescere: & paulisper ad huius sēculi amorem
redire. Crebro aut Tarfills dicere Emilianæ sorori suæ
cū magno gemitu solebat: uideo Gorgianā sororē no-
strā de nostra sorte nō esse: perpēdo enī quia foris deflu-
it: & cor ad quod proposuit: nō custodit. Quā curabant
blanda quotidie redargutione corripere: atq; a leuitate
morum ad grauitatē sui habitus reformare. quæ quidē
resumebat uultum subito grauitatis inter uerba corre-
ptionis. Sed quū eiusdem correptionis hora trāsisset:
transibat ptin⁹ & superducta grauitas honestatis: mox
q; ad leuia uerba redibat. Puellarū gaudebat societate
laicarū. eiq; psona ualde onerosa erat: quæcūq; huic mū-
do dedita nō erat. Quadā uero nocte huic Tarfills amī-
cæ meæ: quæ inter sorores suas uirtute cōtinue orōnis.
afflictiois. studiosæ. abstinentiæ singularis. grauitatē ui-
tæ uenerabilis in honore & culmine sanctitatis excreue-
rat: sicut ipsa narrauit per uisionē attauus me⁹ felix hui⁹
Romanæ ecclesiæ antistes apparuit: eiq; mātionē perpe-
tuæ claritatis ostēdit dicēs. Veni: quia in hac te lucis man-
sione suscipio. Quæ subsequēte mox febre correpta ad
diē puenit extremū. Et sicut nobilibus fœminis uirisq;
moriētibus multi cōueniūt: qui eorū p̄ximos cōsolētur:
eadē hora eius exit⁹ multi uiri ac fœminæ lectulū ei⁹ cir-

cum stiterūt: inter quas quoq; mater mea affuit. Tum subito illa sursum respiciēs iesum uenientē uidit: cū magna animaduersione cepit circūstātib⁹ clamare dicens. Recedite. Recedite. Iesus uenit. Quūq; in eū intēderet: quē uidebat: sancta illa aīa carne soluta est. tātaq; subito fragrantia miri odoris aspersa est: ut ipa quoq; suauitas cunctis ostēderet illuc auctore suauitatis uenisse. Quūq; corp⁹ eius ex more mortuorū ad lauādū esset nudatū longe orōnis usu in cubitis eius & genib⁹ camelorū more inuenta est obdurata cutis excreuisse. & quid uiuens eius spūs semper egerit: caro mortua testabat. Hæc autē gesta sunt ante dñici natalis diem. Quo transacto mox Emilianæ sorori suæ per uisitationē nocturnæ uisionis apparuit dicens. Veni. Et quia natalē dñi sine te feci: sanctam Theophaniā iam tecum faciam. Cui illa protinus de sororis suæ Gordianæ salute sollicita respondit. Et si sola uenio: sororem nostrā Gordianā cui dimitto? Cui si cut asserebat tristis uultu iterum dixit. Veni. Gordiana etenī soror nra inter laicas deputata est. Quā uisionem mox molestia corpis est secuta. atq; ita ut dictū fuerat: ante dñicæ apparitionis diem eadem molestia ingrauescente defuncta est. Gordiana autē mox ut solam remansisse se repperit: eius prauitas excreuit. & quod prius lauit i desiderio cogitatiois: hoc post effectū prauæ actionis excreuit. Nā oblita dñici timoris. oblita pudoris & reuerētiæ oblita cōsecratiois cōductore agroz suorū post modū maritū duxit. Ecce oēs tres uno pri⁹ ardore cōuerse sūt sed nō i uno eodēq; studio pmāserūt. q iuxta dñicā uocē mīti sūt uocati pauci uero electi. hec ergo dixi ne qf

in bono iam opere positus sibi uires boni operis tribuat. ne quis de propria actione confidat. quia & si iam nouit hodie qualis sit: adhuc cras qualis futurus sit nescit. Ne ergo de suis iam operibus securus gaudeat quando adhuc in huius uitae incertitudine qui se finis sequatur ignorat. Sed quia rem retuli: quae nos ex diuina distractione perterruit: aliud adhuc e uicino refero: quod diuina misericordia pterrita corda ustra cōsoletur. quod tñ in sermone alio iam dixisse me memini: sed uos nequaquam affuistis. Ante biennium frater quidam in monasteriū meum: quod iuxta beatorum martyrum Ioannis & Pauli ecclesiam situm est: gratia conuersionis uenit. Qui diu regulariter protractus quādoq; susceptus est. Quē frater suus ad monasterium nō conuersionis studio: sed amore carnali secutus est. Is autem: qui ad conuersionem uenerat: ualde fratribus placebat. At contra frater illius longe a uita eius ac moribus discrepabat: uiuebat tamen in monasterio necessitate potiusq; uoluntate. Et quum in cunctis actibus peruersus existeret: pro fratre suo ab omnibus æquanimiter tolerabatur. Erat enim leuis eloquio. prauus actione. cultus uestibus. moribus incultus. Ferre uero non poterat: si quis quam illi de sancti habitus conuersatione loqueretur. Facta autē fuerat uicta illius cunctis fratribus uisu grauis. Sed tamen ut dictum est: pro fratre sui gratia erat cunctis tolerabilis. Aspernabatur ualde si quis sibi aliud quid de prauitatis suae correptione loqueretur. bona nō solum facere: sed etiam audire nō poterat. nunquā se ad sancte conuersationis habitum uenire iurādo, irascēdo

deridendo testabatur. In hac autē pestilentia: quæ nuper
hui⁹ urbis populū magna ex parte cōsumpsit: percussus
in inguine est perductus ad mortem. Quūq; extremum
spūmageret cōuenerūt fratres ut egressum illius oran-
do protegerēt. Iam corpus eius ab extrema fuerat parte
præmortuū. In solo tantūmodo pectore uitalis adhuc
calor anhelabat. Cuncti autē fratres tāto pro eo ceperūt
enixius orare: quāto cum iam uidebāt sub celeritate dis-
cedere. Tunc repente cepit eisdem fratribus assistētib⁹
annisu: quo poterat: clamare: & orōnes eorum interrū-
pere dicens. Recedite. Ecce draconi ad deuorandū dat⁹
sum. qui propter uestrā præsentiā deuorare me non po-
test. caput meum iam in ore suo absorbuīt. date locum
ut me amplius nō cruciet: sed faciat quod facturus est.
Si ei ad deuorandū dat⁹ sum: quare propter uos moras
patior? Tūc fratres ceperunt ei dicere. Quid est quod
loqueris frater? Signū sancte crucis imprime. Respon-
debat ille ut poterat dicens. Volo me signare: sed nō pos-
sum: quia a dracone premor. Quūq; hoc fratres audirēt
prostrati in terram cum lachrymis ceperunt pro erepti-
one illius uehementius orare. Et ecce subito cepit melio-
ratus æger quibus ualebat uocib⁹ exultare dicens. Gra-
tias deo. ecce draco qui me ad deuorandū acceperat: fu-
git orōnibus ur̄is. expulsus est. stare nō potuit. pro pec-
catis meis modo intercedite: quia conuerti parat⁹ sum:
& sæcularem uitam funditus relinquere. Homo ergo:
qui sicut iam dictū est ab extrema corporis fuerat parte
præmortuus: reseruatus ad uitam toto ad deum corde
cōuersus est. longis & continuis in cōuersatione eadem

flagellis eruditus. atq; ante paucos dies excreſcente cor-
poris moleſtia defunctus. Qui iam draconē moriēs nō
uidit: quia illum per cordis imutationē uicit. Ecce frēs
chariſſimi Gordiana: quā ſuperius dixi: a ſanctimonialis
habitu excellentia corruit ad poenā. & frater hic: de quo
narraui iſta: ab ipſo mortis articulo rediit ad æternā ui-
tam. Nemo igitur ſcit quid de ſe in occultis deī iudiciis
agatur. Quia multi ſunt uocati: pauci uero electi. Quia
ergo nulli de ſe certum eſt electum ſe eſſe: reſtat ut om-
nes trepident. omnes de ſua actione formident. omnes
in ſola diuina miſericordia gaudeant. nullus de ſuis uiri-
bus præſumat. eſt qui perficiat fiduciam ueſtram. ille
ſcilicet qui in ſe dignat⁹ eſt aſſumere carnem noſtram.
qui uiuit & regnat & cetera.

¶ Dominica uiceſima prima.

¶ Ex euangelio Ioānis quarto capi.

In illo tempore. Erat quidam regul⁹: cuius
filius infirmabatur Capharnaum. Hic quū
audiſſet quia ieſus adueniret a Iudæa in Gali-
leam: abiit ad eum: & rogabat eum ut descenderet & ſa-
naret filiū ei⁹: incipiebat enim mori. Dixit ergo ieſus
ad eum. Niſi ſigna & prodigia uideritis: nō credetis. Di-
xit ad eum regulus. Dñe descende priuſq; moriatur fili⁹
meus. Dixit ei ieſus. Vade. filius tu⁹ uiuit. Credidit ho-
mo ſermoni: quē dixit ei ieſus: & ibat. Iam autē eo deſcē-
dente: ſerui occurrerunt ei: & nunciauerūt dicētes quia
filius ei⁹ uiueret. Interrogabat ergo horā ab ei⁹: in qua
melius habuerat. Et dixerunt ei: quia heri hora ſeptima

reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat: in qua dixit ei iesus filius tuus uiuit. Et credidit ipe & domus eius tota.

¶ Homelia beati Gregorii pape.



Ecce sancti euangelii: quam modo fratres audistis expositione non indiget. Sed ne hanc taciti præterisse uideamur: exhortando potius quam exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem solummodo de expositione uideo requirendum cur is: qui ad salutem filio petendam uenerat: audiuit. Nisi signa & prodigia uideritis: non credetis. Qui enim salutem filio quærebat: proculdubio credebat. Neque enim ab eo quæreret salutem: quem non crederet saluatorem. Quare ergo dicitur. Nisi signa & prodigia uideritis: non credetis: qui ante credidit: quod signum uideret? Sed mementote quod petiit: & aperte cognoscetis quia in fide dubitauit. Poposcit namque ut descenderet & sanaret filium eius. Corporalem ergo domini præsentiam quærebat: qui per spiritum nusquam de erat. Minus itaque in illum credidit: quem non putauit salutem posse dare: nisi præses esset & corpe. Si enim perfecte credidisset: proculdubio sciret: quia non esset locus: ubi non esset deus. Ex parte ergo magna diffusus est: qui uirtutem non dedit maiestati: sed præsentiae corporali. Et salutem filio petiit: & tamen in fide dubitauit. quia eum: ad quem non uenerat: & potentem ad curandum credidit: & tamen morienti filio esse absentem putauit. Sed dominus qui rogatur ut uadat: quia non desit ubi iuitatur: indicat. Solo iussu salutem reddidit qui uoluntate omnia creauit. Qua in re hoc est nobis soller-

ter intueđū: q̄ sicut euāgelista alio testātē didicim⁹: cen-
turio uenit ad dñm dicēs. Dñe puer meus iacet paraly-
ticus in domo & male torquet̄. Cui iesus protin⁹ respō-
dit. Veniam & curabo eū. Quid est: qđ regulus rogat.
ut ad eius filiū ueniat: & tñ ire corporaliter recusat. Ad
seruū aut̄ centurionis non inuitat̄: & tñ corporaliter se ire
pollicet̄. Regulī filio per corporālē pñtiā nō dignat̄ ad esse
cēturiōis seruo nō dedignat̄ occurrere. Quid est hoc: nī
si q̄ superbia nra retundit̄. qui in hoībus nō naturā: qua
ad imaginē dei facti sunt: sed honores & diuitias uenera-
mur. Quūq̄ pēsamus quæ circa eos sunt: negligim⁹ pē-
sare ipso eo q̄ pfecto interiora minime prouidem⁹. dū
ea cōsideram⁹: quæ in corporib⁹ despecta sunt: negligi-
mus pēsare qđ sunt. Redēptor uero nī ut ostēderet q̄
quæ alta sunt hominū: sanctis despiciēda sūt: & quæ de-
specta sunt hominū: despiciēda non sunt: ad filiū reguli
ire noluit. ad seruū cēturionis ire paratus fuit. Increpa-
ta est ergo superbia nra: quæ nescit pensare hoīes ppter
hoīes. sola (ut diximus) quæ circūstant hoībus pensat.
naturā nō aspiciť. honorē dei in hoīb⁹ nō agnoscit. Ecce
ire nō uult fili⁹ dei ad filiū reguli: & tñ uenire parat⁹ est
ad salutē serui. Certe si nos cuiuspiā seruus rogaret: ut
ad eum ire deberem⁹: ptin⁹ nobis nra superbia in cogi-
tatione respōderet dicēs. Nō eas: quia temetipm dege-
neras. Honor tuus despiciť. locus tuus uilescit. Ecce de
cœlo uenit: qui seruo occurrere in terra non despiciť: &
tñ humiliari in terra cōtēnim⁹: q̄ de terra sumus. Quid
uero apud deū uilius. quid esse despectius pōt: q̄ serua-
re honorē apud hoīes: & internī testis oculis nō timere?

Vnde ipse dominus dicit. Vos estis qui iustificatis vos coram Luce, xvi.
hominibus: deus autem nouit corda uestra. quia quod hominibus altum
est: abhominabile est apud deum. Notate fratres notate quod
dicitur. Si enim quod hominibus altum est: abhominabile est
apud deum: cogitatio cordis nostri tanto apud deum in imo est:
quanto hominibus in alto. Et humilitas cordis nostri tanto apud
deum in alto est: quanto hominibus in imo. Despiciamus ergo
si quid boni gerimus: nulla nos inflat nostra operatio. non re-
abundantia. non gloria extollat. Si quibuslibet bonis afflu-
entibus intus intumescimus: deo despecti sumus. Quo
contra psalmista de humilibus dicit. Custodiens paruulos ps, c. xliij.
dominus. Qui quia paruulos humiles appellat: postquam sen-
tentiam protulit consilium subiungit. Nam quasi quaeremus
quid ipse ad haec faceret: adiunxit. Humiliatus sum: & libe-
rauit me. ibidem.
Haec ergo cogitate fratres. haec tota intentione
pensate. Nolite in proximis uestris mundi huius bona uene-
rari. Hoc propter deum honorate in hominibus: quibus tamen commissi
non estis: quod facti sunt ad imaginem dei. Quod tunc proximis
uere seruatis: si apud uosmetipsos prius in corde non intu-
mescitis. Nam qui se adhuc pro rebus transitoriis extol-
lit. nescit in proximo uenerari quod maneat. Nolite ergo
in uobis metipsis perferre quod habetis: sed quod estis. Ecce
mundus qui diligit uadit. Sancti istius: ad quorum tumba
consistimus: florentem mundum mentis despectu calcauerunt.
Erat uita longa. salus continua. opulencia in rebus. secundi-
tas in propagine. tranquillitas in diuturna pace: & tamen quum
in se ipso floreret: iam in eorum cordibus mundus aruerat.
Ecce iam in se ipso mundus aruit. & adhuc in nostris cordi-
bus floret. Ubiq; mors. ubiq; luctus. ubiq; desolatio. undi

qꝫ percutimur. undiqꝫ amaritudinibus replemur: & tñ
cēca mēte carnalis cōcupiscētie ip̄as eius amaritudines
amamus. Fugientē sequimur. labenti inherem⁹. & qui
labentem retinere nō possumus: cū ip̄o labimur: quem
cadentem tenem⁹. Aliquādo nos mundus delectatione
retraxit a deo: nunc tantis plagis plenus est: ut ip̄e iā nos
mundus inuiter ad deum. Pensate ergo q̄ nulla sūt: quæ
tēporaliter currunt. Fīnis tēporaliū ostendit q̄ nihil sit:
quod transire potuit. Casus rerum indicat quia res trā-
fiens & tunc prope nihil fuit: quū stare uideretur. Hæc
fratres charissimi sollicita cōsideratione pensate in eter-
nitatis amore cor figite: ut dū terrena culmina adipisci
contēnitis: perueniatis ad gloriā: quā per fidem tene-
tis: per iesum christum & cetera.

¶ Dominica uicesima secunda

¶ Ex euangelio Matthei decimo octauo capi.



N illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabo-
lam hanc. Simile est regnum cœlor ū homi-
ni regi: qui uoluit rationē ponere cū seruis.
suis. Et quum cepisset rōnem ponere: oblat⁹ est ei unus.
qui debebat ei decem milia talenta. Quū aut nō haberet
unde redderet: iussit eū dñs suus uenundari & uxorem
eius & filios & omnia quæ habebat & reddi. Procidens
aut seruus ille orabat eum dicens. Patientiā habe in me:
& omnia reddam tibi. Misert⁹ aut dñs serui illius dimi-
sit eum: & debitum dimisit illi. Egressus aut seruus ille
inuenit unū de cōseruis suis: qui debebat ei centū denari-
os: & tenens suffocabat eum dicēs. Redde qđ debes. Et
pcidens cōseruus eius rogabat eū dicens. Patiētiā habe

in me: & oīa reddā tibi. Ille aut̃ noluit: sed abiit: & misit
eum in carcerem donec redderet debitū. Vidētes enī cō
serui eius quæ fiebant: cōtristati sunt ualde. Et uenerūt
& narrauerūt dño suo oīa quæ facta fuerant. Tunc uo
cauit illum dñs suus & ait illi. Serue nequā omne debi
tum dimisi tibi quoniā rogasti me. Nōne ergo oportuit
& te misereri conserui tui: sicut & ego tui misert⁹ sum?
Et iratus dñs eius tradidit eū tortoribus quoadusq; red
deret uniuersum debitum. Sic & pater meus cælestis fa
ciet uobis: si nō remiseritis unusquisq; fratri suo de cor
dibus uestris.

¶ Homelia beati Augustini.



Eterna die sanctū enangeliū monuit nos nō
negligere peccata nra. sed si peccauerit in te
frater tuus: corripe eum inter te & ip̃m solū.
Si te audierit: lucratus es fratrem tuum. Si aut̃ contem
pserit: adhibe tecū duos uel tres: ut in ore duorū uel triū
testiū stet omne uerbū. Si aut̃ & ip̃os cōtēpserit: dic ec
clesiæ. Qd̃ si ecclesiā cōtēpserit: sit tibi sicut ethnic⁹ &
publicanus. Hodierna etiā die ad ip̃am rem ptinet capi
tulū: qd̃ seq̃r. qd̃ modo quū legeret̃ audiui⁹. Quū enī
dixisset hoc dñs iesus petro: subiecit & iterrogauit ma
gistrū quotiēs ignosceret frī: q in illū peccasset: & q̃ fuit
utrū sufficeret septies. Rñdit illi dñs. Non solū septies:
sed etiā septuagesies septies. deinde narrauit silitudinē
ualde terribilē. Quia fili⁹ ē regnū coeloz hoī p̃familias
qui posuit rōnē cū seruis suis: in quibus iuenit debitore
decē miliū talētoꝝ. Et quū iussisset ut oīa quæ hēbat: &
oīs eius familia & ip̃e uenundarētur & debitū solueret:

Textus.

aduolutus pedibus dñi sui rogabat enī dilationē & me-
ruit remissionē. Misertus est enī eius dñs: sicut audiui-
mus. & omne debitū dimisit illi. At ille debito liber: sed
iniquitatis seruus posteaq̃ egressus est a facie dñi sui: in-
uenit etiā ip̃e debitore suū: qui debebat nō decē milia ta-
lentorū: quantū ip̃ius debitū fuit: sed centū denarios. Ce-
pit eū suffocatū trahere & dicere. Redde qđ debes. At
ille rogabat cōseruū suū: sicut & ip̃e rogauerat dñm. sed
talē nō iste inuenit cōseruū: qualē ille dñm. Nō solū re-
mittere illi debitū noluit: sed nec dilationē dedit. cōtor-
tum rapiebat ad solutionē iā debito dñico liber. Displi-
cuit cōseruis: & renūciauerūt dño suo qđ factū esset. Et
dñs fecit adesse seruū: & dixit ei. Serue nequā quū mihi
tanta deberes: misertus tui oīa dimisi tibi. nū ergo oportuit
& te misereri cōserui tui: sicut ego tui misert⁹ sum?

Et iussit oīa: quā illi dimiserat: exigī cū tortura. Ergo
hanc similitudinē ad nrām instructionē p̃posuit: & amō-
nēdo nos perire noluit. Sic inq̃t & uobis faciet p̃r ur̃ cae-
lestis: si nō remiseritis unusquisq; ur̃m fratribus ur̃is ex
corde ur̃o. Ecce fr̃es res in aperto est. amonitio utilis ac
ualde salubris obediētia debet: ut qđ iussum est impleat.
& debitore habet fratre suū. Quis est enī: qui nō sit de-
bitor dei? Quia oīs hō & debitor est dei: nisi in quo nul-
lum potes inuenire peccatū. Quis est autē: qui nō habe-
at debitore fratre: nisi in quē nemo peccauit? Putas ne
quisquā in genere humano reperiri pōt: qui nō & ip̃e ali-
quo peccato obstrict⁹ sit & fratri suo debitor? Est ergo
oīs hō debitor: habens & ip̃e debitore. Ideo dñs iustus
cōstituit tibi regulā in debitore tuo: qđ faciet & ip̃e cū

fu. Duo enī sunt opera misericordie: quæ nos liberat:
quæ breuiter ipse dñs posuit in euangelio. Dimittite &
dimittetur uobis. date & dabitur uobis. Dimittite & di *Luce, vi.*
mittetur uobis: ad ignoscēdū pertinet. Date & dabitur
uobis ad præstandū beneficiū p̄tinet. Quod ait de igno
scendo. & tu uis tibi ignosci quū peccas: & habes alium
cui possis ignoscere. Rursus quod p̄tinet ad tribuendū
beneficiū: petit & mendicus. & tu es dei mēdicus. Oēs
enī quādo eramus mendici dei sumus. ante ianuā regni
patrifamilias stamus. imo etiā p̄sternimur supplices.
ingemiscim⁹ aliquid uolentes accipere: & ipm aliquid
ipse est deus. Quid ad te mendicus petit? Panē. & tu qd
petis a deo: nisi xpm: qui dicit. Ego sum panis uiu⁹ qui *Joannis. vi.*
de coelo descēdi? Ignosci uobis uultis. ignoscite. Remit
tite: & remittetur uobis. Accipere uultis. Date & dabit
ur uobis. Sed qd in hac aperta præceptione mouere possit
audite. Vbi ueniā petit: & ab ignoscēte debet. In remissi
one hoc pōt mouere: quod & petrū mouit. Quotiēs in *Mathei. xviij*
quit debeo ignoscere: sufficit usq; septies? Non sufficit
ait dñs. Nō dico septies: sed septuagies septies. Iā tu enu
mera quotiēs in te peccauerit frater tu⁹: si potueris per
uenire usq; ad septuagesimā & octauā culpā ut transeas
septuagesies: tunc molire uindictā. Ita ne uerum est: qd
dicit? Et uere ita se habet res: ut si peccauerit. septuagi
es septies: ignoscas. Si autē peccauerit septuagies octies:
iā liceat tibi non ignoscere. Audeo dicere ut si peccaue
rit septies octies ignoscas. Si autē peccauerit ut dixi sep
tuagies octies ignosce. & si cēties peccauerit: ignosce.
Et qd dicā? Quotiēs. totiēs. Oīno quotiens peccauerit:

ignosce. Ergo ego ausus sum supergredi modū dñi mei.
 Ille in septuagelimo & septimo numero ignoscēdi limi-
 tem fecit. Hunc ergo limitem transilire præsumā. Nō
 est uerum. non ausus sum plus aliquid. Ip̄m dñm meū
 audiui loquētē in apostolo suo. Vbi modus & numer⁹
 præfixus nō est. Ait enī. donantes uobis metip̄is: si quis
 aduersus aliquē habet querelā: sicut de⁹ in xp̄o donauit
 uobis. Audistis formā. Si septuagies septies peccata tibi
 donauit xp̄us. si hucusq; ignouit: & ultra negabit. Po-
 ne & tu limitē: & noli ulterius ignoscere. Si autē xp̄us mi-
 lia peccatorū inuenit: & tñ oīa donauit: noli subducere
 misericordiā sed posce illi⁹ numeri solutionē. Nō enim
 sine causa dñs septuagies septies dixit: quū oīno nulla sit
 culpa: quā nō debeas ignoscere. Ecce ille ip̄e seruus: de
 quo nobis sermo est: decē milium talentorū dño suo in-
 uentus est debitor. Decē uero milia talentorū ut parum
 sit: decē milia peccatorū sūt. Nolo enī dicere unū talētū
 quod omnia peccata cōcludat. Seruus autē ille quantū ei
 debebat. Cētum denarios debebat. Iam plus est q̄ septu-
 agies septies: & tñ iratus est dñs quia nō ei dimisit. Non
 solum enim centū plus sunt q̄ septuaginta septē. sed cen-
 tum denarii forte mille asses sunt. Sed quid ad decē mi-
 lia talentorū? Ac per hoc oēs culpas: quæ in nos cōmit-
 tūtur: parati simus ignoscere; si nobis desideram⁹ igno-
 sci. Si enim cōsideremus peccata nra: & numerem⁹ qd
 factō. quid oculo. qd aure. quid cogitatiōe. quid innume-
 rabili⁹ morib⁹: nescio utrū dormiam⁹ sine talēto. Ergo
 quotidie petim⁹. quotidie diuinas aures orando pulsa-
 mus. quotidie nos p̄sternim⁹ & dicim⁹. Dīmittle nobis

debita nra: sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nris. Quę
debita nra: Oia ne: an aliquā partem: Respōdebis. Oia.
Sic ergo & tu debitori tuo. Hāc ergo regulā ponis. hāc
cōditionē loqueris. hoc pacto & placito quādo oras cō-
memoras: ut dicas. Dimitte nobis: sicut & nos dimitti-
mus debitorib⁹ nris. Quid sibi uult septuagies septies?
Audite frēs magnū mysteriū & mirabile sacramētum.
Quando dñs baptizatus est: Lucas euangelista sanctus
ibi cōmemorauit generatiōes eius. quo ordine. qua serie
quo scemate ad illā generationē uentū fuerit: qua natus
est xp̄us. Matthe⁹ cepit ab abrahā & uenit ad Ioseph de-
scendēdo. Lucas autē ascendēdo cepit numerare. Quare
iste descendēdo. ille ascendēdo? Quia Mattheus genera-
tionē xp̄i cōmendabat: qua descendit ad nos. ideo quan-
do natus est xp̄us: cepit numerare descendendo. Lucas
autē quia tunc cepit numerare: quando baptizatus est
xp̄us: ubi est initium ascensionis: iste ascendendo nume-
rare cepit: numerādo autē cōpleuit generationes septu-
aginta septem. A qua numerabat intēdite. a quo exorsus
est numerare usq; ad ip̄m Adam: qui primus peccauit:
& nos cum peccati obligatione generauit. enumerātur
generationes septuaginta septem. hoc est a christo usq;
ad adam: quas diximus septuaginta septem. & ad Adam
usq; ad christum septuaginta septem. Si ergo nulla ge-
neratio p̄termis̄sa ē: nulla culpa pr̄terit⁹ ubi nō debeat
ignosci. Nā ideo ip̄i⁹ septuaginta septē generatiōes enu-
meratę sūt: quē numerū dñs ī p̄ctōꝝ remissionē cōmē-
dabat: qm̄a baptismo cepit numerare: nisi oia p̄ctā sol-
uūt. Et in hoc frēs adhuc accipite sacramētū mai⁹. In

septuagesimo & septimo numero mysteriū est remissi-
onis peccatorū. Tot generatiōes inueniunt a xpo aſq; ad
Adam. Deinde paulo diligētius interroga ipſius numeri
ſecretū. Latebraſq; eius inquire. pulſa diligētius: ut ape-
riatur tibi. Iuſtitia legis dei conſtat uerum eſſe. nā lex in
decē praeceptis cōmendat̃. Ideo ille debebat decē milia
talentorū. Ipſe eſt ille memorabilis decalogus digito dei
traditus populo per Moysen famulū dei. Debebat ergo
ille decē milia talentorū. Quia peccata ſignificat ppter nu-
merū legis. Debebat & ille centū denarios nō minus ab
eodē numero. Nam & centies centū fiunt decem milia.
& decies deni fiunt centū. Et ille decem milia. & ille de-
cies denos. A legitimo numero nō reſeſſum eſt. In quo
utroq; inuenies utraq; peccata uterq; debitor. & uterq;
ueniē deplorator & ipetrator. Sed ille ſeruus malus. ſer-
uus iniquus. ingratuſ noluit rependere qđ accepit. no-
luit praeſtare: qđ illi indigno praeſtitū fuit. Videte ergo
fratres. Quiſq; incipit a baptiſmo liber exit; dimiſſa ſūt
ei decē milia talentorū. Et quū exierit: inuenire habet cō-
ſeruū ſuum debitore. Obſeruet ergo ipſm peccatū. quia
numerus undenarius trāſgreſſio legis eſt. Lex enī dena-
ri⁹. peccatū undenari⁹. Lex enī per decē peccatū per un-
decim. Quare peccatū per undecim? Quia trāſgreſſio
denarii eſt: ut eas ad undenariū. In lege aut̃ mod⁹ fixus
eſt. trāſgreſſio aut̃ peccatū. Iā ubi trāſgrederis denariū:
ad undenariū uenis. Ideo magnū mysteriū figuratū eſt:
quādo iuſſū eſt tabernaculū fabricari. Multa ibi nume-
roſa dicta ſunt in magno ſacramēto. Inter cetera uela ei
licina iuſſa ſūt fieri nō decē: ſed undecim; q̃a per ciliciū

ostēditur cōfessio peccatorū. Quid autē amplius q̄ritis?
Vis nosse oīa peccata cōtineri numero isto septuagesimo
septimo? Septuplū solet p̄ toto cōputari; qm̄ septē
dieb⁹ uoluit tēpus. & finito septenario rursus ad eaput
redit; ut eadē forma uoluat. Per huiusmodi formæ reue
lationes sæcula trāseunt; a septēnario tñ numero nō re
cedit. Oīa enī peccata dixit quādo septuagies septies di
xit. q̄ illos undecim si ducas septies: fiūt septuagies se
pties. Oīa ergo pctā dimitti uoluit; q̄ ea septuagesimo
septimo numero p̄signauit. Nemo cōtra se teneat non
ignoscēdo; ne cōtra illū teneat quādo orat. Dicit enī de
us. Dimitte; & dimittetur tibi. Sed ego prior dimisi. di
mitte postea. Nā si nō dimiseris. reuocabo te. & quicqd
tibi dimiserā: replicabo tibi. Nō enī mentit̄ ueritas. nec
fallit aut fallit̄ xp̄us; qui subiecit dicēs. Sic & uobis faci
et p̄r ur̄: qui in cōelis est. Inuenis p̄rem. imitare p̄rem. Si
enī imitari nō uis; exhereditari disponis. Faciet ergo ista
inqt uobis p̄r ur̄ celestis; si nō remiseritis unusquisq; fra
trib⁹ ur̄is ex cordib⁹ ur̄is. Ne dicas in lingua ignosco; &
corde differas. Suppliciū enī tibi ostēdit de⁹ minādo uin
dictā. Nouit de⁹ nisi dicas. uocē tuā hō audiuit; cōscien
tiā tuā deus inspiciat. Si dicis dimitto; dimitte. Melior es
quā clamas ore & dimittis in corde q̄ blāus ore. crude
lis in corde. Iā ergo obsecrāt pueri idisciplinati; & nolūt
uapulare; qui sic præscribūt nobis; quādo nolum⁹ dare
disciplinā. Peccaui. ignosce mihi. Ecce ignoui. Et iterū
peccat. Ignosce. ignoui. Peccat tertio ignosco. Tertio
ignoui. iā quarto uapulet. Et ille. Nūquid septuagies se
pties te fatigauī? Si hac perscriptiōe seueritas disciplinē

dormiat: repressa disciplina seuit impunita nequicia.
Quid ergo faciendū est: Corripiam⁹ uerbis: & si opus
est & uerberib⁹: sed delictū dimittam⁹. culpā de corde
absticiam⁹. Ideo enim dñs subdidit de cordib⁹ uris: ut si
per charitatē iponit disciplina: de corde lenitas nō rece-
dat. Quid enī tā pium q̄ medicus frēs ferramentū: Plo-
rat secād⁹ & secat. plorat urēdus & urit. Nō est illa cru-
delitas: Absit ut seuiicia medici dicat. Seuit in uulnus:
ut sanet hō: quia si uulnus palpet: hō pditur. Sic ergo
ista monuerā frēs mei: ut frēs nros qui peccauerūt: oī-
modo diligam⁹. de corde nro charitatē in eos nō dimit-
tamus. & disciplinā quū opuse est demus: ne per solutio-
nē discipline crescat nequicia. & incipiamus ppter deū
accusari: q̄a recitatū est nobis. Peccātes corā oībus cor-
ripi: ut ceteri timorē habeāt. Certe scit qs qđ solū uerū
est. distinguit tpa & soluit quæstionē. Verū si peccatū
in secreto est: i secreto corripe. si peccat publice & apte
publice corripe ut ille emendetur: & ceteri timeāt. &c.
Redire dimissa peccata ubi fraterna charitas nō est dñs
docet de illo seruo: quē quū inuenisset debitore decem
miliū talentorū: deprecāti aut oīa dimisit. Ille aut sui cō-
serui qui ei debebat centū denarios: quū misert⁹ nō fu-
isset: iussit eū dñs reddere quæ ei dimiserat. Tēp⁹ ergo
quo accipit indulgētia per baptismū: tāquā tēp⁹ est red-
dende rōnis: ut oīa debita quæ inuēta fuerint dimittāt.
Nō tñ ille seruus postea dedit cōseruo suo mutuatā pe-
cuniam: quā ille non posset reddere. non ei misertus est:
sed etiam ei debebat: & sic cesserat ut ei dimitteret dñs.
Hoc indicāt uerba cōserui dicētis. Patientiā habe in me

& oīa reddā tibi. Alioquin diceret iam in hoc dimiseras.
cur iterū repetis? Hoc est ip̄ius dñi uerba manifestius
aperiunt. Ait enī. Egressus aut̄ seruus ille inuenit unum Tertus.
de cōseruis suis: qui debebat ei centū denarios. Non di-
xit cui debitū iā centū denariorū dimiserat. Si enī dimi-
serat: nō ei debebat. Quia ergo dixit debebat ei: manife-
stum est quia nō dimiserat. Et melius quidē fuerat. atq;
hoc potius cōgruebat tanto debitori reddēti rōnē & ex-
pectātī misericordiā dñi sui: ut prius ip̄e cōseruo dimit-
teret quod ei debebat. & sic ad rōnē reddendā ubi mise-
ricordia dñi implēda erat: accederet. Nec tñ illud quod
nōdū cōseruo dimiserat impediuit dñm eius: quomin⁹
in tēplo illo accipiēde rōnis dimitteret ei oīa quæ debe-
bat. Sed quid p̄fuit quādoquidē in caput ei⁹ p̄pter odi-
orū p̄seueratiā rursus oīa cōtinuo replicata sūt? Sic nō
īpedimur a baptisimī grā: quominus oīa peccata dimit-
tat: etiam si odium fraternū in eius: cui dimittūtur: ani-
mo perseuerat. Soluitur enī hestern⁹ dies. & quicqd
superest soluitur: etiā ip̄a hora momētūq; ante & in bap-
tismo. Deinceps aut̄ re⁹icipit cōtinuo: nec solū cōsequē-
tiū: sed etiā p̄teritorū dierū. horarū. momētorū. redeūti-
b⁹ oib⁹ q̄ dimissa sunt. Et sepe ista cōtingūt in ecclesia.

¶ Domīnica uicesimatertia.

¶ Ex euangelio Matthei uicesimosecūdo capi.



Nullo tempore. Abeuntes pharisei consili-
um inierunt: ut caperent iesum in sermone.
si mittūt ei discipulos suos cū herodianis di-
cētes. Magister scim⁹ q̄a uerax es: & uīa dei
in ueritate doces: & nō est tibi cura de aliquo. Nō enim

respicias personā hominū. Dic ergo nobis quid tibi uideat. licet censum dari Cæsari: an nō? Cognita autē iesus nequitia eorū dixit. Quid me tentatis hypocrite. Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerūt ei denariū. Et ait illis iesus. Cuius est hæc imago & superscriptio? Dicunt ei. Cæsaris. Tūc ait illis. Reddite ergo quæ sūt cæsaris cæsari. & quæ sunt dei deo.

¶ Homelia de eadem lectione.



Quarētes dñm cōprehēdere principes sacerdotū & scribæ timuerūt pōpolū. Atq; ideo quod se nō poterāt præsidiis manibus efficere tentabant; ut uel ip̄i a morte eius uiderētur imunes. Nuper enī sub Cæsare Augusto Iudea subiecta erat romanis: quādo in toto orbe celebrata stipēdiaria facta fuerat. & erat in populo magna seditio. Dicētib⁹ aliis pro securitate & q̄te. & Romani pro oib⁹ milītarēt debere tributa p̄solui. Phariseis q̄ sibi applaudebant de iustitia ecōtrario nitētib⁹ nō debere populū dei qui decimas soluēret: primicias dare: & cetera: quæ in lege scripta sunt humanis legib⁹ subiācere. Cui⁹ seditiōis adeo fomes inualuit: ut post dñi passionē infistētib⁹ sibi Romanis patriam. gentem & regnū nobile. illud templū cum sua religione: imo ip̄am lucem perdere q̄ tributa reddere maluerunt. Et interrogauerūt eum dicentes. Magister scimus quia recte doces. & dicis: & nō accipis p̄sonam: sed in ueritate uiam dei doces. Licet nobis dare tributū cæsari: an nō? Blanda & fraudulēta interrogatio. Illuc prouocat respondentē: ut magis dñm q̄ cæsarem timeat; & dicat non debere tributa solui. & statim audientes mi-

nistri prefidis: qui iuxta alios euangelistas fuisse leguntur:
seditiosum contra Romanū principē teneant. Conside-
rans autē dolū illoꝝ dixit ad illos. Quid me tētatis? Oste-
dite mihi denariū cui⁹ haber imaginē. & supscriptionē.
Sapiētia semp sapiēter agit: ut suis potissimū tēratores
sermonib⁹ cōfutarētur. Ostendite mihi inquit denariū
Hoc genus nummi pro decem nūmis īputabāt: & habe-
bat imaginē Cēsaris. Qui autē putant interrogationē sal-
uatoris ignorantia esse & nō dispēlationē: distant ex prae-
senti loco quod utiq; potuit scire. Iesus cui⁹ imago esset
in nūmo: sed interrogat ad sermonē eoz cōpetēter respō-
deat. Respondētes dixerūt. Cēsaris. Et ait illis. Reddite
ergo quae sunt Cēsaris Cēsari. & quae sunt dei deo. Cae-
sarem nō putemus Augustū: sed Tyberium significari
priuignū eius: qui in locū successerat uitrīci. sub quo &
passus est dñs. Oēs autē reges Romanī a primo Caio cae-
sari q̄ iperīū arripuerat: Cēsares appellati sūt. Porro qđ
ait. Reddite quae sūt Cēsaris Cēsari. idest nūmū tribu-
tum. & pecuniā. & quae sūt dei deo: decimas. primitias.
oblationes. uictimas sentiamus: quomō & ipse reddidit
tributa pro se & petro. & deo reddidit quae dei sunt: pa-
tris faciens uoluntatem.

Textus.

Textus.

¶ Homelia Ioānis epī, alias chrysostomi de eadē lctōne



Mnis malitia confundit quidē aliquotiēs ra-
tione ueritatis. corrigit autē nunquā maxime
eoz: qui pposito malo: & nō ignorantia pec-
cant. Sacerdotes postea quā terrere dñm nō potuerunt
dicentes in qua potestate facis haec. posteaquā parabo-
larū rōne constricti suo iudicio ipi se reos fecerūt dice-

Matth. xxi.

Ibidem.

res, malos male perdet, nemini contra eos dante testimo-
nium: nisi cōscientia sola; nunqd cōpūxit eos timor pec-
cati? Nūquid cōpescuit eos uel cōsideratio libertatis?
Sed quid? Abierunt: & consiliū acceperūt: ut eum cape-
rent in sermone. Quēadmodū si aliqs claudere uoluerit
aquæ currētis meatū: si hic exclusa fuerit aque uolētia
aliunde sibi semitā rūpit: sic eorū malignitas ex una pte
confusa aliū sibi aditum adinuenit. Sicut enī nō pōt fie-
ri ut ligna mittendo extinguas incendium: sic nō potest
fieri ut rationem dicendo places hominē malum. Sicut
ignis quanto amplius lingua susceperit: in maiore flām-
mam erigitur: sic anima mala quanto magis ueritatem
audierit: eo amplius in maliciam excitatur. Abierūt er-
go & cōsiliū acceperūt. Quo abierūt? Ad herodianos
Nam ex eo q nō dicit consiliatū sunt: sed cōsiliū accepe-
runt: & ex quo pariter cum Herodianis uenerunt: appa-
ret quia cum illis eiusmodi circūuentionis consiliū tra-
ctauerunt. Homo colonus cuius terram possidet: illius
auxilio opus habet. Qui iustitiā tenet: nullius patro-
cinio indiget: nisi dei. Qui in diaboli iniquitatibus am-
bulat: diaboli adiutoriū necessarium habet. Colon⁹ enī
dei diaboli auxiliū nō requirit. Colon⁹ aut diaboli auxi-
liū dei & si quærat: nō tñ inueniet. Vidisti aliquando
euntē ad furtū deū orare: ut bene pspere in furto? Aut
quī uadit ad fornicationē nunqd signū crucis sibi ponit
in fronte: ut nō cōprehēdat in crimine? Qd si fecerit: nō
solum nō adiuuatur: sed adhuc amplius tradit: qā nescit
iustitia dei patrociniū dare criminibus. Sic & isti expu-
gnare xpm cupientes cōueniēter nō ad seruos dei uiros

religiosos: sed ad gentiles se contulerūt. id est ad heredi-
anos. Quale cōsiliū: tales & cōsiliatores. Quis aut dare
poterat cōsiliū contra xpm: nisi diabolus: qui erat ad-
uersarius xpi: Concitabāt enī apud se sacerdotes: si nos
solieuntes interrogauerim⁹ xpm: quāuis dixit quia non
licet Cēsari dari tributū: tñ nemo nobis credit dicētib⁹
contra eum. Iam enī oēs sciunt: quia inimici eius sum⁹.
Inimicorū aut testimoniū in iudicio: & si uerum fuerit:
quasi suspectū tñ reprobāt. Sed nec per seipos xpm iter
rogare uolebant: quia in magna suspēctione inimicitia
fuerāt apud xpm: ne forte quasi suspecti circūuenire eū
nō possent. Nam inimicus manifestus melior est q̄ ami-
cus fictus. Ille dum timetur: facile uitatur. iste dum nō
cognoscitur: praualet. Miserunt ergo discipulos suos
quasi adhuc minus cognitos & minus suspectos: ut aut
absconse facile deciperent eum. aut deprehensi minus
erubescerent apud eum. Nam consilio malo deprehēso
tanto minor nascitur confusio: quāto fuerit persona de-
terior. Sed discipuli illi magistris suis etate minores erāt:
malicia autē pares. Nam pulli serpentium statura bre-
uiore sunt: ueneno autem æquales: & catuli luporum
adhuc teneri constituti et si uenationē attingere nō pos-
sunt: iam tñ sanguine gaudent & moribus ludunt. Ma-
gister scim⁹ quia uerax es: & uiam dei in ueritate doces.
Magistrum eum uocant & ueracem magistrū: ut quasi
honoratus & laudatus mysteriū sui cordis simpliciter
eis aperiat tanquam uolens eos habere discipulos. Hæc
est enim hypocritarum prima potentia simulatio & lau-
datio. Laudāt enī quos pdere uolūt: ut per delectationē

Textus.

laudis paulatim corda hominū ad simplicitatē benignae
cōfessionis inclinēt. ueluti si quis taurū ualidū: quē uiri
bus nō potest subiugare: uinculo flectere: mollibus ma
nibus nodosam eius fricat ceruicem: ut quē uirtute te
nere nō potuit: per blandimentū cōprehēdat. Sic & isti
cathenā subdole laudis portātes in ore & gladiū malitię
abscondētes in corde taurū ecclesiastici regis dolo lau
dis cōprehēdere festinabāt. De quo tauro pphetabat Ia
cob. Iam tunc increpabat leui filiū suū: quia de leui nasci
turi sacerdotes interfecturi erant xpm. Symeon & leui
fratres cōsumauerūt iniquitates suas. In cogitatiōes eo
rum nō ueniat aīa mea. & in cōsilio eorū nō cadant prae
cordia mea: quia ī ira occiderūt uirum: & in furore suo
subneruauerūt taurū. De talibus dicit ppheta. Molliti
sunt sermones eorū super oleum: & ipi sūt iacula. Quid
tibi uidetur? Licet censum dare: an nō? Nō est iustū ut
serui sūmi regis terrenis regibus seruiamus. Si enī indi
gnū est: ut ex duobus regibus homo alterius alteri ob
sequat. & iniuriā faciat suo si subiaceat alieno: quātoma
gis indignius est ut cultores dei humanarū potestatum
grauamina cognoscamus? Cognita autē nequicia eorū
Iesus nō secundū sermones eorū pacificos blande respō
dit: sed secundū conscientiā eorū crudelē & asperā dixit.
Quia deus plerūq; ad aīam loquit: non ad corpus: uolun
tatibus respondet: non uerbis. Hypocrite quid me ten
tatis? Ostendite mihi nūmismacensus. At illi obtulerūt
ei denariū. Dicit eis. Hypocrite. ut qđ ab eo audierūt in
aure: apud seipos inueniāt in corde: ut considerantes eū
humanorū cordiū cognitorē qđ facere cogitabāt: pface

Ps. xliij.

Ps. liij.

Tertus.

Tertus.

Tertus.

re nō auderent. Vide ergo quoniā pharisei blandiebant
ut perderet. Iesus autē cōfundebat: ut saluaret, quia utili
or est hominī deus iratus q̄ hō ppiti⁹. Et ait eis. Cuius *Terms.*
est imago hęc & superscriptio: Dicūt ei. Cæsaris. Tūc
dicit eis. Reddite ergo quæ sunt cæsaris cæsari, & q̄ sūt
dei deo. Imago dei nō est in auro depicta: sed in hoīb⁹ fi-
gurata. Numisma Cæsaris aurum est. numisma dei hō.
In solidis Cæsar uidet⁹. In hoīb⁹ deus agnoscit⁹. Ideo diui-
tias ur̄as Cæsari date. deo autē cōscientiæ ur̄e solā īnocen-
tiā referuate: ubi de⁹ uidet. Cæsaris enī imaginē manus
artificis sculpsit: & corruptibilib⁹ litteris annotauit. dei
autē imāginē hoīem diuina manus decem uiuīs apicib⁹
demonstrauit. Quibus: Quinq; sensibus carnalibus &
quinq; sēribus spūalibus. p quos cōsideram⁹ & appre-
hēdimus q̄ sūt utilia sicut de⁹. Tu autē.

CDominica uicesima quarta.

CEx euangelio Matthei nono capi .

IN illo tpe. Loquēte iesu ad turbas: ecce prin-
ceps unus accessit: & adorauit eū dicēs. Dñe
filia mea defuncta est: sed ueni īpone manum
sup eam: & uiuet. Et surgēs iesus sequebat eum: & disci-
puli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxū patiebat⁹
duodecim annis: accessit retro: & tetigit fimbriā uesti-
menti eius. Dicebat enī intra se. Si tetigero tantū uesti-
mentū eius: salua ero. At iesus cōuersus & uidēs eam di-
xit. Confide filia. fides tua te saluam fecit. Et salua facta
est mulier ex illa hora.

CHomelia beati ambrosii.



Eliquerat i Gerazenis synagogā xpus: & quē
sui nō receperāt: excepimus alieni: excepim⁹
quē expectabam⁹. Nec nobis ergo: a qb⁹ ex
pectabat: diu affuit. Nec ad illos si rogaret: fastidit redi
re. Vir enī iste princeps synagoge pereuntis remedium
p̄cabat: quā urgebat in mortē: q̄a deserebat a xpo. Quē
synagoge putam⁹ principē esse: nisi legē: Cuius cōtem
platiōe dñs synagogā nō penitus derelinqt: quū medici
nā salutis credētib⁹ reseruauit. Ad hāc ergo principis fi
liā dū p̄perat dei uerbū ut saluos faceret filios israhel: san
cta ecclesia ex gētibus cōgregata: quā īferiori lapsu cri
minū deprecabat: paratā aliis fide pr̄cipit sanitatē. Mo
raliter hūc locū satis putam⁹ exprimēdū. & ideo nō illa
quā dicta sunt recensē: sed mystica breuī uolumus
sermōe p̄stringere. At nō ita factū est: ut dei uerbū quū
uenisset ad iudeos: ascisceret a gētibus. & prius ab illis
quī in lege nō crediderāt: in grā crederet. Nā sicut illa q̄
in medicinis erogauerat oēm substantiā suā: ita etiā cōgre
gatio gentiū amiserat oīa donā naturā. & primoniū ui
tale p̄degerat: facta uerecūda religiosa fide p̄mptior. pu
dore cūctatior. Hoc ē enī pudoris & fidei agnoscere in
firmitatē: nō desperare ueniā. Verecūda ergo fimbriā te
tigit. fidelis accessit. religiosa credidit. sapiens sanata se
esse cognouit. Sic sancta plebs gentiū quā deū credidit
peccatū erubuit. ut desereret: fidē detulit. ut crederet.
deuotionē exhibuit. ut rogaret: sapientiā induit. ut sani
tatē suā & ip̄a sentiret: fiduciā sumpsit. ut fateret quod
pr̄ripuisset alienū. Cur aut̄ retro t̄agit xpus? Quia scri
ptum est. Post dñm deū tuū ambulabis. Quid etiā sibi

uultq; & principis filiā annorū duodecim moriebat. et
mulier ista ab annis duodecim fluxu sāguinis laborabat
nisi ut itelligat quia quādiu synagoga uiguit: laborauit
ecclesia. Defect⁹ illius huius est uirtus: quia illorū deli-
ctū sal⁹ gētibus. & cōsumatio illi⁹ usus exordiū. nō natu-
re exordiū. sed salutis. q̄a cecitas ex pte in israhel cōtigīt:
donec plenitudo gentiū intraret. Nō igitur tpe: sed spe-
cie sanitatis antiquior synagoga q̄ ecclesia. q̄a quādiu il-
la credebat: ista nō credidit. & per uarias corpis atq; aīe
passiones imedicabili remedio egra languebat. Audiuit
egrotare populū iudeorū. sperare cepit salutis remediū.
Tempus uenisse cognouit: quo medicus adesset e cœlo.
Surrexit ut occurreret uerbo. uidit quia cōprimebat a
turbis. Nō enī credūt qui cōprimūt. credūt qui tangūt
Fide tāgitur xp̄us. fide xp̄us uidetur. Nō corpe tangit.
nō oculis cōprehendit. neq; enim uidit qui uidens nō ui-
dit. neq; audiuit: qui ea quæ audit: nō intelligit. neq; tan-
git qui fideliter nō tangit. Deniq; ut fidē agentis expri-
meret ait. Tetigit me aliquis. Nam & ego cognoui uir
tutem de me exisse. Quod est euidentis indicū nō inter-
passibilitatē cōditionis humanæ: atq; itra corporis clau-
strum inclusa sapientia diuinitatis coartata est. nō capit
angustiis corporalib⁹. nō tenet: sed ultra fines nr̄æ me-
diocritatis uirtus exundat eterna. Non enī humana ope
plebs gētīū liberat. sed dei mun⁹ est cōgregatio nationū
qui etiā breui fide misericordiā inclināt eternā. Nā si cō-
fiderem⁹ quāta sit fides nr̄a: & itelligam⁹ quāt⁹ sit dei fi-
lius: uidem⁹ qua cōparatiōe ei⁹ fimbriā tantūmodo tāgi-
mus. Superiorē uero uestimēti ei⁹ pte neqm⁹ attingere

Textus.

Si igitur & nos curari uolumus: fimbriam Christi de tangamus.
Non latet eum: quicumque fimbriam tetigerit. qui tetigerit
auerſum. Neque enim deus indiget oculis: ut uideat. neque cor
poraliter sentit: sed in se habet cognitionem omnium. Beatus
ergo qui uel extremam partem uerbi contigerit. Nam totum
quis potest comprehendere. Verum ad aliam: quae adhuc egra
est: reuertamur: ne per nostram moram dum diu Christi moramur
in gressu: mortua esse credatur. Venerunt ergo serui dicen
tes principi. Noli uexare illum. filia mortua est. Et primum
illud consideremus quod suscitatur mortua ad faciendam fi
dem emorroisam ante curauit: ut scias: exempli gratia stetisse
sanguinis fluxum. Dum illa petit: ista curatur. Sic & resur
rectio temporalis in domini passione celebratur. Sic & Mariae pari
tura sterilis indicatur: ut conceptura uirgo credatur. Deni
que audiuit parituram Helisabeth Maria. nec de sua gene
ratione dubitauit. Venerunt inquit serui dicentes princi
pi. Noli uexare illum. Adhuc & hi increduli ad resurrecti
onem sunt: quam Iesus in lege praedixit: in euangelio comple
uit. Itaque quum uenisset in domum: paucos future resurre
ctionis arbitros asciuit. Non enim multis continuo est cre
dita resurrectio. Denique dicente domino. Non est mortua puel
la: sed dormit: & deridebant inquit eum. Quicumque enim non
credunt: irrident. Fleant igitur mortuos suos qui putant
mortuos: ubi resurrectionis fides est: non mortis species:
sed quietis est. Nec illud abhorret Matthei. quod dicit
tubicines fuisse in domo principis & turbam tumultuantem
uel quia more ueteri tubicines ad incendendos excitandos
que luctus ferebantur adhiberi. uel quia per legis & litterae
cantilenam exultationem synagoga non poterat capere spiri

Tertus,

Tertus,

Mathei, ix,

talē: Tenēs ergo iēsus manū puellæ sanauit eā: & iussit Textus.
dari ei māducare. Quod est testimoniū uitæ: ut nō fantasma: sed ueritas crederet. Beatus ille cui manū sapientia tenet. Vtinā meos quoq; teneat act⁹. teneat manū iustitiæ. teneat dei uerbū. inducat īpenetralia sua spiritū. auertat errores. cōuertat salutes dari mihi. iubeat māducare. Panis enī cælestis est dei uerbū. Inde & illa sapientia: quæ diuini corpis & sanguinis sacrosancta altaria repleuit alimētis. uenite inquit: & edite panes meos. & bibite uinum quod miscui uobis. Quæ tamē tantæ diuersitatis est causa. supra publice uiduæ filius suscitāt. hic remouētur plures arbitri: Sed puto q; in eo quoq; pietas ibi dñi declaret. quia uidua mater unici nō patiebatur moras. & ideo ne amplius afficeretur: maturitas additur. Est etiā forma sapiētiae in uiduæ filio cito ecclesiam credituram. in archisynagogi filia credituros qui dem iudeos sed ex pluribus pauciores.

¶ Dominica uicesima quinta & ultima.

¶ Ex euangelio Ioannis sexto capi:

Nillo tpe. Quū subleuasset oculos iēsus & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eū: dicit ad Philippum. Vnde ememus panes ut māducēt hi? Et reliqua: ut in q̄rta dñica quadragesime.

¶ Homelia beati Augustini.

Miracula quæ fecit dñs nr̄ iēsus xp̄us: sūt qdē diuina opa: & ad itelligēdū deū: de uisibilib⁹ amonēt hūanā mentē. Quia enī ille nō est talis substantia quæ uideri oculis possit. & miracula ei⁹ q; bus totū mundū regit uniuersaq; creaturā amīnistrat:

assiduitate uiluerūt: ita ut pene nemo dignet^r attendere
opa dei mira & stupēda in quolibet seminis grano. secū
dū ipam misericordiā seruauit sibi quādā: quæ faceret
opportuno tpe pter usitatū ordinē cursūq; naturæ non
ut maiora: sed insolita uidēdo stuperet: quibus quotidia
na uiluerāt. Maius enī miraculū ē gubernatio toti⁹ mū
di q̄ saturatio qnq; miliū hominū de qnq; panibus: & tñ
hæc nemo mirat. Illud miratur hoies: nō q̄a maius est:
sed quia rarū est. Quis enī & nūc pascit uniuersū mūdū
nisi ille q̄ de paucis granis segetes creat? Fecit ergo quō
de⁹. Vnde enī multiplicat de paucis granis segetes: inde
in manib⁹ suis multiplicauit quinq; panes. Potestas enī
erat in manib⁹ xpī. panes aut illi quinq; quasi semia erāt
nō quidē terre mādāta: sed ab eo qui terram fecit multi
plicata. Hoc ergo admotū est sensib⁹ quo erigeret^r mēs:
& exhibitū oculis ubi exerceret^r itellec⁹: ut uisibilē deū
per uisibilia opa miraremur. & erecti ad fidē & purgati
per fidē: & iā ipm inuisibiliter uidere caperem⁹. quē de
reb⁹ inuisibilib⁹ inuisibilē noscerem⁹. Nec tñ sufficit
hæc intueri in miraculis xpī. Interrogem⁹ ipa miracula
qd nobis loquātur de xpō. Habēt enī si intelligātur līn
guā suā. Nā quia ipē xpūs uerbū dei ē. etiā factū uerbi:
uerbū nobis est. Hoc ergo miraculū sicut audiui⁹
quā magnū sit: quæram⁹ etiā q̄ pfundū sit. Nō tñ eius
supficie delectemur: sed etiā altitudinē pscrutemur. Ha
bet enī aliqd int⁹: hoc qd miramur foris. Vidim⁹. expe
ctauim⁹ magnū quiddā præclarū. quiddā oīno diuinū:
qd fieri nisi a dño nō possit: laudauim⁹ de facto factorē.
Sed quēadmodū si līas pulchras alicubi ispicerem⁹: nō

nobis sufficeret laudare scriptoris articulū: quō eas pa-
riles decorasq; fecerit: nisi etiā legerem⁹ qd nobis p illas
īdicauerit: ita factū hoc qui tm̄ aspicit: delectat⁹ pulchri-
tudine facti: ut amiret⁹ artificē. Qui aut̄ itelligit: quasi le-
git. Aliter enī uidet⁹ pictura: aliter uidentur līg. Picturā
quū uideris: hoc est totū uidisse. laudasse līas quū uide-
ris: nō est hoc totū: qm̄ cōmoueris & legere. Etenī dicis
quū uideris līas. si forte nō eas nosti legere. Quid puta-
mus esse qd scriptū est: Interrogas qd sit: quū iā uideas
aliquid. Aliud tibi demonstratur⁹ est: a quo q̄ris agnoscere
quod uidisti. Alios ille oculos habet. alios tu. Nōne simi-
liter apices uidetis: Sed non similiter signa cognosci-
tis. Tu ergo uides & laudas. ille uidet. laudat. legit & in-
telligit. Quia ergo uidimus. quia laudauimus: legam⁹
& intelligamus. Dominus in monte. Multo magis itel-
ligam⁹: quia dñs in mōte. uerbum in alto. Proinde non
q̄li hūiliter iacet qd in mōte factū est. nec trāseunt p̄tere-
undū: sed suscipiendū. Turbas uidit esuriētes. agnouit.
misericorditer paut: nō solū pro bonitate: uerū etiā pro
ptate. Quid enī sola pdesset bonitas: ubi nō erat panis:
unde turba esuriēs pascere? Nisi bonitati adesset pote-
stas: ieiuna illa turba remaneret & esuriēs. Deniq; & dis-
cipuli qui erāt cū dño in fame: & ipi turbas uolebāt pa-
scere: ut nō remanerēt inanes: sed unde pascere nō habe-
bant. Interrogauit dñs unde emētur panes ad turbas pa-
scendas: & ait scriptura. Hoc aut̄ dicebat tentās eū disci-
pulū scilicet Philippū: quē interrogauerat: ipse enī scie-
bat quid esset factur⁹. Cur ergo de bono tentabat: nisi
quo ignorantia discipuli demonstrabat. & forte in demō-
stratiōe ignorantie discipuli aliquid significauit: Appare

Textus.

bit ergo quū ipm sacramētū de quinq; panib⁹ nobis ce-
 perit loqui: & quid significet indicare. Ibi enī uidebim⁹
 quare dñs in hoc facto ignorantia discipuli noluit inter-
 rogādo quod sciebat ostēdere. Nā interrogam⁹ aliquā-
 do quod nescim⁹: audire uolētes ut discam⁹. Aliquando
 iterrogam⁹ qđ scimus: scire uolētes utrum & ille sciat:
 quē iterrogam⁹. Vtrūq; hoc nouerat dñs. Et qđ inter-
 rogabat sciebat qđ esset enī factur⁹ ipe nouerat. & hoc
 nescire philippū sciebat similiter. Quare itaq; interroga-
 bat: nisi quia illius ignorantia demonstrabat: Et hoc qua-
 re fecerit: ut dixi: post intelligemus. Andreas ait. Est hic
 puer quidā: qui habet quinq; panes & duos pisces. sed
 hæc quid sunt inter tantos? Quū dixisset Philippus in-
 terrogatus ducentorū denariorū panes nō sufficere: qui-
 bus tanta illa turba reficeret: erat ibi quidā puer portās
 quinq; panes ordeaceos & duos pisces. Et ait iesus. Faci-
 te hoīes discūbere. Erat autē ibi multū fenū, & discubue-
 runt fere quinq; milia hominū. Accepit autē dñs iesus pa-
 nes. grās egit. iussit frangi. fracti sunt panes positi ante
 discubētes. nō iam quinq; panes: sed quod adiecerat qui
 creauerat quod auctū erat. & de piscib⁹ quantū sufficie-
 bat. Parū est turbā illā fuisse faciatā: etiā fragmēta rese-
 derunt. & etiā ipa colligi iussa ne perirent: & impleuerunt
 duodecim cophinos fragmētōrū. Breuiter ut curramus
 per quinq; panes intelligūtur quinq; libri Moy si. Merito
 nō triticeis: sed ordeaceis: quia ad uet⁹ testamētū ptinent.
 Nostis at ordeū ita creatū ut ad medullā ei⁹ uix pueniat
 uestit⁹ enī eadē medulla tegmine palleę. & ipa pallea te-
 nax & inherens: ut cum labore exuatur. Talis est littera

Textus.

Textus.

Textus.

ueteris testamēti uestita tegminibus carnaliū sacramē-
torū. Sed si ad eius medullā perueniat: pascit & satiat.
Ferebat ergo quidā puer quinq; panes & duos pisces. Si
quaeramus quis fuerit puer iste: forte popul⁹ israel erat
qui sensu puerili portabat: nec māducabat. Illa enī quae
portabat clausa onerabāt. aperta pascebāt. Duo autē pis-
ces uidētur nobis significare duas illas in ueteri testamē-
to sublimes psonas: quae ungebātur ad populū sanctifi-
candū & regendū sacerdotis & regis. Et ipse in mysterio
uenit aliquādo: qui p illas significabat. Venit aliquādo
qui per medulā ordeī ostēdebat. per paleam uero ordeī
occultabat. Venit ipse unus utrāq; psonā in se portans
sacerdotis & regis. Sacerdotis: per uictimā: quā se ipm
obtulit pro nobis deo. Regis: quia regimur ab eo: & ape-
riuntur quae clausa portabantur. Gratias illi. Impleuit
per se: quod per uetus testamētū permittebat. Et fracti
sunt panes. frāgēdo multiplicati sūt. Nihil uer⁹. Quin-
q; enī libri Moyfi q̄ multos libros quū exponūtur tan-
quā frangēdo. id est differēdo fecerūt. Sed quia in illo or-
deo ignorantia primī populi tegebat. de quo primo po-
pulo dictū est. quādiu legit⁹ Moyses: uelamen supra cor-
da eorū posītū est. nōdū enī uelamen ablatū erat. quia nō
dum uenerat xp̄us. nōdū illo in cruce pendēte uelū tem-
pli fuerat scissum. Quia ergo ignoratiā populi erat in le-
ge: ppter ea tētatio illa dñi ignoratiā discipulī demonstrā-
bat. Nihil ergo uacat. Oīa eminet: sed itellectore requi-
runt. Nā & ipse numerus pasci populi populū significa-
bat sub lege cōstitutū. Cur enī quinq; milia erāt: nisi q̄
sub lege erant: quae lex quinq; libris Moyfi explicatur.

Vnde de quinque illis porticibus languidi probantur: non sanabantur. Ille enim ibi curauit languidum: qui & hic turbas de quinque panibus paupum. Nam & super fenestram discubebant. Carnaliter ergo sapiebant. & in carnalibus quiescebant. Omnis enim caro fenestra. Que sunt autem illa fragmenta: nisi quia populus non potuit manducare? Intelliguntur ergo quedam secretiora intelligentiæ: quæ multitudo non potest capere. Quid ergo restat: nisi ut secretiora intelligentiæ quæ non potest capere multitudo: illis credantur: qui idonei sunt & alios docere: sicut erant apostoli. Vnde duodecim cophinim impleti sunt. Factum est hoc & mirabiliter: quia magnum factum est. & utiliter: quia spiritale factum est. Qui tunc uiderunt: admirati sunt. Nos enim nunc miramur quum audimus. Factum est autem ut illi uiderent. scriptum est autem: ut nos audiremus. Quod in illis oculi ualuerunt: hoc in nobis fides. Cernimus quippe animo quod oculis non potuimus. & prelati illi sumus: quoniam de nobis dictum est. qui non uidet: & credit. Addo autem quia forte & intelleximus: quod illa turba non intellexerit. & uere nos pasti sumus: qui ad medullam ordeis peruenire potuimus. Denique homines illi qui uiderunt hoc: quod putauerunt? Illi inquit homines quum uiderent quod fecerat signum dicebant. Quia hic est uere propheta. Forte adhuc ideo prophetam christum putabant: quia super fenestram discubebant. Erat autem ille dominus prophetarum. impletor prophetarum. sanctificator prophetarum: sed & propheta. Nam & Moyse dictum est. Suscitabo eis prophetam similem tui. Similem secundum carnem: non secundum maiestatem. Et de ipso christo illum domini promissionem habere intellectum aperte in actibus apostolorum exponitur & legitur. Et ipse dominus de se ait. Non

Tertius

De uero. xvij

Matth. vi.

est ppheta sine honore: nisi in patria sua. Propheta dñs
& uerbū dei dñs. & nullus ppheta sine uerbo dei pphe
tat. Cū prophetis uerbū dei. & ppheta uerbū dei. Me
ruerūt priora tēpora pphetas afflatos & impletos uerbo
dei. Meruim⁹ nos pphetā ipm uerbū dei. Sicaūt pphe
ta xp̄us dñs prophetarū: sicut angelus xp̄us dñs angelo
rū. Nā & ip̄e dict⁹ est magni consiliū angel⁹. Verūtamen
alibi quid dicit ppheta: Quia nō legatus nec angel⁹: sed
ip̄e ueniens saluos faciet eos. id est ad saluos faciēdos eos
nō mittet legatū. nō mittet angelū: sed ueniet ip̄e. Quis
ueniet: Ip̄e angel⁹. Certe nō per angelū: nisi quia sic iste
angelus: ut etiam dñs sit angelorū. Etenī angeli nuncii
sunt latine. Si xp̄us nihil annūciaret: angel⁹ nō diceret.
Christus si nihil pphetaret: propheta nō diceretur. Ex
hortatus est nos ad fidem & ad capeffendā uitā eternā.
Aliquid præsens annūciauit. aliquid futurū prædixit.
Ex eo q̄ præsens annūciauit angelus erat. ex eo q̄ futurū
prædixit ppheta erat. ex eo q̄ uerbū dei caro factum est
& angelorū & pphetarū dñs est. Tu autē dñe.

FINIS. DEO GRATIAS.

¶ Explicit hoc homeliarū opus. Impressum Salmanti
cæ. Anno a natali saluatoris quingētesimo quinto. quar
to nonas Iulii.



obatuze quere
m. i. cedat
m. i. cedat
m. i. cedat
m. i. cedat
m. i. cedat
m. i. cedat
m. i. cedat
m. i. cedat
m. i. cedat
m. i. cedat

Schema tis la Señal del arara / de qual quier cosa
p. Schema tis las armas q estan en una dela puerta
de algun Señor
p. Schema tis la figura


propositio nis p. i. determinat^o nominaliter ut ar. et un
m. i. l. est pro aenatua nulla est amare un. m. i. l. est pro
amor tuus n. l. est et p. i. m. i. l. est pro p. i. m. i. l. est pro
p. i. dore aada quaz p. i. p. i. l. da ut ar. Virgilius p. i. l. e. d. o
libro eneidos m. i. l. i. l. i. c. a. p. a. r. a. r. i. et false finges parari. i.
para bant^o determinat^o n. i. z. v. e. r. b. i. s. a. i. m. u. t. a. r. b. i. t. r. i. o. r. p. i. d. i. o
Rior agito n. i. z. v. e. r. b. i. s. v. o. l. u. n. t. a. r. i. s. u. t. v. o. l. u. n. t. a. r. i. o. d. e. s. i. d. e. r. o. o. p. t.
ex o. p. t. a. m. o. p. r. o. c. i. p. i. o. u. t. o. m. n. e. s. h. o. m. i. n. e. s. a. i. m. a. n. t. v. i. d. e. r. e. f. e. l. i. c. i. t. a. t. e.
a. i. m. a. n. t. i. i. n. i. z. u. n. t. d. e. t. e. r. m. i. n. a. t. n. i. z. v. e. r. b. i. s. s. i. g. n. i. f. i. c. a. n. t. i. b. u. s. p. r. i. n. c. i. p. i. u. m. e. d. i. n. u. m. e. t. f. i. n. e. m. p. r. i. n. c. i. p. i. u. m. u. t. s. i. n. a. p. t. u. m. r. e. p. u. s. i. l. i. o
q. m. e. d. i. n. u. m. u. t. s. i. l. e. o. a. f. f. e. r. o. o. n. f. u. e. r. o. q. f. i. n. e. m. u. t. d. e. s. i. n. o. p. a. r. i. o
d. e. t. e. r. m. i. n. a. t. n. i. z. v. e. r. b. i. s. l. i. n. g. u. e. u. t. p. i. f. e. r. o. d. i. o. p. r. e. d. i. o. q. n. i. z. v. e. r. b. i. s.
b. i. s. s. e. n. s. u. s. u. t. a. u. d. i. o. o. d. o. r. o. o. f. f. e. r. o. q. n. i. z. v. e. r. b. i. s. v. i. s. u. s. u. t. v. i. d. e. o.
a. f. f. e. r. o. p. r. o. s. e. q. u. i. t. u. s. v. e. r. b. i. s. s. u. p. e. r. s. o. n. a. l. i. b. u. s. a. t. t. i. d. e. v. o. r. i. s. u. t.
a. n. d. i. t. a. n. i. z. a. g. i. t. p. l. a. c. e. t. e. t. s. i. m. i. l. i. a. n. i. z. h. o. r. v. e. r. b. o. p. o. s. i. t. q. u. e. o.
v. a. l. e. o. h. i. c. o. n. i. z. h. o. r. n. o. m. i. n. e. f. a. s. e. t. n. e. f. a. s. t. a. n. n. o. m. i. n. i. b. u. s. a. d. j. e.
n. d. i. s. q. u. e. v. o. l. u. n. t. v. e. r. t. i. s. u. g. e. r. n. z. o. n. i. z. s. u. s. t. a. n. t. i. d. i. n. u. m. u. t. a. d. i. d. i. g.
c. a. n. t. a. r. e. i. t. a. n. t. a. n. d. i. g. n. u. d. i. s. c. e. n. a. r. e. i. t. e. n. e. n. d. i. s. t. i. n. u. d. o. r. e. o.
p. r. e. t. e. r. i. o. p. e. r. i. t. o. d. o. t. o. a. f. f. e. t. o. a. n. f. u. e. t. o. s. u. s. t. a. n. t. n. e. f. a. s. t. a. n. d. i. o. s. a.
p. r. o. n. t. o. p. e. r. i. t. o. e. t. a. l. i. a. m. u. l. t. a. q. u. e. d. e. s. u. n. t. h. i. c. q. i. n. z. g. i. t. q. u. a. s. p. i.
f. i. n. t. i. d. i. n. u. m. n. i. z. a. b. l. a. t. i. o. p. a. r. t. i. a. p. i. p. r. e. c. r. i. p. t. i. e. t. t. u. n. t. p. o. n. t. p. r. o.
s. u. f. i. n. i. t. i. o. v. o. l. u. n. t. a. r. t. i. d. e. e. t. n. o. n. p. a. s. i. v. e. u. t. o. p. u. s. e. s. t. c. o. n. s. u. l. t. a.
i. c. o. n. s. u. l. e. r. e. o. p. u. s. e. s. t. l. e. r. e. i. l. e. g. e. r. e.



De habitu maxime sacro

၁၈၂၃ ခု၊ ဇူလိုင်လ ၁၀ ရက်နေ့၊ နေပြည်တော်၊ မြန်မာနိုင်ငံတော်

[illegible][illegible]



Est. 12

Tab. 3^a

Núm. 18

DIVERSORUM

875

Authorum

Homilias

